Čevapovich,

RECENSIO

OBSERVANTIS MINORVM PROVINCIAE

S. IOANN. A CAPISTRANO,

PER

HVNG. AVSTR. INF. ET SLAVON.

EXTENSAE;

COMMENTARIIS ETHNOL. PHILOL. STATIST. GEOGR. HIST.

ILLVSTRATA.

CVM ADNEXA AD CALCEM MAPPÂ CALCOGR. PROV.

PRO ANNO DOM. 1830.



BVDAE,

TYPIS REG. SCIENT. VNIV. HVNGARICAE.

„Ad scribendas Historias qui se conferunt, non vnam neque eandem sui propositi rationem habent: quidam enim, ostentandae Eloquentiae causa, ad hoc Studiorum genus sese adplicant; alii, quo gratiam eis referrent, quorum res gestas sumsere scribendas; sunt, quos res ipsa compulit, vtpote qui res insignes cognituque dignas in obscuro latere haud ferrent. Postremae duae me quoque permouerunt . . . Vniuersam Gentis antiquitatem formamque Reipublicae narrare coactus sum propter quosdam, qui Scriptis suis veritatem deprauauerunt. Opus, reor, omnibus non iniucundum fore." — *Ios. Flau. Antiq. Iudaic. Lib. I. cap.* 1.

„Audendum est aliquid, si velimus alicui vtiles esse, et bene de Patria mereri; Inventis addat et alter: plurima si niteant, maculis quoque venia detur." — *Lehotzky. Stemmatogr. Hung. Part. II. pag.* 11.

SERENISSIMO

CAES. REG. HAEREDITARIO

PRINCIPI ET ARCHI-DVCI

D. IOSEPHO ANTONIO,

REGNI HVNG. PALATINO:

FRANCISCI I. AVG. FRATRI,

DIVI LEOPOLDI II. FILIO,

DIVI IOSEPHI II. NEPOTI;

BONO REIPVBLICAE

NATO.

OBSERVANS MINORVM PROVINCIA

S. IOANNIS A CAPISTRANO,

PER

VTRAMQVE PANNONIAM PROTENSA;

HANC SVAE DOMVS

RECENSIONEM

QVINAS REGNI NATIONES COMPLEXAM:

MVLTIS ALTAE BENEFICENTIAE TITVLIS OBSTRICTA,

CEV DEVOTI ANIMI MONIMENTVM

D. D. D.

Approbatio Censurae.

Chirographon „*Recensio Obseruantis Minorum Prouinciae S. Ioannis a Capistrano, per Hungariam, Austriam Inferiorem, et Slauoniam extensae*" titulatum; singulari studio, sagaci combinatione, ac indefessa opera Admodum Reuerendi Patris Gregorii Csevapovich Ordinis S. Francisci praeattactae Prouinciae Iterati Actualis Prouincialis elaboratum, Commentariisque Ethnologicis, Philologicis, Statisticis, Geographicis, et Historicis (ad fidem probatissimorum veteris, medii, recentiorisque aeui cum Latinorum et Graecorum, tum Germanicorum, Italicorum, Illyricorumue Authorum exactum, nec non Incisionum lapidarium, Mapparumque suffragio authentice suffultum) heic illustratum, et attente perlectum; nihilque Religioni, Statui publico, bonis item Moribus aduersum, quin immo plurimas illustrandae Veritatis, hauriendae vberioris Notitiae, ampliandaeque Cognitionis Positiones continens: hisce ad Typum *admittitur*.

Budae, 4. Nouembris 1829.

(L. S.)

Antonius Nagy m. p.

Librorum ad Exc. Cons. Reg.
Locumtenentiale Hungaricum
Censor et Reuisor.

Epochae Prouinciae notabiliores.

	Sunt Anni.
Ab initiis Custodiae Bosnensis, post I. Capitulum Gen. Assis.	593
Ab exordio huius Vicariae, sub S. Bonauentura	413
Ab erectione eiusdem Prouinciae, ex Bulla Leonis X.	313
A Turcica Conuentuum Prouinciae deuastatione	257
A Clementi Prouinciae Restauratione, sub Aug. M. Theresia . . .	87
A noua Prouinciae S. Ioannis a Capistrano nuncupatione, sub Benedicto XIV.	73
A Benigna Domiciliorum Prou. Confirmatione, sub Aug. Iosepho II. . .	47
Ab Incorporatione IV. Conuentuum Austriae Inf. sub Aug. FRANCISCO I. .	5



SVB GVBERNIO

A. R. P.

GREGORII CSEVAPOVICH, *a*)

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS, SS. THEOLOGIAE AC IVRIS ECCLESIASTICI LICENTIATI, EIVSDEMQVE LECT. EMERITI; NEC NON ITERAT. MINISTRI PROUINCIALIS ACTVALIS. *b*)

---

a) *Illyr.* Slauon. Nat. 23. April. 1786. Habit. 8. Sept. 1802. Profess. 31. Maii 1807. Primit. 8. Ian. 1809. — Quum vero isthoc *Illyriorum* vocabulum (apud Epidamnum, vetustissima aetate proditum; adsertore Katanc. Comment. de Istr. cap. V. n. 17.) in praesenti Recensione frequentius occurat; hinc, ad quamuis pronam Scriptorum praesertim posteriorum eatenus perplexitatem, arbitro Iornande aliquando causatam, ulterius sub mouendam: de eo imprimis, quidpiam heic prolatu haud iniucundum erit. Primus *Illyrios* pro-

didit Scylax, quem Cariandensem ab Carianda vrbe Cariae dicimus, ab Rege (Herodoto teste, apud Bayer. Hist. Sept. pag. 77.) missus Asiae litora exploratum; quem Europae quoque litora, praesertim Adriae, explorasse ac de his Periplum Dario dedicasse, perhibet Dionysius Halicarnassen. Lib. I. de Alex. idque longe ante Darii in Scythas expeditionem, quam in an. Olymp. LXVI. alterum, Periodi Iul. 4199. ante Chr. 513. incidisse, nos eruditissimus Bayer. in Chronol. Scyth. vet. pag. 152. edocuit. Certe Scylax, iuxta Chronol. Gen. Danesii Castellani pag. 115. ante Chr. 521. imo iuxta Engelium 539. annis floruit, estque tam Aristotele quam Herodoto Thucydidis coaetaneo (quorum aetas in an. ante Chr. 443. cadit) antiquior, teste Vossio Hist. Script. Graec. Lib. I. cap. 19. Alter pro hoc scopo deseruit Herodotus, qui Hist. Lib. IV. post septuaginta septem annos nomen Gentis apud Adriam memorauit; cum iam Callimachus, qui Ptolemaei Philadelphi Bibliothecam Olymp. CXXIV. an. V. C. 471. curabat, mare *Illyricum* nouerit. Post hos occurrit Scymnus (qui Periplum an. V. C. 664. Nicomedi Chresto Bithyniae Regi dicarat) Illyrios, in ciuitates diuisos ac populari regimine tentos, ita describens: *Piissimos eos ferunt iustosque, et hospitibus bonos, ciuilem amare societatem, maxime studere vitae et moribus*

cultissimis. Graeci (si Strabonem et Appianum audias) queis circa Adriae litora Istrique ripam comercii gratia oberrantibus Illyria Gens bene cognita fuerit, tum demum domitores Romani; omnes Prouincias Danubio adsitas, ob linguae identitatem, *Illyrici* vocabulo sumsere: vt alibi vbertim ostendemus. Eos Romanis bellum Macedonicum notos reddidit, atque e Latinis Liuius ad an. V. C. 452. primus memorauit; de classe Graeca, Cleonymo duce, scribens: *Illyrii, Liburnique et Istri; gentes ferae, et magna ex parte latrociniis maritimis infames.* Vnde euenit, vt isthoc vocabulum etiam Regno Epigraphico innotuerit: ita in Fastis Rom. ad. an. V. C. 525. *Bellum Illuricum;* ad sequentem vero C. Fulu. Centumalus Procos. ex *Illurieis nauale egit X. K. Quinct.* id est 22. Iun. A. V. 527. ante Chr. 228. quae Illyriorum in Fastis mentio, Liuiana est 73. annis adolescentior. In iisdem Fastis, bello Punico altero, C. Aemilius Paullus Cos. de *Illurieis;* item M. Liu. Salinator Cos. de *Illurieis*, ad A. V. 535. ante Chr. 219. tum L. Anicius Gallus Cos. de *Rege Gentio* (Geticio) *et Illurieis Quirinalibus*, ad A. V. 587. ante Chr. 167. Porro, ad A. V. 720. Chr. 34. *Bellum Illuricum;* et quinquennio post, A. V. 725. ante Chr. 29. Imp. Caesar Octauianus Cos. V. de *Pannonieis*, *Delmateis*, *Iapudibus et Galleis VIII. Idus Sextil.* idest 6. Au-

gusti, qui mensis ab eo Imperatore nuncupatus est. Decennio post, bellum *Pannonicum* exarsit, cui et vicini fuere impliciti, de quibus nouem post annos triumphatum; dein vero A. V. 765. Christi 12. Tiberius Caesar Cos. II. de *Illurieis, Pannonieis*, *Delmateis*, *et Germaneis VI. Idus Mai.* id est 10. Maii: relicto, de Pannoniis Carnunti, de Dalmatis vero ad Burnum, triumphi monumento. In his alteram vocalem *u* constanter pro *y* graec. scribi videas, quam etiam numi et marmora quaedam retinent; vti est ille argenteus Decii: *Genius Exerc. Illuriciani.* Atque hoc fuisse veteribus Romanis familiare, Ennii exemplo ostenditur; teste Cicerone: *Purrus* pro Pyrrhus, *Fruges* non Phryges etc. scribere soliti, prout ipsius antiqui declarant Libri. Quidquid sit, in hoc attamen *Illyrici* etymo (vtpote a rad. graec. *ἰλύς limus*, quod litora adcolerent; vnde *Εγκέλιοι* Scylacis, apud Luc. Regn. Dalm. Lib. I. cap. 2.) scribendo, ipsos Romanos promiscue vsos fuisse; posteriores epigraphae remonstrant. Ita in quadam inscriptione Tarraconen. Appianus legit: *T. Cl. Candido Cos. XV. Duci. Exerc. Illirici*, quam Gruterus n. 389. more Graec. scribit: *Illyrici*; item in Dacia: *Aur. Victor Adlect. Ex Ala I. Illyricor.* et Veronae: *Petronio Probo V. C. Praef. Praet. Illyrici;* denique Romae, recensente Reines. Cl. XII. 106. expresse: *Vettia* .

Grattia . *Et* . *Iul* . *Illyricus* . *Parentes* . Plura vid. apud Katanc. Geogr. vet. Part. II. Comment. cap. 1. — Ob quam vocabuli Nationisque tam vetustatem quam celebritatem; monitore Du-Fresnio in Illyr. vet. ac nou. Edit. Poson. 1746. amplius heic eatenus disserendi campus suppeteret. Ast inter tam multiplices celeberrimorum sequioris signanter aetatis Scriptorum opiniones, ac praesertim a Gentium barbararum motu, quo pleraque Populorum et Prouinciarum vocabula nouam metamorphosim subiere; de *Illyriis* culta hac aetate quidquam, aduersus communia aliter opinantium sphalmata, disserere arduum omnino videtur. Cum enim florentis Imperii Romani aetas gentem *Slauorum*, cuius ante nulla in monumentis erat mentio, in medium protulerit, vniuerso repente diffusam Illyrico; nisi priorem harum Prouinciarum conditionem prae oculis continuo habeamus, Thracas, Pannonios, Dacos, Getas, Illyriosque ignorabimus: imprimis, quod e recentioribus non pauci essent, qui *Auentini*, *Lazii*, *Velseri*, *Valuasorii*, *Schoenlebeni* vestigia secuti, omne Illyricum nomen in Celtas trahere sunt conati. *Schlözerus*, quod aduenas isthic cum indigenis committi videret, ne quid in re impeditissima temere adseruisse putaretur, quinam Illyrii Pannoniique fuerint? ignorare se fateri maluit. *Thunmann*, e vocabulorum apud Valachos et Albanenses cognatione, hos ex

Illyriis, e Thracibus illos emersisse opinatur, nulla cum Slauis affinitate agnita; sed cum Valachi sermone Italorum, ab Albano et Illyrico prorsus diuerso, utantur, quo se hac difficultate expediat, censet Thracas veteres Illyriosque ab Romanis subactos Italam loquendi rationem adsummere coactos fuisse. Quod cum arbitrarie dictum sit, neque ratio appareat, qui Albanenses, modicus cetera populus, non item Thraces, ἔθνος μέγιστον πάντον ἀνδρώπων, Herodoto teste, cum vtrique Romanis paruerint, antiquum conseruasse Idioma valeant, nobis quidem ingenua *Schlözeri* confessio hac subtili opinione magis arridet. *Manertus*, Scriptor Geographiae veteris recentior, Illyrios Thracum genus esse ab Celtico diuersum asserit, veteri Threicio sermone haud indicato, nisi ambigue, cum scribit: *Lingua Illyriorum originaria reperitur fortasse apud hodiernos Epirotas; in Illyrico proprio diuersae Slauicae dialecti omne illius vestigium sustulere.* Vt adeo, nisi patrios consulamus Scriptores, eosque cum antiquis contendamus; per hos quidem exteros, quinam veteres Illyrii fuerint? ignorare cogamur. Pares tenebrae sese offundunt in Slauicis originibus detegendis, quos ab Volga et Moeotide, idest ab vmbris Cimmeriis, plerosque arcessere videas; quae naeniae cum a Scriptoribus patriis dudum sint explosae, mirum! hos Slauicarum rerum patronos, domesticis non consultis,

vltro eas nobis occinere: adeo unis coniecturis et vocabulorum catalogis nixi, vt Slauos, et Bulgaros, et Valachos, si diis placet, ab Caucaso cum Scythis, id est gente ignota, in Illyricum deriuent. Quorum conatibus eo perducimur demum, vt veteres Danubii adcolas, quos e priscis vna ac Patriae Scriptoribus nosse coeperamus, nescire prorsus cogamur; sed huiusmodi vmbras Cimerias, praesentis Recensionis decursu, dissipare conabimur. Adcuratius pro merito protulisse videtur doctissimus *Ludou. Albert. Gebhard*, in Hist. Illyr. Edit. Pesth. 1805. pag. 1. ita scribens: „Lange vorher waren in diesen Staaten (Dalmatien, und Pannonien) schon mächtige Königreiche; die zu den ältesten aller europäischen Monarchen gehören. Diejenigen Nationen, die wir zuerst in selbigen antretten, sind Thracier, Ardiäer, Autariaten, und Päonier oder Pannonier. Die Thracier eines kleinen Bezirks am Illurus (Cetina) Strom, bekammen den Namen Illyrier, etwa sechszehnhundert Jahr vor des Heilands Geburt, und lernten die Schiffkunst und den Handel; daher sie bald reich wurden, und ihren Namen so weit ausbreiteten, daß fast das ganze dalmatische und macedonische Seeufer zu ihrem, oder dem illyrischen Gebiete gezählet ward." Quo sensu, plane hodie, *Ios. Voltiggi* in Vocab. tripl. Edit. Vienn. 1803. proloquitur: *Nulla est his temporibus Gens, nul-*

la Lingua tam late patens totque Populos solis dialectis distinctos complectens, quemadmodum haec vna Illyrica. — Inter aetatis recentioris Ethologos, qui gentes ad certam classem et Systema reuocare conati sunt, principem locum tenet diligentissimus *Bayerus*; qui quidem, vt erat recondita in Philologicis eruditione, si qua diligentia Herodoti Scythas et Cimmerios persecutus est, Getas item Thracasque scrutatus fuisset (quamquam obiter non pauca memorarit) non minimo nobis hac in re momento futurus erat. Sed neque Italos, quod mirere! Illyriis a vetustissimis inde temporibus non vicinos modo, verum et familiares ac contubernales etiam, partem Philologiae eam coluisse apparet; qua amplissimae Gentis Illyricianae incunabula e linguae natura et monumentis veterum, quae e tanto rerum naufragio superant, rimari voluissent. *Fortis* quidem *Albertus*, una peregrinatione Dalmatica ea in lingua ac moribus Gentis obseruauit indicia, ut autochthones adserere non dubitarit; vberiore examine aliis relicto. At *Carolus du Fresne* Dominus du Cange in notitia Regnorum Illyrici ad rem nostram plus praestitisse videtur, quod non solum Hungariae, Slauoniae, Croatiae, et Dalmatiae, verum Seruiae etiam, Bosniae, atque Bulgariae Historiam vberioribus complexus sit monumentis. Fuit is antiquo Baronum apud Ambianos ortus genere, vna

Litterarum cupidissimus, qui vbi animum Graecis Latinisque doctrinis liberaliter erudiuerat, ornaueratque simul antiquitatis studiis, vitam priuatam prae munere elegit publico, contentusque fortunis suis omnem operam ad Historiam aeui medii eiusque antiquitates illustrandas contulit: de cuius Scriptis, cum antiquitatum tum Historiarum aeui potissimum medii notitia refertissimis, nihil attinet hoc loco dicere. Vir nempe illustris Historiae Byzantinae, duplici Commentario illustratae, ac Parisiis primum an. 1648. editae, adiunxit etiam Familias Dalmaticas et Slauonicas, quibuscum crebra habuere bella Augusti Constantinopolitani; atque ideo, quod eorum frequens occurrat mentio apud Scriptores Byzantinos, horum notitia ad intelligendos Historiographos, qui inclinantis Imperii attigerant tempora, maxime est necessaria. Quas quidem Familias etsi *Maurus Orbinus* Ragusinus parte quadam attigerit; non ita tamen res exposuit Illyricianas, vt ea, quae obscura atque perplexa esse videntur, ex huius lectione cognosci possint. Atque, vt ceteros rerum Slauicarum Pannonicarumque Recensores missos faciamus, quantum *Cromerus* adhuc et *Salagius* praesentem ad rem contulerint? alibi animaduertere licebit pluribus. Nouissimi autem Gentis huius Recensores exteri: *Hacquet*, *Cassas*, *et Breton*, (in Idioma German. versus a Iano Pannon. Edit. Pesth. an. 1816.)

hodiernas potissimum respiciunt Illyricianorum Populorum consuetudines; ratione vetustae eorum memoriae aut nulla prorsus habita, aut passim ex mediae aetatis Scriptoribus rerum Slauonicarum indicata. Sed nec nationalium quorundam, cetera eximiorum Scriptorum, in indagine originum vicissitudinumque Illyricianarum rei felicior responderat successus. Et quidem, insigne prorsus erat doctissimi *Danielis Farlati* in recensendo Illyrico Sacro studium, cui ob indefessam e publicis Tabulariis Ecclesiarum Illyrici notitiae operam plurimum gratulari licet: id unice dolendum! ab eo origines Illyriorum ad propaginem Graecanicam, expeditione Argonautica nixam, referri; aduersus omnia veterum monumenta. *Ioannis* quoque *Lucii* de Regnis Dalmatiae et Croatiae Libri sex in folio, primum Francofurti an. 1666. tum Amstelodami an. 1668. iisdem litteris Tabulisque topographicis impressi, non possunt non placere; queis, propter Argumenti cognationem, Scriptores rerum Illyricarum sex adiecti sunt, vtpote: *Diocleatis Presbyteri* Regni Slauoniae; *Marci Maruli* Spalatensis Patricii Regni Dalmatiae, et Croatiae gesta; *Thomae Archidiaconi* Spalatensis Historia Salonitarum Pontificum atque Spalatensium; *Michaelis Madii* Historia Spalatensis, *A Cutheis* Tabula Historiarum de gestis ciuium Spalatensium; item Iadrensis obsidionis Lib. II. *Pauli*

de Paulo Patricii Iadrensis memoriale; praeterea *Palladii Fusci Patauini* de situ orae Illyrici Lib. II. et *Appiani Alexandrini* Romanorum Historia de bellis Illyricis, ex interpretatione *Stephani Gradii* Patricii Ragusani, Abbatis, Bibliothecaeque Vaticanae Custodis. Inter hos *Ioannes Lucius*, qui etiam notas ad Diocleatis Reges Slauorum elucubrauit, cum propter rerum antiquitatem tum propter veritatem diplomaticam imprimis notitiae Illyricianae amatoribus semet commendat; cuius quamuis ob Historiam diplomaticam summa sit in orbe erudito laus et aestimatio: desiderio tamen Publici vel ex eo non potuit omni ex parte satisfacere, quod Historiarum ac Diplomatum fragmenta magis congesisse, quam Historiam Dalmaticam secundum adcuratam temporum successionem conscripsisse, pluribus videatur. Quod cum doctissimus *Samuel Timon* (quem inter patrios iure censemus Scriptores) in lectionibus historicis prudenter, vt opinari licet, obseruasset; praestantissima haec Illyricianarum rerum monumenta vna cum Hungaricis in chronologicum (Historiae Illyricianae studioso perquam necessarium) ordinem quidem redegit; at difficultatem omnem de Gentis amplissimae autochthonia haud sustulit. Chronologia etiam Illyriciana *Iosephi Bedekovich*, natali D. Hieronymi Solo praefixa, atque Neostadii an. 1752. in folio excusa, non

vltimo meretur locari loco; idque ob fertilem prae ceteris gestorum Illyricianorum recensionem. *Sebastianus Dolci* quidem de re Gentis litteraria non mediocriter meritus, cum esset Dalmata, primus rem penitius inspicere tentauit; sed legibus Ethnologiae ac Philologiae deficientibus, et ordine, et rebus, et populis permistis, lectorem incertum dubiumque relinquit. *Grubishichius* autem in suo Alphabeto Glagolitico (quod remotior aetas ignorauit) per vniuersos Scythas, Hiperboreos, Phrygas, Celto-Scythas, Sarmatasque vagatus, Slauico nomini accenset omnes. *Rattkaium* quoque, atque *Kercselichium* in notitiis praeliminaribus, egregiam de Natione hac laudem meruisse, multumque ad rem consulisse; libenter profitemur. Vnum quem adhuc ex recentissimis Gentis Illyricianae Scriptoribus clarissimis hac plane aetate proferre libet, reperimus reconditae eruditionis historicae celebratissimum Virum *Petrum Katancsich* Pannonium, Ordinis ac Prouinciae nostrae Alumnum, olim in Archi-Gymnasio Zagrabiensi tum Essekiensi humaniorum Litterarum Professorem, dehinc in Regia Scientiarum Vniuersitate Hung. Pestinensi Doct. publicum, eiusdemque Bibliothecae Custodem; cui aetate nostra post *Seuerinum* in Illyricis celeberrimo, antiquam Illyrici populi originem, Idioma, Sedesque priscas, e monumentis communem cladem euadentibus, herculeo plane

labore erutas omnino debemus: quam enim feliciter id praestiterit? celeberrima eius Opera, viris etiam sagacissimis probata, atque heic ad Conv. *Essekin.* recitanda, affatim loquuntur. Quantum denique nos hac Recensione, improbo sane conatu ac succisiuis horis adornata, horsum contulerimus? nostrum singulare prouehendae patriae Litteraturae intentum, et amoenior Eruditorum gustus suo tempore prodent; memores interea celebratissimi ab Clemente Alexandrino Lib. I. Strom. Adserti: *Nullam Scripturam* (tanto minus huiusmodi Recensionem) *ita fortunatam prodire, cui nullus omnino contradicat.*

b) Temporalis Prouinciae Administratio, vi Declarationum Nicol. III. *Exiit, qui seminat.* Clem. V. *Exiui de parad.* Martin. IV. *Exultantes.* et Pauli IV. *Ex clementi.* regulariter exhaeret penes Generalem totius Prouinciae Syndicum Apostolicum, hodie Illustrissimum ac Reuerendissimum D. Emericvm Carolvm Raffay Episcopum Diakouariensem et Sirmiensem; cuius vicibus praeclare fungitur Spectabilis D. Christophorvs Szeth, L. R. ac Metropol. Vrbis Budensis Iudex Act. eiusdemque Conuentus Syndicus Apostolicus: sub Alta Inspectione Exc. Dicasterii R. Polit. Dirigentis, dd. 9. Sept. 1817. N. 25689. Quos Prou. Fautores Curatoresue singilatim Pontifex Nicolaus III. condam in per-

sona D. Matthaei Cardinalis, designati eotum Ordinis Protectoris, hisce alloquitur: *Ad te, dilecte fili! sermo noster dirigitur; si beneficia, quae tibi per Nos proueniunt, recensere vellemus; inuenirentur quidem magna ac plane vtilia. Sed in nullo sic e vicino dedimus tibi arrham aeternae vitae sicut in isto, quod tibi modo praestamus: damus enim tibi melius, quod habemus; damus tibi cordis nostri desiderium, pupillam oculorum nostrorum . . . Committimus tibi Ordinem Fratrum Minorum. Tua gubernatione Ordo non indiget; quia tot sapientibus et prudentibus viris abundat, quod ad bene gubernandum se sibi ipsi sufficit. Correctioni quoque te non oportet insistere; quia inter Fratres sunt Praelaturae taliter dispositae, quod in hac parte non videtur esse defectus: habent enim Guardianos, qui si deficiant ad Ministros recurrere possunt, supra quos sunt Generales et Generale Capitulum. Vnum est, in quo patrocinio tuo Ordo ipse opus habet: sunt enim imbecilles et pauperes, et multi sunt, qui eos indebite perturbant ac inquietare conantur; quibus per se repugnare, et sibi prouidere non possunt. Atque in hoc indigent brachio et fortitudine Protectoris: vnde hoc est potissimum, in quo ipsis tua cura debet insistere;* ex Memoriali Ordinis in Gen. Statutis Sambucanis, cap. XII. §. 20. pag. 198. — Perinde singuli

Conuentus et Residentia a suo respectiuo Syndico, aut illius *Substituto*, in temporalibus administrantur; queis a Sede Apostolica (Bulla Clem. VII. *Dum consideramus.* 16. April. 1526.) pro eorum fatigiis ac charitatis opera, sequentes gratiae admittuntur: I. Priuilegium *Fori;* cuius in Hungaria olim vsum firmat Decretum Ludouici II. R. Quinque-Ecclesiis 26. Oct. 1521. datum, ac e veteri Instrumento in Chronico Prouinciae an. 1766. Part. II. pag. 330. productum; non obstante quorumdam quoad illius *αὐθεντίαν* dubio, inde, quod posterior Lex domestica illud haud recensuerit: id nihilominus eo, quod stabilitis per Augg. Caesarum ac Regum Hung. Iosephi I. Leopoldi I. Caroli VI. et M. Theresiae Diplomata *temporalibus Prouinciae Attinentiis* (ceu isthic *necessariis*, ex Sedis Apost. Indulto, Martini V. *Dum uberes.* 1422. Pii II. *Dum Fidem.* 1560. et Vrbani VIII. *Cupientes.* 1625. vitae mediis) via *piorum Legatorum* obtentis, ac Inspectioni Altiori continuo obnoxiatis, ipso facto earundem *regularis* Administratio pro recepto S. P. Francisci Ordine stabiliri censeatur, isthic citasse suffecerit; cuius Decreti percelebris Chronologus *Greiderer*, Tom. I. Lib. 2. §. 7. n. 274. perinde meminit. Ceterum, hoc in merito alia plura Exc. Dicasteriorum Caes. Reg. documenta, imprimis B. G. Intim. Reg. dd. 8. Iul. 1786. N.

$\frac{9213}{28100}$. 10. Febr. 1787. N. $\frac{454}{5674}$. 19. April. 1796. N. 7600. 8. Maii 1798. N. 8714. ac publicarum tam Eccl. quam Polit. Iurisdictionum pro Religione Statuue Religioso optime animatarum viua Acta (a nobis, vt sera aliquando posteritas gloriosius ea memoret, Archiuo concredita) vberius recensere haud vacat. — II. Communicatio *omnium bonorum spiritualium Ordinis*, in vita et morte; vtpote: Missarum, Orationum, Indulgentiarum, Suffragiorum, Officiorum diuinorum, Ieiuniorum, Abstinentiarum, Disciplinarum, Poenitentiarum, Praedicationum, Meditationum, Deuotionum etc. — III. Honos *plenariae temporalis administrationis et curatelae*; in nexu etiam B. G. Intim. R. dd. 21. Dec. 1824. N. 30904. de quibus Diploma Caroli VI. Imp. ac III. Regis Hung. dd. 28. Maii 1712. Diplomati Confirmationali Aug. M. Theresiae sub 14. Aug. 1741. intextum, et huic Prouinciae clementer elargitum, ita proloquitur: *Atque adeo in vniuersis suis praesertim formatis Conuentibus et Religiosis Residentiis, vbi duo vel tres eorum resident, aliisque ad subsistentiam et necessariam sustentationem eorundem applicatis Attinentiis (quae in quibusdam paucis terrenis et vineis, antea sub iugo Turcico iam vero sub dominatu Nostro existentibus, et per modum piorum Legatorum dispensatione Summorum Pontificum obtentis,*

con-

consistunt) *sub iuribus et immunitatibus*, *virtute Priuilegiorum et Bullarum concessis et collatis*, *imperturbate remaneant*, *ac permaneant*, *et conseruentur;* tum idem Augustus alio Diplomate, dd. 23. Oct. 1722. prosequitur: *Quocirca vniuersos ac singulos hisce benigne hortamur*, *ac nihilominus iisdem etiam clementer committimus et mandamus*, *quatenus praefatos Ord. S. P. Franc. Prou. Bosn. Arg. Religiosos*, *sub benignam Protectionem nostram Tutelamque specialem praeuio modo assumtos*, *in eorundem antiquis Stationibus*, *formatis nempe Conuentibus et Religiosis Residentiis praemissisque Attinentiis*, *imperturbatos permittere et conseruare*, *contra violentos vero et illegitimos Impetitores Nostra Caesareo-Regia Authoritate tueri protegereque*, *ac manutenere debeant et teneantur.* — IV. Ius *Criptae*, *Sepulturae*, *ac Funebralium;* et quidem pro Generali Syndico in tota Prouincia, pro aliis vero in quouis respectiuo Conuentu et Residentia: quae omnia Innocentius XI. *Alias pro parte.* 19. Iul. 1686. denuo roborauit. Vid. Didac. ab Aragon. Dilucid. Priuil. Ord. Regular. Tract. VII. cap. 9. pag. 306.

Consultorium Prouinciae. *a*)

Obseruans S. Ioannis a Capistrano Prouincia, *sub Turcico adhuc iugo de Patria bene merita*, *b*) *iuxta Generalem totius Ordinis vsum*, *c*)

ac clementer praescriptam isthic Normam, d) tam in Electionibus quam reliqua moderatione administratur. Cuius Consultorium (in forma Constitutionum Apostolicarum, Vrbani VIII. e) et Benedicti XIII. f) sub Praesidio Actualis Mi-

Residentia Budae; tamquam.

Nomen, Cognomen et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
A. R. P. Petrus Becker, Germ. Boh.	24. Sept. 1784.	24. Sept. 1801.	24. Sept. 1805.
R. P. Ignatius Lovrich, Illyr. Slauon.	7. Sept. 1777.	21. Sept. 1799.	18. Oct. 1801.
R. P. Ladislaus Szép, Hung. C. Toln.	29. Sept. 1782.	23. Nov. 1800.	21. Sept. 1803.
R. P. Domin. Kirchmayer, Germ. Slauon.	12. Sept. 1794.	12. Sept. 1811.	13. Sept. 1815.
M. V. P. Elias Vraxich, Illyr. Slauon.	23. Dec. 1796.	8. Febr. 1814.	24. Dec. 1818.

nistri Prouincialis e Prou. Ex-Ministris, cum Sessione; g) tum ex Actualibus duobus Consultoribus, cum Sessione ac voto; h) denique e Ministri Prouincialis Officiantibus, Secretario quippe atque Protocollista; i) componitur.

in centro Prouinciae, *k*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
8. Dec. 1807.	Germ. Illyr. Hung.	AA. LL. et Phil. Doctor, SS. Theol. Licent. Eiusd. Lector Em. Ex-Minist. Prou. ac Rubricist. Prou.
9. Maii. 1802.	Illyr. Germ. Hung.	Adgreg. Archiuar. et Consult. Prou. Act.
6. Oct. 1805.	Hung. Germ. Illyr. Slau.	Professor Schol. Em. et Consult. Prou. Act.
12. Oct. 1817.	Germ. Illyr.	Secretarius Prouinciae Act.
30. Sept. 1821.	Illyr. Germ.	Vice-Secretar. et Protocoll. Prou. Act.

a) Isthaec Prouincia, ab Vnionis Bulla Leonis X. an. 1517. vsque ad An. praesentem numerat Ministros XCVIII. quorum primus erat P. *Blasius Kovacsich* vsque an. 1523. ex illis vero IX. *Iterati*; queis addendi veniunt, tam durante Vicaria quam vacante Ministerio, Vicarii Prou. XXVII. Primus antememoratus Minister, circa an. 1536. qua Episcopus Bosnensis Roma reuersus persecutionem Turcarum fugitando, ac saepius asylum in Conuentibus reperiundo, Turcis semet perduellionis Religiosos vero complicitatis insimulandi occasionem praebuisse, in *Prouinciae Memoriali* refertur; quapropter Prouincia multo aere (vnde vnde ab expositis Curatis Catholicisue congesto) vitas Fratrum redimere coacta fuit. Cons. Chron. Prou. an. 1823. pag. 278. §. 8. seq. item l. c. pag. 131. n. 7.

b) Publicum Aug. M. Theresiae in Diplomate Confirmationali dd. 14. Aug. 1741. de hac Prouincia assertum isthoc est: *Nos . . . peculiari Nostro Regio, quo erga praelibatum, deuotum, Nobisque gratum et acceptum Ordinem S. Franc. Seraph. tamquam de Ecclesia Dei et Republica Christiana bene meritum, ducimur affectu; peculiariter vero, quod (uti superius in praeinsertis benignis Litteris Regiis Confirmationalibus* Leopoldi I. quippe dd. 23. Aug. 1703. Iosephi I. dd. 5. Nov. 1705. et Caroli VI. dd. 28. Maii

1712. *vberius deductum est*) *a multis retro annis, secula etiam transcendentibus, in nonnullis praefatorum Regnorum nostrorum Hung. Slauon. Sirm. ac Banatus partibus, sub immani eotum Christiani nominis hostium Turcarum iugo et potestate constituti praefati S. Ordinis Religiosi, cum manifesto etiam vitae periculo et plurimorum dispendio, diligenter in cura animarum ac vinea Domini operam impenderint, populumque inter tot sectas et barbaras gentes, omni alioquin spirituali solatio destitutum, in Fide Orthodoxa Rom. Cath. erudiuerint et conseruauerint . . . Ordinariorum quoque et Dioecesanorum signanter Strigon. Colocen. Zagrab. Quinque-Eccl. ac Csanad. commendatione . . . praeinsertas Litteras Confirmationales, Protectionales, et Concessionales quoad omnes earundem continentias, clausulas, et articulos, ratas, gratas, et acceptas habentes, aliaque omnia et singula clarius et vberius contenta et expressa in genere, in specie Conuentus eorum supra nominatos, vtpote: Budensem etc. clementer ratihabemus, confirmamusque, et declaramus etc.* Eodem sensu alterius generis Litterae Cardinalis *Sacripantis*, SS. Congreg. de Propag. Praefecti (in Archiuo Prou. *originaliter* adseruatae) Roma dd. 12. Sept. 1712. anteuertenter horsum expeditae, loquuntur: *Attentis bonis relationibus, datis ad hanc SS. Congregationem a D. Cardi-*

nali Piazza Nuncio Apost. Viennae, de laboribus. Patrum Minorum Obseruantium Bosnensium, qui administrant Parochias . . . ipsa SS. Congregatio remanet aedificata in istis bonis Religiosis cum plena fiducia, quod sint perseueraturi in sancto proposito etc. Queis, arbitraria cuiusdam in Praelim. Pann. vet. Period. IV. §. 5. pag. 401. censura, Religiosis huius Prouinciae animarum Curatoribus inusta, suapte prosternitur; cui, vtpote calamitates iugi Turcici ignoranti, ac serenis duntaxat diebus cauillanti, illud Sill. Ital. Lib. II. de bell. Pun. iure obuertitur: *ardua virtutem profert via; pergite primi.* Ceterum quod olim incomparabilis Archi-Episcopus Colocensis *Gabriel Herman. Patachich* Aug. Carolo VI. an. 1735. subinde perscribebat: *Merita huius Prouinciae sub Turcica seruitute comparata, sunt innegabilia;* apud Katon. Hist. Eccl. Coloc. Part. II. pag. 224. id serius Aug. M. Theresia Imp. et Regina Hung. Altissimo Rescripto dd. 27. Aug. 1746. (cui Comes Leopoldus de Nádasd ac Petrus Végh subscripti leguntur) ad Episcopum Sirmiensem dimisso, clementer confirmabat hisce: *Quia memorata Ord. S. Franc. Bosn. Arg. Prouincia vi Priuilegiorum suorum, per Nos etiam ob insignia eiusdem merita de conseruata sub periculosissimis etiam temporibus in populo, iugo Turcico subiecto, Fide Catholica benigne confirmatorum, sub*

Regia Protectione nostra existeret etc. Cons. Aduersar. Prou. Lib. VI. n. 13. Quod vero quidam aliud cum antememorato Scriptore ex praecitatis *Patachichii* Litteris elicere contendunt (tanquam in errore *facti* fundatum; ex Chron. Prou. an. 1823. Sect. I. pag. 196.) prorsus conuellitur per anterius eiusdem Archi-Praesulis Visit. Can. Decretum, sub 6. Nov. 1733. publice extradatum hisce: *Damus pro memoria . . . vt Almae Prouinciae Bosn. Arg. Religiosis Alumnis perenne nostrae in eos existimationis testimonium, meritorum vero et laborum dignum gratitudinis praemium, in eius Religionis duraturam commendationem, relinquamus; testamur proinde harum vigore, eosdem praeattactae Prouinciae Religiosos partem sollicitudinis nostrae in Parochiis sana et Orthodoxa doctrina, morum grauitate et integritate, conuersatione intemerata, ac ex eo animarum sibi concreditarum lucro nostraque singulari consolatione, ita exacte administrasse; vt, in quantum ex Generali et Canonica per Nos eiusdem Dioecesis instituta Visitatione elicere licuit, nihil amplius desiderari potuerit. . . Quia cum veritate, in perpetuum huius Bosnensis Prou. elogium, testari possumus: quidquid, pusilli esto ad proportionem diffusae Patriae, gregis de ouili Christi in Slauonia reperitur, id eorum zelo, labori, et vigilantibus Religiosorum conatibus iure*

adscribi debet; vt proinde non recommendationem modo, sed et amorem ac aestimationem apud omnes promeriti sint, et in futurum mereantur etc. Quae, nisi publicam huius Archi-Praesulis succusseris fidem; cum alio eorum intento, nullatenus consistunt. Sed nec recentiora desunt huius Prouinciae meritorum elogia; a Sua Eminentia S. R. E. Cardinali Celsissimo Principe D. Regni Primate et Archi-Episcopo Strigon. ALEXANDRO A RVDNA, in Decr. Visit. Can. Budae 15. Nov. 1822. pag. 40. hisce contexta: *Quod Ordo hic in Religionis negotio de Budensi praesertim Ciuitate, cui pene vnicus calamitosis illis luis pestiferae et barbarae Turcarum incursionis temporibus in Spiritualibus sua praestitit obsequia, optime esset meritus; nec sine aliqua ingratitudinis suspicione . . . honore magis quam emolumento priuari posse videretur etc.* Atque hic ille idem est Princeps, et Archi-Praesul Strigon. de quo recentior Hist. Pragm. Redactor Cl. Spányik Edit. II. an. 1825. ad hanc epocham §. 13. egregie prolocutus fuit: „Anno 1819. Rex Apostolicus Primatem Hung. dedit ALEXANDRVM DE RVDNA, vetusta nobilitate, virtute, doctrina, gestis magna cum laude grauissimis muneribus clarum; postquam recenter Ecclesiam Transiluan. triennio eximia prudentia rexisset, et insigne Religionis promouendae ac ornandae studium multis argumentis

palam fecisset. Qui, quod clarissimae alias memoriae decessores, siue rei magnitudine deterriti, siue temporum iniquitate impediti, ne tentare quidem ausi sunt, aut in irritum tentauerunt; vt suam et sacri sui Senatus sedem, vna cum magnifico Templo et adiacente Oppido (ante 280. amplius annos barbari hostis furore solo aequatam) Strigonii restituerent: magno statim animo adgressus, suum et Capituli sui domicilium ad locum natalem transtulit, et tam magnifico operi illic fundamenta iecit, ex quo non solum vrbi et Ecclesiae Strigon. verum toti patriae singulare decus ac ornamentum accessurum sit. Quod opus Principe dignum felici auspicio coeptum, et magna solertia continuatum, etsi ingentes sumtus requirat: tamen Princeps hic Ecclesiae Hung. Antistes, ne minus publicam eiusdem beneficentiam commemorem, inter notas huius temporis rei pecuniariae angustias, in Iuuentutem quoque scholasticam munificentiam suam extendit, constituto pro tredecim iuuenibus publico 160. florenorum stipendio." Cuiusmodi excelsa in Religionem ac patriam merita, Deus beato fine coronet!

c) General. Ord. Statut. Sambuc. cap. VIII. §. 36. seq. Municipalibus Prouinciae Constitutionibus anni 1829. Art. II. §. 49. seq. illata.

d) Via Exc. Dicast. R. dd. 5. Oct. 1769. N. 3822. et 5. Aug. 1791. N. 14533.

e) *Militantis Eccl.* an. 1640.

f) *Vniuersalis Eccl.* an. 1724.

g) Vrban. VIII. Bulla praecit. et Exc. Dicast. R. dd. 30. Iunii 1812. N. 15811.

h) Gen. Ord. Statut. cap. VIII. §. 39. n. 17.

i) *Socius* P. Ministri Prouincialis, ex Ord. Statut. praecit. §. 49. competens; in Familia Conuentus Budensis comparebit.

k) Ambitus Prouinciae huius summarie efficit: DCCCXC. M. P. seu 178. milliar. geogr. secus cursu postali 89. stationes. Illius vero tam longitudinem quam latitudinem duplici respectu deducere placuit; in gratiam quippe itinerantium via postali, et eruditorum progressu geographico iuxta lineam rectam: vtramque ex dimensione recentissimae generalis Chartae postalis, an. 1829. Viennae sub gloriosissimis auspiciis Suae Maiestatis FRANCISCI I. Imp. et Reg. Hung. editae, paucis heic dabimus. — Imprimis *longitudo* Prouinciae huius, continuo Danubii defluxu (cuius dextram potissimum ripam occupat) desummitur Semlino vsque ad S. Hippolytum; seu: a 44° 50' 6'' usque 48° 12' 22'' et quidem progressu *geographico* DLX. M. P. seu 112. milliar. geogr. Quo cursu medium suae *extensionis* isthaec Prouincia capit linea recta in *Igáll* oppido Com. Simeghiensis, cui olim cum lapsu Sec. 9. Comes *Cupa* (infelicis belli civilis contra diuum Stephanum auctor) praeerat,

inter Török-Koppan et Toponár, ad fl. Kapos; ex hoc Igáll ad Sec. 15. gnati *Fabrini de Igáll* Ministri Prouincialis Ord. Min. Prou. Hung. meminit Sixtus IV. an. 1472. in Aduersar. Prou. Lib. II. Via vero *postalis*, iuxta hanc Danubii ripam, e sequenti calculo patescit: Semlino Essekinum post. $14\frac{1}{2}$ = 29. mill. geogr. Essekino Budam post. 19 = 38. mill. geogr. Buda Viennam post. $18\frac{1}{4}$ = $36\frac{1}{2}$ mill. geogr. Vienna Santipolim post. $4\frac{1}{4}$ = $8\frac{1}{2}$ mill. geogr. Summa post. 56 = 112. mill. geogr. seu DLX. M. P. Respectu huiusmodi cursus postalis *medium* Prouinciae consistit dimidia Paksam inter et Tolnam via in *Duna-Sz. György* pago (e Lipszky. Tab. V. Litt. U. an. 1808.) nam hinc vsque Semlinum post. 28 = 56. mill. geogr. ac totidem abinde vsque Santipolim censentur; vnde praeattacta Summa extensionis Prouinciae 56 = 112. mill. geogr. prodit: quare, praeter alias ingentes rationes, ex hac quoque, pro Centro Prouinciae, misso Földuarino, Budam potius statuimus. — *Latitudo* vero Prouinciae aestimatur Cernekino usque ad M. Radnam; seu: a 45° 11' 23'' vsque 46° 5' 9'' et quidem progressu *geographico* CCCXXX. M. P. seu 66. mill. geogr. cuius lineae ductu, *Bajsa* possessio Com. Bacsiensis, medium Prou. occupat. Via autem *postalis*, triplici flumine (Marusio, Tibisco, et Danubio) traiecto, habetur sequens: Cernekino Essekinum

post. $9\frac{1}{4}$ = $18\frac{1}{2}$ mill. geogr. Essekino Petrouaradinum post. 9 = 18. mill. geogr. Petrouaradino Temesuarinum post. $10\frac{1}{2}$ = 21. mill. geogr. Temesuarino Radnam $4\frac{1}{4}$ = $8\frac{1}{2}$ mill. geogr. Summa post. 33 = 66. mill. geogr. seu CCCXXX. M. P. hinc respectu Conuentuum medium maximae latitudinis Prouinciae *Illokini* statuendum arbitramur; nam Cernekino Illokinum post. $14\frac{1}{4}$ = $28\frac{1}{2}$ mill. geogr. et hinc Radnam vsque post. $18\frac{3}{4}$ = $37\frac{1}{2}$ mill. geogr. esse reperiuntur. Atque ita latitudinis Prou. summa illius extensioni addita, integrum eius ambitum absoluit cum DCCCXC. M. P. seu 178. mill. geogr. secus cursu post. 89. stationibus: id quod iam superius indigitauimus. — Domiciliorum Prou. distantias, quas suis locis penes singulum Conuentum et Residentiam fideliter locabimus, a tribus potissimum Vrbibus principalibus, ceu respectiuorum Regnorum Metropolibus, desummere placuit: nempe I. *Essekino* (sub 45° 34' 13'') pro Semlin, Illok, Sharengrad, Vukouár, Nashic, Brod, Poseg, Cernek; II. *Buda* (sub 47° 29' 44'') pro Radna, Arad, Bács, Baia, Mohács, Földuár; III. *Vienna* (sub 48° 12' 36'') pro M. Lanzendorf, M. Enzersdorf, St. Pölten. — Porro, quum isthaec Prouincia dextram imprimis Istri Drauique ripam, per veterem Pannoniam, hodiernam Hungariam Singidunum vsque continuo teneat; de florentissimo Regno *Hungariae* paucis disserendi, Prouinciam

summimus. Hungaria, ab oriente Transiluania et Valachia; ab occidente Morauia, Austria, ac Stiria incingitur: septemtrionali parte ad Silesiae et Galliciae confinia procurrit; meridiem versus Seruiae ac Slauoniae limitibus contermina. Illius longitudo a septemtrione in meridiem procurrens, 60. milliaria geogr. et totidem fere latitudo complectitur. Montes praecipui Carpatici, *Tatra* alias dicti, qui Regnum semiformis lunae specie inde a Posonio ad Transiluaniam vsque incingunt, taliterque Hungariam a Morauia, Silesia, Polonia, et Russia distinguunt; alii item duo celebres, quorum alter *Fatra* est (qui Lyptouiensem a Thurociensi Comitatu separat) alter vero *Matra*, in Hevessiensi Comitatu quaerendus, inter Insignia Regni referuntur. — Fluuii nobiliores sunt: I. *Danubius* (sic primum apud C. Iul. Caesarem Lib. VI. de bell. Gall. cap. 6. pag 195. memoratus) veteribus Ister, ex Austria procurrens, pluresque defluxu suo insulas formans; Tibisco, Drauo, et Sauo iunctus, Seruiamque ab Hungaria distermi- nans, mari Euxino mergitur. Illius Herodotus 443. ante natum Christum annis meminit, Lib. IV. cap. 89. apud. Cellar. Geogr. Ant. Lib. II. cap. 8. in eo celebrantur veterum pontes: *Darii*, contra Scythas profecti (penes Ismaël oppidum Bessarabiae) cuius idem Herodot. l. c. et Strabo Lib. VII. pag. 305. mentionem faciunt; item *Traiani*, aduersus Decebalum Dacum progressi (intra De-

mercapia et Fetislan) a Dione Cassio egregie descriptus, in Hist. Rom. Lib. LXVIII. cap. 13. tum *Valentiniani*, contra Quados e tabulato erecti (apud Acincum, hodie Budam) de quo refert Ammianus Marcell. Hist. Lib. XXX. cap. 5. pag. 492. denique *Hadriani* (ad Mursam, hod. Essek) in Draui ruinis delitescens; quorumdam recentiorum opinione, in Chron. Prou. pag. 233. — II. *Tibiscus*, in Comitatu Marmarossiensi gemino fonte natus, multos ingentesque fluuios recipiens; infra possessionem Titul Danubio iungitur. Nomen a Ptolemaeo inditum *Τίβισκος*, hodiedum retinet; etsi in veteri quadam inscriptione (apud Gruter. pag. 448. n. 3.) *Tibissus* audiat. Rauennas anonymus Lib. IV. cap. 14. *Tibisiam* dixit; Plinius Hist. Nat. Lib. IV. cap. 25. *Pathissum*, quod et hodie per aphaeresim Thissum seu Tiszam adcolae nuncupant. Ammiano Hist. Lib. XVII. cap. 13. *Parthiscus* audit, cuius phrasim (bellum Romanorum aduersus Limigantes Sarmatas describentis) vel ideo relegere iuuerit, quod recentiorum nullus, praeterquam Harduinus, meminit fluminis Parthisci. — III. *Drauus* (Ptolemaeo etiam *Daris*) originem in alpibus Noricis, Plinio teste l. c. Lib. III. cap. 28. accipit, ac per Serretes, Serrapillos, Iasos, Andizetes lapsus, ad duodecimum a Mursa lapidem Danubio miscetur. Strabo primus, et idcirco non mirum! erronee, fluminis meminit Geogr. Lib. VII. pag. 314. quo

loco mirari subit, nihil ab Casaubono de hoc errore dictum; quem Plinius l. c. ac Ptolemaeus Cosmogr. Lib. II. cap. 16. dedocent. — IV. *Sauus*, de quo Plinius: *Ex alpibus Carnicis placidior* Drauo, *CXX. M. P.* (ab influxu Draui) *interuallo*, l. c. Lib. III. cap. 28. idque pro illius aetatis Geographiae ratione; nobis enim ductu rectilineo haec fluuii duplicis ostia non amplius XCIV. M. P. interuallo recedunt: etsi Gronouius in Plinio CXV. M. P. legat. Saui primus, quod nouimus, vti et Draui, Strabo meminit, duplici quidem loco, sed ratione diuersa; nam, vbi alpes describit Geogr. Lib. IV. pag. 207. *Σάον Saum* nominat, vbi autem Illyrica persequitur l. c. Lib. VII. pag. 314. *Σάυον Sauum.* Errore tamen Geographum, aut eius descriptores (quemadmodum apud Isaram et Athesin) dum Sauum Drauo misceri l. c. innuit, lapsos dolemus; certe, Plinius oppidum quoque Pannoniae, pone quod misceatur Danubio Sauus, nominat *Taurunum* l. c. Lib. III. cap. 28. quae et Arriani sunt verba, apud Salagium Lib. IV. pag. 106. *Ταυρȣ̃νον* adpellantis locum, qui alius, praeterquam *Semlin* esse nequit: huius quippe orientali plaga Istro illabitur Sauus, Moesiam a Pannonia seiungens. Omnes hi quatuor fluuii, Insignibus Regni Hung. inserti comparent. — V. *Marusius*, iam Herodoto sub nomine *Maris* celebris, l. c. Lib. VII. pag. 318. apud Bayer. Lib. de situ Scyth. pag. 80. seq. Strabo eum

duplici refert loco, sed neque ratione eadem neque eodem situ; vbi tamen de Getis loquitur, l. c. Lib. VII. pag. 304. haec habet: *per Getas Marisus fluuius in Danubium labitur, quo Romani res ad bellum necessarias subuexerunt.* Ptolemaeus Rhabon vocat; sed in eo cum Strabone fallitur, quod amnem in Danubium deriuet: nonnulli Marisum Strabonis faciunt *Marum* Quadorum, vti auctor Indic. Geogr. Europ. quos refellit, et bene quidem, Cellarius in Orb. Ant. Lib. II. cap. 8. pag. 396. — Ceterum, Hungaria nulli regioni terrarum cedit hominum robore, pecorum foecunditate, vbertate soli, ac metallorum copia; coeli praeterea benignitate ac pulcritudine situs omnibus orbis regionibus suo iure potest anteferri. De ea summarie, ex publica Legatorum (*Demetrii Napradii, Nicolai Sokolichii, et Michaëlis Kellemesii*) Aug. Imperatoris et Regis Hung. Rudolphi II. Oratione, coram Rege et Senatu Polonico an. 1595. habita, paucis isthic audire libeat: „Hungariae Regnum, magnitudine, elegantia, vbertate florentissimum; camporum, omnia pecorum genera sponte producentium, spatio latissimum; fruges omnigenas, quas ad vsum humani generis prouidentissimus Deus ex terrae visceribus modicis saltem laboribus educit, vnico aut altero aratro colentibus producit, ac saepe dum siliginem recipit, selectissimum triticum effundit, et quidem

tanta

tanta in abundantia, vt cumulis et aceruis non horti, non horrea, non pagus integer, sed vix campi ipsi sufficiant. Eadem terra eodem anno, in iisdem pascuis, greges pecorum pascit, foenum copiosissime largitur, tandem aratro sulcata diues fructibus messores laetos excipit. Accedit tanta ouium, boum, omnisque generis pecorum multitudo, vt vnius tantummodo oppidi, non dico singillatim sed greges numerandi frustra laborem suscipias. Et quamuis vicinas prouincias et regna singulis annis aliquot armentorum millibus reficiat, suisque incolis etiam sufficientem carnium copiam praebeat; integros tamen campi et pastores habent greges, non decrescit eorum numerus, nil' adcolis defit, non conqueruntur lanii. Ac veluti silua feris plena, nec externis venatoribus Edicto proprii possessoris publico prohibita; apris, ceruis, damis, leporibus et aliis quam plurimis feris, cum ad necessitatem tum ad voluptatem hominum procreatis, refertissima est: sic per totum fere Regnum Hung. pecorum innumerabilis copia diffunditur. Quid commemorem sinuosos, profundos, latos, rapidosque fluuios, quorum (vt plerique fide digni Historici tradunt) tertia pars variis piscium generibus decurrit: Tibiscum intelligo, Danubium, Sauum, Drauumque; quibus Hungaria, veluti platea quaedam contra irruentes hostes ferreis catenis cincta, hostem tutior et securior speculatur. Taceo montium altissimorum admi-

rabilem fertilitatem, qui quam praestantia claritate, odore, suauitate, et fragrantia progenerent vina; testes sunt, cum aliae vicinae Nationes, tum Poloni ipsi, qui singulis annis horum beneficio recreantur, ornantur, exhilarantur. Sileo praeterea, cum feris varii generis tum aere, cupro, stanno, argento, auro, denique aliis pretiosissimis metallis, superbos montes; quod enim aurum huic nostro vel puritate, vel splendore, vel pondere comparandum? Regnum ipsum circumiacentibus vndique Prouinciis, vtpote Transiluania, Moldauia, Valachia, Bulgaria, Rascia, Slauonia, Croatia, Dalmatia, quasi fortissimis quibusdam propugnaculis munitum, Arcibus magnifice exstructis, Ciuitatibus, Oppidis, frequentibusque Villis, iisque maximis et populosis, pulcerrimum. Cardinalibus, Archi-Episcopis, Ecclesiasticorum denique omnium frequentibus Ordinibus, honoribus, titulis, atque dignitatibus, Templis, Aris, Sacerdotum Collegiis, amplissimisque reditibus ditissimum; Religionis integritate, pietate, diuino Cultu, ceremoniis, atque omnium virtutum cumulis ita splendidum, ita ornatum, vt totum fere orbem christianum ad naturalem sui reuerentiam et admirationem rapuerit, atque ad pietatis, fortitudinis, hospitalitatis, liberalitatis, pudicitiaeque exemplum incitarit. „Cons. Edit. Cracou. ex officina Lazari an. 1596. apud Dauid. Frölich in Prodrom. Chron. Hung. — Felix prorsus Regnum! quod occasione coronationis

Maximiliani II. an. 1564. tanta rerum copia abundabat, vt victualium limitatio per D. Regni Locumtenentem atque Suae Maiestatis Consiliarios ita publice defixa legatur: " Tritici puri in farina cubulus 20. denar. anser bonus et pinguis 6. den. panis pro tribus personis sufficiens 1. den. vini optimi pinta 4. den. plaustrum foeni quatuor equis inuectum 40. den. plaustrum lignorum quatuor bobus inuectum 25. den. " etc. Vid. Ioan. Listh Comment. de coronat. Maximil. II. §. 1. Ex qua pretii vilitate Belius in Collect. Miscell. pag. 303. not. a. sic subinfert. *Tu Lector! vilitatem mirare; et Patriae nostrae, multis nunc modis egentiori, bene precabere.* — Iuuerit insuper heic de *Re militari* veterum Hungarorum, ex Leone Sapiente Orient. Imp. quidpiam audire:„ Quoniam, inquit, in Turcarum mentionem incidi, nihil nos alienum a nostro proposito facturos arbitramur, si, quomodo ipsi acies suas instruant? declarauerimus; consecuti sumus eam scientiam vsu et mediocri experientia, cum eorum auxilio contra Bulgaros vteremur. Sunt vero Turcorum populi ad omnia sollicite attenti, nec quidquam magis quam sua consilia in arcano habent; temporum opportunitates quam diligentissime obseruant, operamque dant, vt non tam conserta manu copiisque, quam militari dolo atque inopinatis adgressionibus, et rerum necessariarum interceptione, hostium copias fundant. Arman-

tur vero frameis, loricis, arcubus, hastis; quare, complures eorum duplicia in praeliis arma gestant, humeris quidem hastas ferunt, arcum vero tenent manibus: at in receptu aduersus persequentem hostem arcubus excellunt. Non modo vero ipsi armis tecti sunt, sed equorum etiam (quibus nobiliores vehuntur) anteriores partes aut ferro aut denso centunculo muniunt. Excubias procul a castris alias atque alias collocant, vt non facile subitis impressionibus possint opprimi; in ipsa vero pugna aciem omnem, non vt Romani trifariam, sed in diuersas turmas millenarias partiuntur, quarum aliae aliis connexae adeo modicis inter se interuallis distant, vt vna continua esse videatur acies. Praeter instructam aciem copias etiam superfluas habent, quas aut ad struendas insidias aduersae aciei negligenter instructae emittunt, aut ad succurrendum laboranti cuipiam parti suae reseruant. Sarcinas vero atque impedimenta non longe a dextra vel sinistra aciei ala, vnius alteriusue milliaris interuallo, retro post aciem habent, quibus modicum praesidium relinquunt. Turmarum millenarum series, siue ordines indefinita profunditate instruunt; praeliis eminus commissis magis gaudent, deinde struendis insidiis circumeunt, cum scilicet protensa vtraque ala hostem circumuenire satagunt; tum simulatis recessibus, et repentinis in hostem conuersionibus, denique dispersis agminibus adoriuntur. Po-

steaquam vero hostes suos in fugam verterint, omni alia cura deposita tergis eorum assidue inhaerent; neque enim, quemadmodum Romani ceteraeque Nationes, satis illis est moderate insequi, et fugientium opes diripere: verum tamdiu illis incumbunt, donec internecione deleant, quem in finem omni arte conatuque vtuntur. Si qui hostium, quos persequuntur, in munitum aliquem locum confugerint; tum id dant operam, vt rerum cum viris tum equis necessariarum defectum adcurate explorent: quo cognito, continua illos obsidione vrgent, vt ipsos aut rerum inopia capiant, aut ad pacta sibi placita ineunda inducant. „Quae belli gerendi ratio tanti visa est Leoni Sapienti, vt in *Tacticorum* Opere plures pro Ducibus suis regulas ex ea constituere non dubitarit. Cons. Kollár. Amoenit. Hist. Vol. I. pag. 21. *seq.* — Sed quidpiam etiam de fastoso condam *Equitatus Hungarici* cultu, e Stephano Vinando Pighio, qui illum in inauguratione Rudolphi II. an. 1576. Posonii propriis spectauerat oculis, liceat isthic commemorare: „*Attilae*, inquit, Prouinciarum domitoris victrices copias repraesentare videbantur, armis atque vestitu; equorum nobilium colores atque picturae variae, gemmis auroque nitentes phalerae, martiorum hominum adparatus Scythicus, virgatae tunicae, thoraces, et loricae bilices trilicesque, clauis aureis argenteisque distinctae; Ithyrei arcus inaurati et encausto picti,

nec non onustae sagittis pharetrae, cocco, purpura, pellibusque peregrinis ac raris tectae et ornatae; lanceae coloribus variis depictae; item ex ferro fabricatae clauae, mallei ponderosi (Hung. *Csákány*) atque inaurati: spectantium oculos satiare non poterant. Sed inter cetera, generosae nobilitatis virtutisque insignia, praeeminebant expansae aquilarum alae ingentes, vastis clypeis inhaerentes, vel aureatis galeis impositae; vetustum decus nobilis apud Hungaros familiae, et praecipua fortitudinis bellicae apud posteros insignia." Cons. Istvánfi. Lib. XX. pag. 423. *seq.* item Belium l. c. pag. 305. not. e. — Huius itaque nobilissimae Gentis ac florentissimi Regni Hung. cum adnexis Partibus, hodie *Palatinus* et Locumtenens Regius est: Serenissimus Caesareus, Hungariae et Bohemiae Regius Haereditarius Princeps, et Archi-Dux Austriae, Dominus IOSEPHVS, Aurei Velleris, vna Insignium Ordinum S. Stephani Regis Apost. et Caesareo-Brasiliani de Meridionali Cruce Magnae Crucis Eques, Regni Hung. Palatinus et Locumtenens Regius, vti et Generalis Regni Hung. Capitaneus, Comes, et Iudex Iazygum ac Cumanorum, Caesareo-Regius Generalis Campi Mareschallus, duarum Legionum Militiae Equestris Ordinis Hung. Colonellus et Proprietarius, Comitatuum Pesth, Pilis, et Solth Articulariter vnitorum Supremus ac Perpetuus Comes, Excelsi Consilii Regii Locumtenentialis Hun-

garici nec non Excelsae Tabulae Septemuiralis Praeses. Quem subinde Eminentissimus Cardinalis Princeps Regni Primas et Archi-Praesul Strigon. ALEXANDER A RVDNA an. 1824. occasione Iubilaei Secularis Exc. Cons. R. L. H. Budae in Palatio Dicasteriali, Procerum totiusue Regni nomine, insigni facundia ita alloquebatur:" Nos abiecti, et, vt omnia monstra vno verbo complectar, ingrati animi notam haud effugeremus, nisi palam profiteamur, quidquid inde a nouem supra vigesimum annis in Regis, Reipublicae, in auitae Constitutionis firmamentum, in emolumentum Patriae hic gestum est, id Tuo sublimi ingenio, mirae industriae, praecelsae virtuti, ac intemerato in Principem Patriamque studio esse cumprimis iure merito adscribendum. Cum enim non tam Augustis natalibus, quam incredibili rerum gerendarum peritia, et propensissima in commoda publica voluntate, Regis non minus ac popularium nostrorum summam fiduciam nactus sis; eam Tibi inuiolabilem legem sanxisti, vt felicissimo hoc vehiculo vnice ad Regis Regnique salutem vtere-re. . . Te, Serenissime Princeps! florente, Te felice, Te beato, se omnes Patriae filii florentes, felices, beatos sentiant; nulla de ingentibus promeritis Tuis aetas conticescat, nulla vnquam obliuio hodiernae festiuitatis memoriam exstinguat: Tua comitas, suauitas, facilitas, nobis iucundissimum vitae solamen esto." Quem Serenissimum

Principem, de Republica Hung. Pannon. optime meritum, Superi quam diutissime seruent! — Porro Hungaria tota in quatuor partes dispescitur: I. in *Cis-Danubianam*, in qua tredecim; II. in *Trans-Danubianam*, in qua vndecim; III. in *Cis-Tibiscanam*, in qua decem; IV. in *Trans-Tibiscanam*, in qua duodecim; Comitatus numerantur. Regem, ab an. 1000. hodie quinquagesimum quartum reueretur; Liberas Regias ac Montanas Ciuitates 43. Archi et Episcopales 8. Oppida 692. Pagos 9138. praedia ac diuerticula 4876. tum Incolas vniuersim 8.775,671. complexa. Cons. Nagy Notit. Polit. Stat. Hung. Tom. I. pag. 170. — Dignitates *Ecclesiasticas* in Regno praeferunt: Archi et Episcopi, Abbates, Praepositi; item Capitula Ecclesiarum Cathedralium, ac Collegiatarum. *Seculares* vero Dignitates constituunt Barones Regni: Palatinus quippe et Locumtenens Regius, Iudex Curiae Regiae, Banus Croatiae, Tauernicorum Regalium Magister, Capitaneus Turmae Nobilium Praetorianae, Agazonum Regalium Magister, Pincernarum Regalium Magister, Cubiculariorum Regalium Magister, Dapiferorum Regalium Magister, Curiae Regiae Magister, Ianitorum Regalium Magister, S. Coronae Regni Hung. Conseruatores duo, ac Comitatuum Supremi Comites. Dirigitur Regnum ab Excelsis Dicasteriis, tam Politicis quam Iudiciariis; inter quae: I. *Cancellaria Regia Hungarico - Aulica*; cuius hodie Cancellarius

est: Excellentissimus D. Comes ADAMVS REVICZKY de Reuisnye, Ins. Ordinis S. Stephani Regis Apost. Commendator, IIns. item Ordinum Leopoldi Imp. ac Reg. Sardinici S. Mauritii et Lazari Eques, S. C. et R. A. M. Camerarius, Actualis Intim. Status Consiliarius, per Incl. Regnum Hung. Curiae Regiae Magister, Incl. Comit. Borsod. Supremus Comes, ac Regius Aulae, prout et Ins. Ord. S. Stephani Reg. Apost. Cancellarius. Cui insuper assistunt: Aulae Pro-Cancellarius 1. Referendarii Aulici 9. totidem Secretarii, ac Concipistae; nec non reliqui Officiantes. — II. *Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum*; cuius Praesidium gerit: Serenissimus Caesareus, Hung. et Bohem. Regius Haereditarius Princeps, et Archi-Dux Austriae D. Regni Palatinus IOSEPHVS; alte memoratus. Ei assistunt: Consiliarii 25. Secretarii 17. Concipistae 19. ac ceteri distinctorum Departamentorum Officiales. — III. *Camera Regia Hungarico-Aulica*; cui praesidet: Excellentissimus D. Comes CAROLVS ZICHY de Vásonykeö, S. C. et R. A. M. Camerarius, et Actualis Intim. Status Consiliarius, Thesaurarius Regius Hungaricus, et Exc. Camerae R. H. A. Praeses, nec non Incl. Comit. Mosonien. Supremus Comes. Cui adlaterantur: Vice-Praeses 1. Consiliarii 13. totidem Secretarii, et Concipistae; aliique Officiantes. — IV. *Tabula Septemuiralis*; sub Praesidio Eiusdem Serenissimi Principis et Archi-Ducis D.

Regni Hung. Palatini IOSEPHI. Cui assident: Co-Iudices 4. Assessores 16. cum vno Referente in Montanisticis. — V. *Tabula Regia;* cuius Praesidium tenet: Excellentissimus D. Georgivs Mailáth de Székhely, Ins. Ord. S. Stephani Reg. Apost. Commendator, S. C. et R. A. M. Personalis Praesentiae Regiae in Iudiciis Locumtenens, et Consiliarius Aulicus, Incl. Comit. Honthen. Supremus Comes. Cui assistunt: Praelati Tab. 2. Barones Tab. 2. Vice-Palatinus 1. Vice-Iudex Curiae Reg. 1. Proto-Notarii 4. Causarum Regalium Director 1. Assessores 10. cum vno Referente in Montanisticis. — Queis, pro insigni Patriae ornamento ac cultu, accedunt: I. *Incl. Commissio Studiorum*, penes Exc. Cons. R. L. Hung. sub Praesidio Illustrissimi D. Alexandri Mérey de Kapos-Mére, S. C. et R. A. M. Camerarii, ad Exc. Cons. R. L. H. Consiliarii, et I. Commiss. Stud. Praesidis. Cui adsistunt: Assessores 4. tum Actuarii et ad Exc. Cons. R. L. H. Concipistae 2. — II. *Vniuersitas R. Scien.* cui honorifice praeest: Excellentissimus D. Antonivs Comes Cziráky de Eadem, et Dienesfalua, Insignis Ord. S. Stephani R. A. Commendator, Eques Auratus, S. C. et R. A. M. Camerarius, Actualis Intimus Status, et ad Excel. Consilium R. L. H. Consiliarius, ad Exc. Tab. Septemuiralem Co-Iudex, per I. Regnum Hungariae Iudex Curiae Regiae, I. Com. Albensis Supremus Comes, et R. Scien. Vniu. Pestien. Praeses. — III. *Academiae Regiae* et Di-

strictus Litt. 4. *Lyceum* Archi-Episcopale 1. *Studia Philos.* 2. Gymnasia 66. *Scholae Vern.* 117. *Conuictus Nob.* 2. *Surdo-mutorum Institutum Reg.* 1. ac *Directio Scholar. Illyr.* G. n. v. R. 1. quas percelebris Philologus Voltiggi in Praef. Vocab. tripl. Edit. Vienn. 1803. pag. 16. in nexu B. G. Intim. Exc. Cons. R. L. Hung. dd. 18. Maii 1784. N. 11409. e communi totius Nationis voto literis Latinis ab antiquo receptis, iuxta Orthographiam ab Exc. Commissione Caes. Reg. Aul. dudum decretatam, absque Ritus discrimine, regulandas adornandasque cupit.

I.

Conuentus Nashicensis; S. Antonii Paduani. *a*)

In Dioecesi Zagrabiensi, *b*) *Comitatu Verocensi:* *c*) *Anno* 1321. *verosimilius praeexistens*; *ast Obs. an.* 1450. *Fratribus traditus*, *d*) *primum huius Obs. Prou. Domicil. et Archiu. Gen. multiformia ab hostibus fata* (*conseruato tamen continuo Conuentus iure*) *subinde expertus*, *ab excedente demum e Slauonia Turca vastatus*, *sed an.* 1662. *opera Patrum denuo restauratus*, *e*) *tum sub* 2. *April.* 1789. *N.* $\frac{1516}{15409}$. *cum duodecim Sacerdotibus ac duobus Laicis clementer restabilitus*; *Parochiam ab olim*, *et Studium Philosophicum recentius prouidet.* *f*)

Lingu. Illyr. *g*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Ignatius Lovrich, Illyr. Slauon.	7. Sept. 1777.	21. Sept. 1799.	18. Oct. 1801.
R. P. Benvenutus Klasz, Slau. Hung.	27. Mart. 1786.	13. Maii. 1806.	13. Maii. 1807.
M. V. P. Ambrosius Rodich, Illyr. Slauon.	29. Maii. 1802.	23. Oct. 1822.	11. Dec. 1825.
M. V. P. Stephanus Zecsevich, Illyr. Hung.	7. Maii. 1781.	13. Febr. 1803.	14. Febr. 1804.
M. V. P. Sigismundus Strixan, Illyr. Slauon.	21. Aug. 1786.	15. Sept. 1805.	21. Aug. 1807.
M. V. P. Anton. Iakobovich, Illyr. Hung.	3. Iulii. 1795.	31. Oct. 1815.	31. Oct. 1816.

Hung. *h*) Germ. *i*)

Annus / Primit.	Lingua. Cognit.	Gradus et Officium.
9. Maii. 1802.	Illyr. Germ. Hung.	Guard. Stud. Philos. Pro-Dir. Paroch. Adm. et Rect. Schol. Norm. isthic pag. 18. memoratus.
23. Sept. 1810.	Slau. Germ. Hung. Illyr.	AA.LL.ac Phil. Lic. eiusd. Lect. Em. et Act.Exh. et Mag.Cler.ac Cerem.Expos.Casuum, nec non Spirit. cum facult. a Reseruat.
8. Ian. 1826.	Illyr. Germ.	Vicar. Conc. Illyr. Fest. Coop. Paroch. Sup. Sacr. Com. Mag. et Catech.
12. Ian. 1806.	Illyr. Hung. Ital. Germ.	Capellan. Garnis. Spalatri in Dalmat.
13. Aug. 1809.	Illyr. Germ.	Conc. Illyr. Dom. Coop. Par. Catech. et Spir. cum facult.
6. Ian. 1822.	Illyr. Hung. Germ.	Conc. Illyr. Annual. et Coad. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Narcissus Hutovich, Illyr. Hung.	18. Ian. 1800.	23. Oct. 1824.	11. Dec. 1825.
Fr. Thomas Martinacz, Illyr. Croat.	18. Aug. 1754.	12. Mart. 1780.	12. Mart. 1781.
Fr. Ioannes Schulz, Germ. Hung.	23. Apr. 1781.	31. Dec. 1801.	31. Dec. 1802.
Fr. Benedictus Szölösy, Hung. C. Szalad.	14. Mart. 1800.	18. Dec. 1822.	14. Aug. 1826.

a) *Nashicas*, in Pannon. *Inf.* dehinc *Secunda*, ex Itiner. Antonin. Aug. haud improbabiliter Rom. *Strauianis*, XXIIII. M. P. = $4\frac{2}{3}$ milliar. geogr. ab Inicero remotis, respondere hariolamur; quam mensuram, ab ultima Poseganae Ciuitatis olim extensione vsque proximos Nashicarum limites (de qua alibi, ad *St. Hippolytum* proloquemur) facile elicueris: quam perinde distantia *Strauianis* Mursam vsque, seu intermedium Arcem inter

Annus Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
8. Jan. 1826.	Illyr. Hung. Germ.	AA. LL. et Phil. ac Hist. Lect. Instr. Cler. in Cant. et Organo, Exhort. Laicor. Protoc. Biblioth. ac Organista.
"	Illyr. Croat. Germ.	Laic. Sart. Com. VMag. et Procurat. Conuent.
"	Germ. Hung. Illyr.	Laic. Sacrist. Cellar. Ianit. Vice-Organ. et ad seruit. Conuent.
"	Hung. Germ. Illyr.	Laic. Coq. et ad seruit. Conuent.

ac Ciuit. Inf. Essek. spatium (in Hodoepor. XXX. M. P. = 6. milliar. germ.) suadere videtur. E nomenclatione Rom. Castra fuerint? de quibus illud adhuc e Wesseling. Itiner. Antonin. Aug. pag. 265. addimus: *Strauiana, si Itinerarium excipias, qui memorauerit, vix quemquam noui; atque hoc illis cum pluribus aliis Pannoniae mediterraneae locis commune est: quo fit, vt in coeca noctis caligine erremus.* Illud certius, ab exactis Roma-

nis, locum *Nolche*, item in Decr. Andreae II. R. Hung. *Nolko*, apud Bombard. Topogr. Hung. pag. 236. ac *Nexe*, *Necktze*, et *Negko*, apud Greiderer Chron. Francisc. Tom. I. Lib. 2. n. 249. vocitatum; intra saltus montium mareque siluarum hodie situatum, atque olim ob Iniceri ac Mursae coniunctionem, sub Romanis cultum, et ab Ostrogothis tentum fuisse: arbitrari licet. Cons. Ritter. et Katanc. Geogr. Pannon. Certe, Sec. 9. Hungaris, ac praesertim Radoni Palat. Sec. 11. ignotus non erat. Vid. Katon. Hist. Crit. Tom. II. Nashicarum Oppidum, 133. dom. et 880. incol. numerans; distat — *Essekino:* merid. inter et occas. XXX. M. P. seu post. 3=6. milliar. geogr. — *Buda:* CCXX. M. P. seu post. 22=44. milliar. geogr. — *Vienna:* CCCCII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. 40$\frac{1}{3}$=80$\frac{3}{4}$ milliar. geogr. In priscam heic Nashicarum laudem cedit, quod Martinus V. an. 1419. *Gregorium de Nexe* Ord. Min. qua Episcopum Nandor-Albensem (Belgradiensem) commemoret; in Aduersar. Prouin. Lib. II.

b) Initia Episcopatus *Zagrabiensis*, a S. Ladislao R. Hung. fundati, Bombard. Topogr. Hung. ad an. 1085. Timon Imag. Hung. ad an. 1091. Pray vero Hierarch. Part II. ad an. 1092. referunt; sed eum ante an. 1093. haud exstitisse, asserit Katona Hist. Eccl. Coloc. Part. I. pag. 14. Id autem vt certum tenemus: hunc, qui locum

veteris

veteris Episcopatus Sisciens. *Sziszek* (a Plinio Colonia, ab Appian. Oppidum, a Strabon. ac Dion. Cass. Vrbs Romanor. appellatum) sede et martyrio S. Quirini Episcopi ibidem an. 309. decorati, sed ab Sec. 6. ac 7. primum a Gepidis Longobardisque Arianis, tum Auaribus Croatisue Gentilibus, euersi, tenet; clementia Restauratoris postliminio successisse. Negat absque fundamento Pray l. c. sed cons. Salag. de Stat. Eccl. Pann. Lib. III. cap. 5. Singularia sunt hanc in rem Ioann. Tomcon. verba: *Cum reliquae omnes Hung. Regni Ecclesiae vel Turc. iugum subierint, vel haereticorum labe deformatae fuerint, ex Cathedralibus nostra, beatissimo Regi dicata, et a foeditate Turcarum et a labe haereticorum prorsus immunis, Apostolico Throno pura adhaesit perpetuo;* apud Rattkay Memor. Reg. Dalm. Croat. et Slauon. Edit. II. Vienn. 1772. pag. 62. — Hodie Dioecesanus Alte nominatus existit: Excellentissimus ac Reuerendissimus D. Alexander Alagovich, Episcopus Zagrab. vna Exc. Tab. Banal. Locumtenens Regius. Ipsa Dioecesis (iuxta Recens. Aszalay. an. 1825.) numerat: Canonicatus Act. 28. Honorar. 1. Abbatiam Real. 1. Titul. 7. Praeposituras Real. 2. Titul. 4. Capitulum Collegiat. 1. in quo Canon. 9. Archi-Diaconatus 15. Vice-Archidiacon. 33. Parochias 339. Clerum Eccl. 712. Regulares 333. Animas indistinctim 814,631.

c) Comitatus *Verocensis*, cum potiori Valpouensis olim Comitatus tractu copulatus, a celebratissima olim in Slauonia Arce *Verucia* (quae an. 1547. trium mensium spatio, virtute Amazonis Hungarae coniugis Petri Perenyi, barbarorum conatus fatigauit) iuxta Hilarium Costades, et Bombard. l. c. pag. 146. nuncupatus: per Dranum amnem a Prouincia Simeghiensi et Baranyensi seiungitur parte septentrionali; ab occasu Sz. Georgense, a meridie autem Brodense Regimen Confin. et Poseganum Comitatum attingit; Bacsiensi ac Sirmiensi orae conterminus ab ortu. Praeter Drauum plures numerat minores, queis Prouincia irrigatur, fluuios piscosos. Nonnulla stagna maiora, et quasdam paludes. Incolae sunt Illyri; queis se adiunxere Hungari quoque, et Germani. Ager ei fertilis est vbique, ac omni fere frumenti genere abundans; et vbi campus in colles eleuatur, vitibus quoque luxuriat. Nec desideraueris siluas, pascua, thermas, et acidulas praestantissimas. Comitatus hic octo supra decem et vltra milliaria longus, quatuor et semi latus; sex continet Processus, a locis praecipuis denominatos; hi sunt: Verocensis, Vuchinensis, Nashicensis, Diakouariensis, Valpouensis, et Essekiensis. Numerat Lib. Reg. Ciuitatem 1. Oppida 17. Pagos 231. praedia et diuerticula 33. incolas 148,123. Status personalis Magistratus Prouinciae: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus Vice-Com. 1. Notarius Ord.

1. Vice-Notarii 2. Archiui Registrator 1. Generalis Cassarum Perceptor 1. Particularis Cassarum Perceptor 1. Assessores salarisati 2. Iudices Nobilium Ord. 4. Vice-Iudices Nob. 4. Iurati Assessores Ord. 3. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Exactor Rationum 1. Commissarii securitatis 3. Cancellistae 5. Geometrae 2. Casarmarum Inspectores 6. Mororum Inspectores 2. Praeiuncturarum Commissarius 1. queis accedunt: Physici 2. Chyrurgi 6. Obstetrices 3. Locumtenens 1. Vigiliarum Magister 1. Castellanus 1. — Supremi Comitis Officio fungitur: Illustrissimus D. EMERICVS LÁNYI de Kiss-Szanthó, S. C. R. A. M. Camerarius, Incl. Tab. Dist. Partium Regni Trans-Tibiscanarum Praeses, etc. — Ingremiatur Dioecesibus: Quinque-Ecclesiensi et Zagrabiensi, item Bosnensi seu Diakouariensi ac Sirm. canonice vnitis. — Romanae antiquitatis vestigia, praeter alibi memorata, insuper occurrunt: I. *Sirotis*, Hodoepor. *Serota*, Ptolom. *Σόρογα*, hodie *Veroce;* II. *Bolentium*, Miholjac; III. *Marinianis*, Moslauina; IV. *Iouallium*, Valpouo; celebris Antiquarii et Philologi *Katancii* (de quo ad Conu. Essekiensem plura proloquemur) natale solum. Cons. Tab. Itin. Anton. in Mannert. ac Hodoepor.

d) *Nashicae* iam ante an. 1322. Fratres Minores ceu hospites stabiles sinu suo continuerunt. Fundamentum adserti huius suppeditat Specul. vit. S. Franc. et Soc. a Simone de Luere an. 1504.

Venetiis vulgatum, atque a Greidererio l. c. in Bibliotheca Conuent. Suacen. repertum; in cuius calce pag. 139. haec leguntur: *Capla* (Capitula) *in Negke an. Dom.* 1321. *et an.* 1323. *et an.* 1337. Vnde Gonzag. Wading. et Hueber. ad an. 1373. Caualli autem ad an. 1369. illius initia reiicientes, errore lapsos arbitramur. Conuentum etiam Monialium Clarissarum, ac peruetustam in foro SS. Trinitatis Ecclesiam, sinu suo continuisse; rudera, ibidem adhuc prostantia, heic vero aetate nostra solo aequata, vbertim loquuntur.

e) Chron. Prou. an. 1766. pag. 296. §. 4. *seq.*

f) Sub administratione temporali A. R. D. IOSEPHI MAVROVICH Districtus Orahouicensis Vice-Archidiaconi, illiusque Loci Parochi, qua Conuentus Syndici Apostolici; nec non ANTONII KIRSCHEK, Incolae Nashicensis ac Substituti Syndici Apostolici.

g) In gratiam eorum, qui penitiorem Linguae *Illyricae* notitiam non habent; quaedam e veteribus monimentis isthic adducere placuit. Sub hac Lingua intelligimus eam, quam generatim Populus in Dalmatia, Istria, Carniolia, Croatia, Bosnia, Seruia, Bulgaria, Albania, Slauonia, et Hungaria Inferiore loquitur; quamque, vtpote dialecti *Slauonicae*, etsi in plures enunciationis modulos sparsam peregrinisue hodie vocibus refertam, cum veterum *Illyriorum* (a Scylace Cariand. 539.

ante Christum natum annis, proinde integro pene Seculo citius, quam Scythar. ac Sarmat. ab Herodoto proditorum) Idiomate passim consentire: ex Strab. Geogr. Lib. VII. ac repertis aeui Constantinor. in Pannonia Inferiore epigraphis, post Chalcocond. Marsil. Seuerin. atque Dolc. percelebris Philol. *Katanc.* Oper. de Istr. cap. VII. egregie ostendit. E multis pauca memorasse suffecerit: I. Liuius Hist. Lib. XLIV. cap. 26. de auxilio, quod Galli Perseo aduersus Romanos erant laturi, scribens, meminit cuiusdam Oppidi, *Bilazora* dicti, ad Axium in Paeonia, hunc prorsus in modum: *Eo mittit Antigonum* (Perseus, qui an. ante Chr. 178. Philippo in regno Macedoniae successerat) *ex purpuratis vnum, qui iuberet multitudinem Gallorum ad Bilazora* (Paeoniae is locus est) *castra mouere . . . septuaginta quinque millia ab Axio fl. et castris Regis aberant Galli.* Quis non videt, Bilazora nitidissimum et optime seruatum Illyr. vocabulum, *candidam auroram* denotans? apud Dolci, Dissert. de Lingu. Illyr. §. 11. certe, in Tab. Geogr. Seuterianis comparet hodieque *Bilazor*, ad Vardar fl. in Macedonia. Vnde eleganter Acta Societ. Erudit. Iablonou. Lips. Tom. III. pag. 35. perhibent: *Rectius Thracibus, Getis permistis, vocem Bilazora tribueris, quam quidem vix a Slauonico possis eximere.* — II. Harduinus, in re numaria peritissimus, profert

Maximiani ad an. Christi 295. *numum*, quem, in Hist. Aug. ait, litteris Illyricis inscriptum esse; e vet. caractere, ab Katancio l. c. pag. 57. sic relectum: *Nas . . . sve utishi.* Latine. „*Nos ... omnes salua.*“ Quo loco idem Harduinus prosequitur: ***Est iste numus in Cimelio Com. de Schwarsburg . . . Ex isto autem, et ex altero Constantii Aug. perspicuum est, stultumque commentum eorum, qui quoniam nullos deinceps numos Graecos vident, somniant, iussam hoc tempore exulare Linguam Graecam; cum Illyricana non exularet.*** Ex quo de illius aeui Lingua Pannoniae Inf. adcolarum firmum argumentum deduxeris. — III. Sed neque haec sunt omnia veterum Pannoniorum Idiomatis specimina; nam Com. *Marsilius* (notum illud inter eruditos nomen) Opere Danub. Tom. II. fig. 42. n. 7. Lapidem, in Oppido *Mitrovic* Sirmii ruderibus repertum, cum aeui Constantinor.. epigrapha hac profert: ***VII UJIЄ ISПX NoCIJS MHIbNO TAUJC TZ ZIIIt.*** Quam, post repertorem, percelebris Philolog. Katanc. l. c. pag. 98. ex hoc vet. caractere ita reddit: *Viivice. shta. nosish. mi. edno. ga. Otroka.* god. IIII. seu, iuxta hod. scribendi modum: *Vjivice! shta nosishmi jedinoga Otroka. God. IIII.* Latine: „*Parca saeua! cur mihi vnicum tollis germen. an. IV.*“ — IV. Ad finem Seculi quinti, Illyricum orientale prodidit Linguae Illyr. signa in

stirpe Iustiniani Imp. Iustinus quippe senior ἐκ *Βεδερίνη Vedrina* ortum accepit, iuxta Agath. in nott. Asseman. ad Procop. Hist. Arcan. cap. 4. coniux ei λυπικίνη *Ljubicsna* seu *Ljubica* ἀπὸ τῆς *Ljuba* (quod ignominiosum Procopius, Linguae Illyr. ignarus, e Latino censebat, l. c.) sponsa patrio idiomate nuncupata fuerit; quo Illyrii vocabulo vsque hodie vti non destitere. Iustinianus, e sorore Iustini nepos, patrem habuit *Istok*, matrem *Βιγλενίςαν Viljenica* (Theophilo, eius praeceptore, teste) illud orientem, hoc nympham denotat Illyriis; queis et hodie *Vila* musa siluestris, sine cuius inuocatione vates eorum canere non consueuerunt. Sed et habitu, ac sermone, quidpiam Illyrici praesetulit Iustinianus; Procopio teste, Hist. Arcan. cap. 14. dicente: *Principio regiminis nihil, quod Imperatoriam deceret Maiestatem, vel habuit vel curauit; sed lingua, habitu, ingenio, se ad barbarorum morem citius comparauit.* Patria quippe lingua patrioque habitu, Illyrico nimirum vsus; cui adolescenti, vt Praeceptor eius testatur, nomen *Vpravda* (quod iurisdictionem notat) fuit: vnde Iustiniano, et fortassis auo quoque Iustino, cognomen, ex Kollar. Hist. A. Vol. I. cap. 3. — V. Presbyter Diocleas (pro media aetate multum citatus) circa dimidium Sec. 12. Historiam Slauinorum Illyrica conscripsit Lingua, Latine ab se versam, vt ipse fatetur;

qua prae ceteris Andreas Kacsich Dalmata in commentariis Slauinis atque poëmatiis usus est: dialecto nempe, ut olim sic in hodiernum, nostris Illyriis propria. Cons. Specim. Philolog. Pannon. Lib. II. §. 3. n. 3. — VI. Romae in Conuentu Aracaelitano hodiedum visitur Epitaphium Catharinae Bosnensium Reginae, Seculo decimo quinto ante 352. an. propria illius manu ante mortem confectum, huiusmodi: *Katarini Kralici Bosanskoj, Stipana Hercega od svetoga Sabe; od poroda Jeline, i kuche Cara Stipana rodjenoj, Tomasha Krala Bosanskoga xeni: koja xivi Godin.* 54. *i priminu u Rimu na lito Gospod.* 1478. etc. ab celebratissimis viris, Bohorizio, Palatino, Lambecio, Kollario, Bombardio, Assemano, Cangio, Szaszkio, aliisue sufficienter explicitum; cuius Latina phrasis haec est: *Catharinae Reginae Bosnensi, Stephani Ducis sancti Sabae; ex genere Helenae, et domo Imperatoris Stephani natae, Thomae Regis Bosnae vxori: quae vixit annos* 54. *et obiit Romae anno Dom.* 1478. etc. Qui huius idiomatis peritus est, et nostrates Illyrios sermocinantes audiuit; Epitaphium isthoc, vti et praemissa vetustae Gentis monumenta philologica, nihil prorsus differe facile animaduertet. Atque hac dialecto vniuersi, qui *Illyrico* veniunt nomine, per Hungariam vtroque Danubii latere, Slauoniam, Bosniam, Dalmatiam, Seruiam, Macedoniam, Epi-

rum, Rumiliam, Bulgariam, Moldauiam, Valachiam (Thracum scilicet, Pannoniorum, Mysorum, Dacorum, Getarumque posteri, aduenis mixti) vtuntur vsque hodie; inter quos tamen Bosnenses, Dalmatae, Illyrii Hung. Slauonii, et Serbli, puritate ac elegantia eminent. Ex antelatis praeterea veteribus monumentis, et praesertim huius Epitaphii marmore (cui, ob concordem praecitatorum Auctorum fidem, nulla fraus obuerti potest) conuellitur opinio illorum, qui omni dimidio etiam Seculo linguas mutari aiunt; cum Illyrica, ex demonstratis, a multis retro Seculis intacta perstiterit, tametsi idem de aliis, quae culturam heri cepere, haud dici oportere censeamus. *Illyrica* suauitate Graecae ac vetustate Romanae est innexa, et inde vsque firmissimis radicibus fulta; mollis iam olim, velut Latina: vt Ouidium (qui hac in re alioquin delicatissimus erat, quique Trist. Lib. V. Eleg. 12. fatetur: *se didicisse, Getice Sarmaticeque loqui*) carmen ore Threicio, sexta ab exilio hieme, in Caesaris Germanici laudem pangere non piguerit, ex Ponto Lib. IV. Epist. 13. quem posteri viri celebratissimi Illyriciani (quorum in Hist. Iosephi Patriach. Introd. pag. 10. litt. a. meminimus) viriliter imitari conati sunt. Haec igitur insignia idiomatis Illyrici monimenta, fideiussoribus Harduino, Lambecio, Marsilio, Dolcio, et Katancio, de Istr. cap. IX.

Panonniis nemo eripuerit. Quo loco Timonem, Imag. Hung. Part. I. Lib. 2. arbitrarie asserentem: *Antequam ditio sub Romanos cecidisset, vulgarem in Illyrico linguam fuisse Graecam;* isthic adduxisse, est ex praemissis palam refutasse. Rectius l. c. pag. 56. protulit: *Pannoniorum sermo fuit Slauonicus;* Superioris nempe Pannoniae, ac eorum, qui laeuum Istri latus tenebant (Marcomann. Quad. Sarmat. idque ab aduentu duntaxat Romanorum horsum) dialecti *Slauo-Sarmaticae*, qui vero dextro latere per Pannoniam Inferiorem versus meridiem diffundebantur, labii *Slauino-Illyrici;* prout praememorata monimenta clare exhibent: tametsi non negauerimus, in vrbibus oppidisue, ac praesertim Sirmii, linguas perinde vti Graecam ita Latinam, in publicis praesertim Actis, personuisse. Censuram autem pagellarum Götting. et Ienen. nihil moramur; nata est ab homine et linguae et antiquitatum Gentis huius ignaro, legum autem Epigraphicae prorsus imperito. Hanc tamen Illyrior. linguam vti ab idiomate stricte *Slauo*, dial. Sarmat. ast eiusdem cum Illyr. originis, ita a *Glagolitica* seu Slauo-Russica, qua orientali Ecclesiae addicti in diuinis vtuntur, discernere oportet; hos improprie *Rascianos* vulgus compellat (siue a *Rasca* fl. Seruiae; siue a *Rascia* vtramque illius ripam occupante; siue a veteribus *Θρακεῖς* per apheresim *Racis*, suis olim maio-

ribus) qua vltima deriuatione Illyrii, orientali praesertim Ecclesiae addicti, veterum Scriptorum sententia, semet recte nuncupant. Cons. Istvánfi. Lib. 33. Ceterum, doctissimus Frid. Vilhelmus Taube, Caes. Reg. Consil. Act. isthoc meritum ita paucis complexus est: „Inzwischen ist die Illyrische Sprache seit dem XIV. Jahrhundert sehr mit ziemlich vielen türkischen Wörtern vermischt worden ... Uiberdem ist sie noch nicht recht ausgebildet und in gute Regeln gebracht worden: ob es gleich an Sprachlehren und gedruckten Anleitungen zur Erlernung derselben nicht fehlet. Sie schicket sich gut zur Dichtkunst: man hat große Geschichtbücher, die in gebundener Rede geschrieben sind. . . . Die illyrischen Gedichte haben den Reim eben als die Deutschen" Histor. Geogr. Descript. Regn. Slauon. et Ducat. Sirm. Lib. I. §. 47. pag. 59. seq. Edit. Lipsiens. an. 1777. Mirari itaque subit, ab hodiernis patriae Scriptoribus Topographisque (queis, ob copiosum in Regno incolarum numerum, structura vtriusque dialecti ignota esse nequit) omne *Illyriorum* nomen, praesertim in Hungaria et Slauonia, aut cum Russico, Slauico, Valachicoque permutari, aut cum his postremis duabus nationibus perperam confundi; quum nos linguae Illyricae dialectos praecipuas hodie tres solum statui, recte arbitremur: *Bosnensem* quippe, *Croaticam*, et *Carniolanam*. Ad primam refertur ciuilis Dacorum et Pannoniorum;

ad alteram Amantinorum, quos *Schokcios* adpellamus, qui simplicitatem priscam sermonis retineant; ad tertiam Stiri, Carni, Carinthi, Istri ex parte, ac Veneti alpibus propiores, et Hungariae Vandali (vt literatis dicuntur) Muram inter et Rabam. Bosnensium loquendi modus, etsi pauca vocabula a Turcis accepere, priscum tamen nitorem Graeco mollitum seruat, libris partim vetere patrio caractere partim Latino, qui hodie plerisque adhibetur, conscriptis propagatum; nihilominus (quod mirere) iis, qui ethnologica hactenus tractauere, Germanis praesertim, prorsus ignotum: cum libri Venetiis, partim Romae, Anconae, alias editi, non aegre haberi queant. Sed neque in Hungaria et Slauonia editos volunt; qui ergo de ethnologicis harum partium censebunt? Vniuersum pene Illyricum, quod veteres propius nouere, est toti Germaniae, Galliae, Italiae (si paucorum conatus demas) ignotum. *Ludouicus Schloezer* et *Albertus Fortis*, hic Italus ille Germanus, hoc argumenti genus attigere; verum hic notitia idiomatis Illyrici leniter tinctus, ille ignorantiam palam fassus, non poterant rem crisi obnoxiam solide pertractare. Interea isthic de veteribus *Pannonibus*, quos hodie doctissimi quidam viri ad incertam originem referunt, quorumue labii indigenas vti olim exstitisse ex epigraphis ostendimus, ita hodiedum superesse videmus; paucis

euoluere liceat. — Pannonum nomen inter *Illyrios* relatum, primus prodidit Strabo (quos Dionysius Periegeta *Panionios* nuncupauit) Geogr. Lib. I. vbi Sisciam Sirmiumque memorat; qui ab Lib. VII. pag. 313. *Illyrio* nomine inde ab Istri fontibus vtitur, complexus Vindelicos, Rhaetos, Noricos, *Pannonios*, Dardanos; sic enim l. c. suam instruit orationem: *λεγωμεν δή τά Ιλλυρικά πρῶτα, συναπτοντα τῶ τε Ιςρω, καί ταῖς Αλπεσιν*, *Primum itaque Illyrica exponamus, quae et Istrum, et Alpes attingunt* etc. Geographi sententiam confirmat Appianus in Illyr. n. 14. Edit. Lipsien. 1785. vbi Illyrios ad Ionium et Adriaticum accolentes memorauit: „Romani vero, inquit, non hos duntaxat, sed Paeones (Pannonios) vltra eos, nec non Rhaetos, Noricos, et Mysios, qui Europam incolunt, et quoscunque alios his finitimos, qui Istrum a dextra nauigantibus sese offerunt ... communi vocabulo Illyrios omnes arbitrantur" *Οἱ δέ παίονες εἰσιν ἔθνος μέγα παρα τόν Ιςρον επίμηκες ἐξ Ιαπόδων επί Δαρδαίθνους; παίονες μέν ὑπο τῶν Ελληνων λεγόμενοι, καί Ρωμαιοί παννονιοι, συναριθμουμενοι δὲ ὑπό Ρωμαιων τῆ Ιλλυρίδι* etc. *Sunt autem Paeones, magna gens circa Istrum habitans, a Iapodis adusque Dardanos; Paeones quidem Graecis dicuntur, Pannonii Romanis, inter Illyrios, vt memorauimus, a Romanis relati*; *de quibus mihi nunc Illyrica recensenti disserendum vide-*

tur: gloriosi sunt hi propter Macedonicos Agrianos, qui maximam Philippo et Alexandro praestitere operam; Paeones autem sunt Pannonum, inferiora apud Illyrios tenentium, coloni. De quibus etiam Dio Lib. 49. ita: *Vnde et ego illos quidem Paeones, hos autem Pannonios, sicut et ipsi se et Romani eos appellant; nominabo.* Quae opinio animis Graecorum Romanorumque eapropter insedisse videtur, quod eadem vtrosque lingua, et Illyrios et hos Pannonios, vti obseruarent; vnde ad vtrorumque *origines* concludere licet. Sed iterum Timon l. c. pag. 22. obuertit: *Dico Rascios non populos illos, qui in Rascia agitant; sed eos, qui vel excisis vel pulsis post cladem Mohacsiensem Hungaris, Sauiensem Hungariam insederunt.* Ergo huiusmodi labii populus non exstiterat ibidem ante isthoc tempus? cuius labii *autochthones* in Pannonia Inf. coloniis Rom. tum aduenis gentibus, demum a Sec. 9. Hungaris vsque in hodiernum permixti conuixerint; Epigraphum Scriptorumque monumenta recitata, ac Regum quaedam Diplomata (queis locorum subinde vocabula Gentis recitari, vel in pluribus Stephaneis, praesertim an. 1009. Andreae II. 1220. ac Belae IV. R. imprimis an. 1244. Diplomatibus videas) affatim loquuntur. Cons. Katanc. de Istr. l. c. non obstantibus nonnullis *coloniis*, in dimminutum subinde per Tartaros Turcasue inco-

lis Regnum, ac praesertim Comitatus Bacsien. Pestinen. Arad. Baranyen. Tolnen. etc. e Dalmatia, Croatia, Bosnia, Bulgaria, ac Seruia horsum serius deductis; quarum meminit Chron. Prouin. an. 1823. Sect. II. pag. 264. — In summa, eiusdem idiomatis (variata nonnihil pro diuersitate Prouinciarum dialecto) *Illyriorum* numerum Cl. Böckh in Statist. Orb. Edit. Vien. 1827. pag. 157. (exmissis ab eo isthic quibusdam insuper Europeis et Asiaticis huius generis adcolis; iuxta Bohoricz Arctic. Horul. 1584. Lambec. Comment. Bibl. Vind. Part. I. pag. 175. seq. Schloez. Hist. Sept. pag. 380. Dolci Diss. Lingu. Illyr. §. 4. et Katanc. Comment. de Istr. cap. VII. n. 18.) hodie recenset: vltra 5.829,000. E quibus Augusto Serenissimae Domus *Austriacae* Throno fideliter parent plusquam 2.425,477. iuxta Statist. Geogr. Edit. Lipsien. 1814. Tom. IV. pag. 181. seq. Militaria item huius Regni *Confinia* (demtis Banat. et Transilu.) constituunt: 629,729. iuxta Statist. Milit. Hietzingeri 1815. Part. I. pag. 175. Hungaris denique sub eadem Hungariae Corona (de qua insignis Poeta an. 1790. quo Budam reuecta fuerat, sic: *Tartarico depulsa metu lassatur, et hospes — Considet in fidae litore Dalmatiae*) qua ab olim conciues, hodiedum conuiuunt: vltra 1.690,000. Vid. Geogr. Orb. Edit. Lipsien. l. c. pag. 238. seq. — Memorabilis heic (vel de solis *Croatis*, *Slauonitisque*)

est pronunciatio Abbatis Dobrowsty, an. 1791. Pragae in Oeco Eruditae Societatis Bohemicae, coram Aug. Leopoldo II. palam depromta hisce: „Von 367,000. Kroaten (ich nehme fast immer die geringsten Angaben an) stehen alle Waffenfähige zu ihrem Befehle, zur Vertheitigung ihrer Staaten bereit. Ihre Tapferkeit ist weltkündig, und sie waren mit den Slawoniern die ersten von allen öſtreichiſchen Unterthanen, welche die in dieſem Hauſe errichtete und auf das weibliche Geschlecht erweiterte Erbfolge, im J. 1713. feyerlich angenommen und mit ihrem Blute vertheitigt haben. . . . Die Slawonier (253,000.) haben nebst den übrigen, die zur Illyrischen Nation gerechnet werden, das schönste Beispiel von ihrer Ergebenheit an das Haus Oestreich, allen übrigen Unterthanen desselben zur Nachahmung, zu einer Zeit gegeben, wo so manche Unzufriednen in ihrer Nähe laut genug murrten; und sie haben hierdurch die Unzufriednen zum Stillschweigen gebracht, und sich der Versicherungen von Huld und Gnade, die sie von Eu. Maj. erhalten haben, werth gemacht. Noch mehr, sie haben ihren Mitbrüdern den türkischen Serwiern Thränen aus den Augen gelockt, da sie ihnen zeigen, daß sie unter der wohlthätigen Regierung Oestreichs eines Glückes schon genößen, nach welchen jene so lange seufzten. Vid Dissert. Ios. Dobrowsty, pag. 4. Edit. Prag. an. 1791. Atque hi ceterique Pannonii, vti et sinistrae Danubii ripae Slaui, cum *Hungaris* in

vnam

vnam principaliter coaluere ciuitatem, iisdem legibus, vicaria lingua, ac diuersis consuetudinibus liberam; de quibus idem Timon l. c. Lib. III. cap. 3. pag. 162. ita disserit: *Hungarorum octingentis iam annis in vtraque fortuna socii vtrique populi; stant vna labantque. Non pauci postea ex posteris Gentis nobilitate ornati opibusque aucti, parentes exstiterunt familiarum et copiosarum et hodie perantiquarum* (Cons. Du Fresne de Illyr. in Praelim.) *quae quidem non minus Patriae praestant, quam debent: valent enim consilio, iuris interpretandi dicundique facultate . . . Infimi vero Nationis coloni, aratores laboriosissimi, herorum obseruantissimi.* Quam nationum ac idiomatum sub vno Sceptro diuersitatem, ad Monarchiae Regnique firmitatem plurimum conducere; subinde complures Incl. Comitatuum Hungariae Vniuersitates an. 1784. coram Aug. Iosepho II. palam declarabant hisce: *Cunctae totius Monarchiae partes arctius inuicem iunguntur, quia (iuxta effatum Senecae) Societas humana lapidum fornici simillima est, quae casura, nisi inuicem obstarent, hoc ipso continetur; et Mithridates Rex Ponti in Historiis cognomento Magnus adpellatur, quod viginti duarum sibi subditarum gentium linguas ex asse caluerit, omnesque nationali lingua rexerit, quodue orbis dominos Romanos hoc vinculo nationum propulsauerit . . . Vna lingua Latina in pu-*

blica pertractatione Hungaris plane est propria; omnes namque scientiae et artes sua isthic initia et incrementa linguae Latinae debent: tot Regum Diplomata, Regni Archiua, Instrumenta publica et Aduersaria, Historiae summa diligentia apud nos elucubratae, ipsae Leges, manuscripti Codices, maiorum Testamenta, Familiarum Tabulae; hac lingua conscriptae sunt. etc. Cons. in specie Repraesent. Incl. Com. Zemplin. dd. 22. Iun. 1784. Atque huiusmodi publicam Incl. Statuum et Ordinum Hung. Declarationem Referens eotum D. Ürményi Avgvsto Throno 26. Aug. 1784. homagiali cum subiectione ita substernebat: „Die Hungarn haben vor Zeiten die benachbarten Völkerschaften theils durch die Waffen, theils durch Verträge unter ihre Bottmässigkeit gebracht. Das Beispiel der Römer war noch zu frisch, als das es ihnen nicht bekannt gewesen wäre. . . Die Hungarn dachten menschlicher, und um das Band der Vereinigung zwischen sich und den eroberten Ländern enger zu knüpfen, gaben sie ihnen die nemlichen Gesetze, von denen sie selbst regieret wurden, ertheilten ihnen alle Freyheiten, welche Ihnen die mit dem Regenten feyerlich geschlossenen Verträge gestatteten; drangen aber ihnen ihre Muttersprache nie auf, und liesen selbige bey ihren alten in sich selbsten dem Staat gleichgiltigen Gebräuchen. Diese menschenfreundliche Politique der alten Hungarn versehte keines Dings ihren Endzweck

denn noch heutiges Tages äußert der im Lande Kroat, Slawonier, Schlowack ꝛc. eben den nemlichen Eifer für das allgemeine Wohl des Landes, als der Hungar selbst. . . Vermög der Pragmatischen Sanction sind nicht nur die Gesetze, sondern auch die alten, und durch den Lauf der Zeit gut geheißener Gebräuche Consuetudines approbatae zu beobachten. Unter die Zahl dieser Consuetudinum approbatarum gehöret auch der durch fast acht Jahr Hundert hindurch dauernde Gebrauch der Lateinischen Sprache" etc. Vid. Extract. Repraesent. Incl. Comitatuum Hung. an. 1784. in Aduersar. Prou. Lib. II. n. 31. Ceterum continuae, tam erga Augustam Domum regnantem quam nobilem sibique ab olim conciuem gentem Hungaram *Illyriorum* adhaesionis vadimonium, vetusta eorum facta (praeter antelatam Pragensis Oratoris Dobrowsty, de Slauoniis Croatisue expositionem) affatim praestant; quorum pauca, vel ab aliquibus locis desumta, in publicis perinde Notitiis Polit. Geogr. Statist. egregii Ludouici Nagy Tom. II. e veteribus memorata, heic (memorabilibus eatenus *Dalmatarum* euentibus, ad Scriptores patrios relegatis) recitasse iuuerit. Ita vero recentissimus patriae Statista I. de Ciuitate *Segniensi* l. c. pag. 176. proloquitur: „Incolis modernis, mercaturae plurimum deditis . . . lingua nationalis Illyrica, seu Croatica est (adcuratius, quam l. c. pag. 7. alibiue) Cetera inter

memoratu dignum occurrit: Segnienses iteratis vicibus fidelitatis suae heroicaeque virtutis insigne documentum edidisse; quippe, qui an. 1241. sub Bela IV. Rege in campis Grobnicensibus (non procul Ciuit. Flumine) aliis iuncti 56,000. Tartarorum profligarunt. Item an. 1526. cum reliquo Hungarae nobilitatis flore contra communem christiani nominis hostem ad Mohacs pugnantes (sub Duce et Capitaneo suo Georgio Orlovich) funestam cladem hanc sanguine suo signarunt. Denique, in defensione arcis Klissae an. 1592. per Turcam obsidione cinctae; ad quam Segniensis quoque Capitaneus Ioannes Lenkovich, tum Episcopus et eiusdem loci Capitulares cum fideli populo suo in auxilium occurrerunt, strenue vsque ad mortem dimicantes." — II. Idem l. c. pag. 121. de *Litorali Hung. Marit. Commerc.* sic: „Lingua hic viget Illyrica. . . Ciuitas Flumen, Illyris Reka, vel Rika, temporibus Caroli M. Francis paruit; postea Hungaris sub Ludouico I. Rege Hung. an. 1356. cui inhaerebat etiam regnante Sigismundo, ex quo ius quaesitum fuit Hung. Regum in hanc Ciuitatem. . . Ob praeclara conciuium suorum in Rempublicam exantlata merita, remonstratam item inuiolatam fidelitatem, praestita denique Principibus suis continua serie vtilia obsequia; honorifico Ciuitatis *fidelissimae* titulo est decorata, primum a Maximiliano Imp. an. 1515. tum a moderno

FRANCISCO I. Augusto an. 1817." — III. Idem l. c. de Ciuit. *Carolostadiensi*, pag. 76. hisce: „Carolostadium munitio insignis a Carolo Archiduce (a quo nomen hoc repetit) ad coercendas Turcarum procursiones an. 1579. excitata, libertatibusque amplissimis, quas Rudolphus Imp. et Ferdinandus III. partim confirmauit partim auxit, donata;" tum de Ciuit. *Zagrabiensi*, pag. 72. similiter: „Zagrabia Regni Croatiae Metropolis . . . axiomate Liberae Regiaeque Vrbis sub Bela IV. an. 1242. est donata, plurimisque priuilegiis locupletata; quod absque insignibus de Regno ac patria meritis minime euenisse, credimus. — IV. Idem l. c. pag. 22. de Ciuit. *Posegana*, ita:" Montium vitiferorum principalis est Sokolovac, a Francisco Sokol (*secus P. Luca Ibrishimovich*, *huius Prou. Alumno*) qui sub Leopoldo I. adsumtis in consortium Poseganis quoque Ciuibus, contra Turcam ducem egit optimo cum successu; sic nuncupatus . . . Anno demum 1765. sub M. Theresia Augusta, ob seruitia sua bellis Turcico ac Borussico praestita, axiomate Liberae Regiaeque Vrbis donata." — V. Idem l. c. pag. 59. de Ciuit. *Essekiensi*, paribus: „Incolae Illyri, quibus se adiunxere Germani . . . Barbarorum potestati subiecta vsque ad Leopoldi I. tempora; an. tandem 1687. post perpessas multiplices bellorum vicissitudines ad legitimum Regem suum rediit; mox

priuilegiis ac libertatibus aucta." Plura Illyridos egregia facta passim apud Scriptores patrios, praesertim Katancium et Andream Caccium, repereris.

h) *Hungari*, quos iam Iornandes Sec. 6. Scriptor Rer. Get. cap. 5. memorauit, non ab se, sed ab exteris nuncupati, sermone patrio *Magyaros* se adpellant; si non a *Magog*, vel *Mogol*, vnde secus? nescimus: inter Don, Volgam, et Iaik adhuc *Μαζάροι* dicuntur, apud Schlözer. Hist. Sept. pag. 522. seq. *Lingua* eorum adeo singularis est, vt, quamquam peregrinis referta sit vocibus, interna tamen compage ab omnibus, quae eruditis innotuere hactenus, linguis non minimum sane distingui videatur; certe in Europa, quod sciamus, nulla est, quae cum Hungara adfinitatem habeat. Vt ii, qui Hungaros aut *Lapponum*, aut *Turcarum*, aut *Tartarorum* cognatos facere conantur; non minus operam ludant, quam qui *Slauorum* aut *Germanorum*: et mirere, viros etiam eruditissimos hac in arena versari, apud Sajnovics Demonstr. §. vlt. quae tamen adeo illis infeliciter succedit, vt, quamquam omnes contendant neruos, nihil ex ea praeter *confusionem* gentium, e linguarum ignorantia ortam, domum referant. Sed nonne, inquiunt, lingua Hungarorum, a tot Seculis mutationem passa, olim esse poterat pluribus, vti Laponibus, Turcis, Tartaris, communis? ita esse hoc poterat, si tam insignis huius varia-

tionis modum tempusque ostenderint. Porro aiunt Sec. 12. Hungari ipsi ita loquebantur, vt aegre eos intelligeremus hodie; exemplo e vita B. Margarithae pag. 249. prolato: *Latiatuc feleym zumtuchel mic vogmuc. ysa pur es chomuv vogmuc;* sed hoc illi, quibus Orthographiae veteris ratio, qua vtebantur Hungari, hodie cognita non est. Nos sententiam, illius Seculi stylo, ita legimus: *Látjátok feleim, szemetekkel, mik vagyunk! bizony por és hamu vagyunk*; „videte oculis fratres, quid simus! certe puluis et cinis sumus." Interea Hungaros *Hunnica* propagine satos, vti et Auares, opinamur; quorum *loquendi* rationem, nisi Scriptorum auctoritate Hungaricae genti adfines nossemus, nescire eogeremur. Nullum enim monumenti genus ab iis relictum est, ex quo id cognoscere queas; vnde factum, vt essent nonnulli apud Schlözer. l. c. pag. 251. seq. qui Hunnos Auaresque si non penitus inficiarentur *eiusdem* cum Hungaris fuisse originis, saltem in dubium reuocarent. Ac perquam difficile, nostra quidem sententia, est quidquam certi de hoc statuere: seu, quod Hunni Scytharum vocabulo comprehensi fuere, quod amplissimum diuersisue gentibus commune nouimus; seu, quod ab extremo pene oriente (vti e Scandinauia Gothi) per gentes adeo validas soli prope tam longe penetrasse dicuntur; seu demum, quod variis ad Pontum incolis mixti,

quibus numero praeualere non poterant, eorum tamen cognomine in Prouincias Romanas excursum fecisse non semel apud Graecos leguntur, teste Schlözer. l. c. pag. 347. quin imo, si hos audias, Auares cum Bulgaris Slauisque passim confundi videbis. Ex quo nonnulli Hunnos Auaresque ad *Slauicam* retulere gentem, quos Cl. Pray Dissert. in Annal. Hunn. Tom. I. part. 3. refellere quidem conatus est, sed nullum, quod sciamus, idoneum argumenti genus, praeter vocum analogiam, in medium proferre potuit: quod si fundamentum valere quidpiam putas, cum idioma Hung. tertia pene sui parte Slauicis Pannonicisque constet vocabulis, perfacile quis inde ortum existimauerit. Sed, vt id equidem nunquam adseruimus, ita vnam vocum similitudinem in his postremum esse momentum, censemus. Et quid de primis *Hunnorum* sedibus dicemus, quas e Sinicis Deguinesius (ac ex hoc Scriptores nostri) designant, si ea apud Herodotum Europae *Scytharum* vocabula, a Bayer. Memor. Scyth. pag. 184. seq. prodita, et leui mutatione ab Hungaris efferenda (vti cum Otrokotsio existimat Seuerin. Comment. cap. I. §. 8.) Hunnica sunt? certe virum hodieque mulieres *uram* dicunt; *ur* casu nominandi, quod in ore Graeco apud Historicum vetustissimum *aor* sonuerit. Sub Philippo Amynta Macedonum rege, Scytharum Getis vicinorum rex

Ατιας erat, teste Strab. Geogr. Lib. VII. pag. 307. patrem Hungari dicimus *Attya*; parentum scilicet vocabulo ipsi *Reges* a priscis compellabantur, vt non vno Scriptores memorauere loco. Plura huiusmodi e vetustate adduci nomina possent, si hoc dumtaxat ageremus, quae ori hungaro facile adcommodari queant; atque dubitamus, an non felicius, quam *Fennica* et *Lapponica*. Quae si aliquid valere putas, quomodo post 200. primum ab Dario annos Hunni in Asia dumtaxat, idque ad Caspium, ponuntur? imprimis, si Fennos Laponesque, quos Bayerus Scythis, ab Dario in Europa petitis, adnumerat, Hunnis cognatos dicas. Ast rem, plurimis obnoxiam difficultatibus, heic definire nec locus nec animus est; eam potius historice paucis persequi libeat. *Hunni*, Thracum inquilini praecipui, Sinarum olim adcolae; multa cum Sinis, antequam huc adpellerent, gessere bella, vt nostri aiunt: cum autem ciuilis apud eos oriretur seditio, ab Tartaris victi, e natali solo migrare pars, alienas terras alii petere constituunt. Rha primum seu Volga excepit eos, deinde Tanais; quo etiam postea transmisso, vlteriora Ponti littora, Getas versus, legere. Denique an. Christi 375. *Balambere* duce Gothis eripiunt Daciam; tum, *Attila* regnante, circa an. Christi 394. Pannoniam Sirm. suae potestati subigunt. Quo defuncto, Hunni, orta inter filios Imperii causa conten-

tione, a Gepidis ad ima rediguntur, vniuersis Dacorum exuti prouinciis; perstitere tamen isthic, subiecti aliis: donec gentiles eorum, sub *Auarum* nomine, vestigia maiorum secuti, aduenere, quibus iuncti, pristinam recuperauere potentiam, obtenta primum a Longobardis an. 553. Dacia, ex inito foedere; tum etiam, his alio demigrantibus, an. 568. Pannonia: quam tamen vsque ad an. 603. non possedisse videntur, indigenis sese in libertatem adserentibus; quamquam Byzantinis essent obnoxii Principibus. Iura dehinc Pannoniis Dacisque dabant Auares ad *Caroli M.* aetatem, cuius armis per totos 10. annos fatigati succubuere demum; Francis deinceps, vna cum prouincialibus, obsequia facientes. Interea *Suatoplugo* aduersus Carolomannum et Arnulphum strenue decertante, contra Morauos *Hungari* (in Moldauiam non adeo pridem ab Volga delati) a Francis vocantur: *qui prouincias, quibus ab se Hungariae nomen dedere, pro se potius quam Francis occupant, tenentque hodiedum;* inquit Commentator Pannon. de Istr. cap. VI. pag. 104. eatenus prouocans ad Pray. Annal. Hunn. Sec. 7. Seuerin. Comment. Pannon. illustr. aliosque Script. dom. Id certius Hunno-Scythica Inscriptio vetus apud Siculos reperta, et a Katanc. l. c. pag. 307. releeta; arguit. Cons. Walaszky Reipubl. Litt. Sect. I. §. 9. — Opinamur autem, nos Gentem patriamue ab ea

compellatam cum *aspiratione* recte et scribere et proferre; minus obstante Csaplovicsii in Praef. l. c. animaduersione: „Meine Schreibart Ungarn, welche mir nach dem Beispiele eines Schlötzer, eines Schwartner, eines Engel, eines Schedius die richtigere scheint, rechtfertigen die in der Wiener allgem. Litt. Zeitung und in den Vaterl. Blätt. 1813. — 1815. gepflogenen Verhandlungen." Cui Timon quoque in Imag. nou. Vng. cap. I. pag. 10. Brodericum et Otrokotsium ibidem allegans, adstipulatur inquiens. *Historici plerique vniuersam nationem Vngarios vel Vngros adpellauerunt, vnde Vngaria enata formataque est; nec displicuisse primis Regibus titulum Regis Vngariorum, arguunt numi: primus autem verbo huic Vngaria adiecit atque affixit aspirationem Stephanus II.* (ab an. 1114.) *quem ceteri deinceps Reges secuti sunt.* Sed, si Hungaros posteros Hunnorum admittas; cur aspirationem, nisi ob difficilem fortassis cum exteris pronunciationem, sustuleris? Et, si octingentis amplius annis Reges Hungariae in expeditionibus diplomaticis vt plurimum aspiratione vsi sint; eccur felicibus nepotibus, idem non expedierit? Regrediamur ad Codicem Diplomaticum; ex quo primaeuos Hungariae Reges, longe ante Stephani II. tempora, promiscue huiusmodi inscriptione vsos fuisse, edocebimur. In Diplomatibus quidem, an. 1001. Archi-Coeno-

bio S. Montis Pannoniae, an. 1025. Monialibus Graecis in valle Veszprim. an. 1036. Monasterio Bakonbél, tum an. 1037. S. Petri Rauenae elargitis, S. Proto-Rex ita se titulat, *Stephanus* . . . *Vngarorum Rex*, ast in aliis Diplomatibus, vti an. 1006. Capitulo Nitriensi, an. 1009. Ecclesiae S. Michaelis Veszprimii, an. 1015. Monasterio Pécsuaradiensi, an. 1019. Ecclesiae S. Adriani de Zala, et an. 1024. Monasterio de Zala expeditis, ita: *Stephanus . . . Hungarorum Rex.* Quid, quod Andreas I. Rex Diplomati fundationali Abbatiae de Tihan an. 1055. inscriptus legatur: *Andreas . . . Pannoniorum inuictus Rex;* tametsi in eiusdem Sigilli epigrapha occurrat etiam vox *Vngariorum?* Vid. Pray. Syntagma Hist. Tab. VI. fig. 7. In succedentium perinde Regum Diplomatibus, praesertim Ladislai an. 1082. ac Colomanni an. 1103. 1108. et 1111. inscriptionem *Hungariae* cum aspiratione legeris. Abhinc, ingentem nobis attentionem excitauit Csaplovics l. c. pag. 203. inquiens: „Ich beeile mich die Entdeckung des Herrn Stephan Horváth — qui nihil molitur inepte — mit ein paar Worten zu bezeichnen. Dieser tüchtige Literator, der überhaupt in mehreren Fächern (in der vaterländischen Geschichte, Diplomatik, Recht) ungleich weiter vorgerückt ist, als alle bisherigen Forscher, theilte das Resultat seiner geschichtlichen Forschungen zu Ende des J. 1825. in einem 8. Bogen starken Werkchen: Rajtolatok a' Magyar

Nemzet legrégiebb törtéeneteiből (Grundriß der ältesten Geschichte der Magyarischen Nation) mit, und verspricht in diesem — ex vngue leonem! ein ausführliches gehörig belegtes Werk darüber herauszugeben; welches auch mit Ungeduld erwartet wird. Das höchst gewichtige Resultat seiner Forschungen, ist: daß die Magyaren auch vor ihrem Einzug nach Ungarn ein weltgeschichtlich bekanntes Volk waren, nur unter einen andern Namen: Die Scythen, die Parther, die Pelasger, die Philistäer, welche mit den Israeliten Kriege führten, folglich auch die Kananeer, Gergesener, Amoriten, Jebuseer, Heräer, u. s. w. dann selbst die Sabiner, deren Weiber die ersten Römer gewaltthätig nahmen; waren nichts anders als Magyaren. Ihre Geschichte ist demnach schon in der Bibel, und kann bis zum Moses fortgeführt werden. Ungereimt kann dieses Resultat nur Jenen vorkommen, die sich nicht die Mühe geben wollen, die Schrift selbst zu lesen. — Diese Entdeckung ist wichtig, und geeignet, die ganze bisherige alte Geschichte umzugestalten. — Doch wir wollen das versprochene größere Werk darüber abwarten." Atque isthoc nos ipsi auide praestolamur. — Porro omnis linguae Hungaricae structura magis ad grauitatem, quam suauitatem, condita est; vnde fit, vt epopoea speciosior euadat, quam elegia. Cumanos aiunt Transiluanosque optime eloqui sua; qui remoti ab alterius linguae hominibus degunt, nitidius sua enunciant, neque tot pere-

grina vsurpant vocabula. Scientiis postliminio reuocatis, typoque reperto, non vltimam adsumsere curam Hungari in *patrio* idiomate percolendo; Grammaticis legibus iam Sec. 16. in vulgus editis. Illius specimen ex Epist. *Petri Bornemissae*, Pastoris Syntauien. qua Libellum suum Catech. an. 1577. Sempthae impressum, Com. Melchiori iuniori Balassa dedicat; habeas apud Engel, Hist. Hung. Part. II. Accessere demum Chronologi, Historici, Theologi; hac nostra aetate Philosophos quoque ac Poëtas, ad *Maiestatem* Romanam instructos; audire licet. E concordi autem Hung. incolarum tam autochthonum quam aduenarum (vtpote Hung. Germ. Slau. Illyr. qui iam dudum in vnam ciuitatem coaluere) cohabitatione; raro in Europa exemplo, vel ipsos pueros vicaria relatione, diuersas linguas, et quidem in Part. Sup. Hungariae Hung. Germ. Slau. in Inferioribus vero Hung. Germ. Illyr. expedite loqui, mirere. Quare, sereniore iam aetate (praesertim ab publice eatenus depromto an. 1790. Statuum et Ordinum desiderio) optandum est: vt Patriae filii commune idioma Gentis, cui pari libertate conuiuunt, omnino condiscant; ac collaterali coexistentium ciuium et idiomatum cultura, *Literaturam Hungaricam* amplius promoueant. Ceterum, D. Böckh l. c. Hungaram gentem, ad alteram in orbe terrarum progeniem fortissimam, nempe *Mongolum* refert,

camque in 3.920,000. recenset; e quibus, in limite Banatus ac Transiluaniae, *Confinia* constituunt 310,869. iuxta Hietzingeri Statist. Milit. l. c. ad quam tamen gentem, seu Iazyges seu Bulgaros illos in Sarmatis aut Dacis, hos autem in vet. Mysis quaerendos) perperam quidam retulere; illi enim iam sub Romanis innotuere, hi vero a Porphyrog. Lib. II. Them. primum proditi veteris linguae *Thraco-Illyricae* vsum hodiedum retinent. Cons. Katanc. l. c. pag. 142. *seq.* et isthic pag. 52. *seq.*

i) *Germanos* in vet. Basternis, (e quibus Gothi, Gepidi, Heruli, Alani, Sueui, Longobardique) suspicimus. Quod origines horum attinet, plerique post Iornandem abeuntes e *Scandinauia* insula, tamquam gentium vagina, eos repetunt; quos eruditi, praecipue Bayerus de Cimbris pag. 136. seq. rident. Certe *Gothos* (Plinio Guttones, Tacito Mor. Germ. cap. 43. Gothones, et Ptolemaeo Lib. III. Geogr. cap. 5. Gythones) ad Vistulam posuere veteres, teste Cellar. Lib. II. Geogr. cap. 5. vnde ad Istrum postea digressi propius, gentiles, quos antiquitas vocauit *Basternas*, in suum trahentes nomen, Thracum terras occupauere ad vtramque Danubii ripam; et ante quidem, quam *Getarum* nomen intercidisset. Ex quo factum, vt promotis e continente ad Pontum sedibus (nam Carpaten adcolebant praecipue) Getisque in societatem acceptis, horum subinde nuncuparentur

vocabulo; quae ratio Procopium Lib. III. Bell. Goth. cap. 2. et Iornandem induxerit, vt vetustissima Getarum acta cum Gothis communia perperam facerent, pro grandi Historiae ac nationum confusione: exinceps Gothis cum populis Slauinis Illyricisue, imo deterius cum Celtis, erronee commissis. Nos, vt alibi e veterum monimentis *Getas* Illyriis dedimus; ita *Gothos* (Basternarum priscorum nepotes) adcensemus Germanis. Tardius colonias Germanorum saepius in Hungariam venisse non negamus; *Basternas* tamen, vtpote Dacorum vicinos (teste Iustin. Lib. 32.) suis se continuisse alpibus, censemus: inde *Basternicae alpes*, quae Sarmaticae, de hinc Carpaticae audiuerunt. Cons. Katanc. l. c. pag. 230. Horum pars ad ortum in *Gothos*, ad occasum in *Longobardos* abiit; vtrosque Rom. Imperio graues: alia deinde nomina, velut Teutonum, Flandrorum, Saxonumue, sortitos. Minutae quaedam in pronunciando differentiae, quas in remotioribus locis obseruare est, tanti non sunt, vt in Germanis, qui nobiscum in ciuitatem coaluerunt, plures sit dialectos numerare necessum, quam ternas: *Teutonicam* videlicet, *Flandricam*, et *Saxonicam*. Specimen dialecti, in Hungaria Sec. 16. vsuatae, dat Engel l. c. pag. 43. ad an. 1525. Circa dimidium euoluti Sec. gnaue incubuere Teutones, vt *linguam* patriam excolerent, artibusque et scientiis illustrem red-

derent;

derent; exteris etiam placituram. Ceterum, propriam *Germanorum* gentem vniuersim, qua late per Europam ac partem Americae patet (exceptis collateralibus ibidem stipitibus) idem D. Böckh l. c. in 34,320,000 defigit.

II.

Conuentus Viennensis; S. Hieronymi E. D. *a*)

In Archi-Dioecesi Viennensi, b) Austria Inferiore: c) Anno 1451. *sub diuo Ioanne Capistrano ad S. Theobaldum fundatus, sed an.* 1529. *prope centum Fratribus crudeliter enectis, a Turcis combustus, abhinc Residentia ad S. Rupertum, tum an.* 1545. *ad S. Nicolaum, demum exstinctis ad S. Hieronymum Monialibus S. Magdalenae de poenit. an.* 1589. *medio Senatus Viennensis, annuente Sereniss. Ernesto Archi-Duce Austriae itidem iura Monasterii Fratrum nactus; d) in quo percelebris Deiparae Imago colitur, ac Spina authent. de Corona Saluatoris Nostri, cum Tunica et Stola Campestri S. Ioannis Capistrani asseruatur. Serius sub* 19. *Iun.* 1783. *cum quadraginta duobus*

Sacerdotibus et septem Laicis benigne confirmatus; recentius vero sub $\frac{9}{18}$. *Mart.* 1825. *N.* 12,338. *huic Prouinciae clementer incorporatus, tum dd.* $\frac{7}{15}$.

Lingua Ger-

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
A. R. P. Petrus Becker, Germ. Boh.	24. Sept. 1784.	24. Sept. 1801.	24. Sept. 1805.
A. R. P. Melchiades Greiner, Germ. Austr.	18. Dec. 1746.	14. Iul. 1766.	14. Iul. 1767.
R. P. Aloysius Ozvald, Germ. Hung.	4. Sept. 1784.	24. Apr. 1804.	14. Sept. 1805.
R. P. Ignatius Friesz, Germ. Hung.	27. Nou. 1752.	24. Apr. 1773.	24. Apr. 1774.
R. P. Nicolaus Naller, Germ. Hung.	10. Iul. 1754.	8. Sept. 1773.	8. Sept. 1774.

Oct. 1825. *N.* 49,133. *plene stabilitus: Nouitiatum curat, ac Sacramentorum administratione, et Verbi diuini praedicatione Populo fideli iugiter inseruit. e*)

manica *f*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
8. Dec. 1807.	Germ. Illyr. Hung.	Guardianus; isthic pag. 18. memoratus.
19. Mart. 1771.	Germ.	Sacerd. Iubil. Ex. Prouincialis Honor. Discr. et Spirit. cum facult.
20. Dec. 1807.	Germ. Hung. Illyr.	Secret. Prou. Em. Discr. Exh. Laicor. Protocoll. Spirit. cum facult. ac Expos. Casuum.
13. Oct. 1776.	Germ. Hung. Illyr.	Sacerd. Iubil. Castr. Em. et Capell. Xenodoch. Ciuil. Viennens.
18. Apr. 1779.	Germ. Hung.	Castrens. Em. et Coop. Paroch. in Göllersdorf.

6 *

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Arnoldus Kreppl. Germ. Hung.	10. Aug. 1792.	14. Sept. 1813.	14. Sept. 1814.
M. V. P. Bonauent. Schinuel, Germ. Tyrol.	17. Sept. 1783.	9. Iulii. 1809.	28. Aug. 1810.
M. V. P. Dion. Dollintschegg, Illyr. Carn.	16. Aug. 1790.	8. Oct. 1813.	8. Oct. 1814.
M. V. P. Raim. Feisztritzer, Germ. Styr.	26. Aug. 1803.	1. Nou. 1825.	31. Aug. 1827.
M. V. P. Chrysolog. Scholtes, Gall. Luxenburg.	5. Dec. 1796.	9. Nou. 1815.	12. Aug. 1818.
V. P. Fabianus Groll, Germ. Hung.	1. Febr. 1787.	1. Iun. 1810.	13. Iun. 1811.

Annus Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
17. Sept. 1815.	Germ. Illyr. Hung.	Exhort. et Magist. Nouitior. ac Ceremon. Biblioth. nec non Discr. ac Spirit. cum facult.
4. Oct. 1810.	Germ. Ital.	Vicar. Conc. Germ. Dom. Super. Sacr. Discr. et Com. Mag.
1. Oct. 1815.	Carn. Germ. Illyr.	Conc. Germ. Annual. Pannific. Vice-Praefect. ac Spirit. cum facult.
1. Nou. 1827.	Germ.	Conc. Germ. Dom.
17. Aug. 1828.	Germ. Gall. Illyr.	Conc. Germ. Annual.
7. Maii. 1812.	Germ. Hung.	Coadi. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
V. P. Franc. Sales. Gazits, Hung. C. Toln.	18. Aug. 1805.	29. Oct. 1822.	16. Oct. 1826.
V. P. Thaddaeus Urban, Boh. C. Chrud.	18. Aug. 1798.	6. Maii. 1826.	7. Sept. 1828.
V. P. Aloysius Brich, Boh. C. Chrud.	15. Dec. 1801.	21. Oct. 1826.	22. Iun. 1828.
Fr. Gotthardus Rabel, Germ. Austr.	16. Iun. 1743.	5. Iun. 1770.	19. Aug. 1771.
Fr. Vitus Stuixler, Germ. Virtenberg.	28. Oct. 1770.	2. Oct. 1798.	2. Oct. 1799.
Fr. Paschalis Homayer, Germ. Bauar.	3. Ian. 1783.	23. Oct. 1804.	23. Oct. 1805.

Annus Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
12. Oct. 1828.	Hung. Germ. Illyr.	Instr. Cler. in Cant. et Organ. ac Coadi. Conuent.
15. Febr. 1829.	Germ. Boh.	Coadi. Conuent.
31. Aug. 1828.	Boh. Germ. Illyr.	Coadi. Conuent.
"	Germ.	Laic. Iubilar.
"	Germ.	Laic. Sart. et Communit. Vice-Magist.
"	Germ. Illyr.	Laic. Magist. Coqu.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Crispinus Weisz, Germ. Bauar.	26. Maii. 1788.	20. Sept. 1812.	4. Oct. 1813.
Fr. Didacus Breitschadl, Germ. Morau.	23. Mart. 1784.	6. Sept. 1815.	4. Oct. 1816.
Fr. Sanctes Schwarz. Germ. Boh.	9. Sept. 1803.	6. Oct. 1825.	6. Dec. 1827.

a) *Vienna* (Austriae Metropolis, et ab an. 1156. Ducum, tum ab an. 1276. Caes. Residentia) praeprius a Vindis tenta, vnde *Vindobona* dicta, dehinc a Romanis insessa, et a L. aut T. Fabiano Legionis Fabian. Ducibus (ex genere Fabiorum, apud Romanos celeberrimo) Illyrici Praefectis ampliata, ac subinde *Fabiana* et *Fauiana* vocitata, apud Lazium Comment. Reip. Rom. Lib. II. cap. 2. a mora obituque M. Aurelii Imp. (qui 17. Martii an. Chr. 180. heic obiit) celebris. In textu Neapol. Longolian. et veteris notitiae exemplaribus (teste Surita) *Vindomana* legitur, Veselingio quoque in MSS. *Vindomana* audit; de

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
„	Germ.	Laic. Sacrista.
„	Germ.	Laic. Cellar. Procur. Conu. et Socius P. Ex-Minist. Prouincialis.
„	Boh. Germ.	Laic. Sart. et Ianit.

cuius nomine nemo vberius disseruit Lambecio. Quidam eiusdem initia ante Christ. nat. circa an. M. 3990. V. C. 691. ad fl. Vienn designant, in eaque iam tunc quorundam praepotentum Hebraeorum lares (testibus veteribus epigraphis, ibidem erutis, vade Lazio Chron. Vien. Lib. I. cap. 1. stetisse volunt; quidquid sit, illud certum: aetate Vespasiani Imp. castra Romanorum Legion. X. et XIII. ibi fuisse, illamue Sec. 5. Gothis per transactionem cessisse. Abhinc Sec. 6. ad Auares, Sec. 8. ad Francos, Sec. 9. ad Hungaros, Sec. 10. ad Ottonem II. Imp. Sec. 12. ad Ottocarum Bohem. Sec. 13. demum ad Rudolphum Habsburg. deuo-

luta (a Friderico II. Imp. an. 1237. iura libertatis consecuta, et a Rudolpho Habsburg. an. 1276. confirmata) denique, Sec. 15. denuo ab Hungaris occupata, Sec. 16. a Turcis expugnata, Sec. 17. aduersus rebelles et Suecos ingeniose defensa, sed an. 1679. peste grauiter vexata, et a Turcis iterum tentata; Sec. 18. ad Augustam Domum *Lotharingico - Austriacam* cum Imperio transiit, Pium VI. P. M. hospitem laetabunda excepit, tum Sec. 19. Gallos (cum euidenti erga Augustam Imperantis Domum adhaesione) sustinuit; ac nunc iam quieta sub felici Imperio Clementiss. Monarchae FRANCISCI I. illiusue *Augustae Domus Austr.* cum adsociatis Regnis gloriose florescit. De qua Aug. Domo patrius Scriptor Ignatius Pongrácz in Triumph. Paul. cap. XXV. §. 3. ex illo Weberi disticho: *Annulus Europa est, Adamas Domus Austriae, — Gemma Europam melior condecorare nequit;* egregie intulit: *Felices nos Hungaros nostraque omnia, quod huic Gemmae nos crediderimus; non solum condecorandos, sed et contutandos.* — Vienna, distat *Buda:* sept. inter et occas. CLXXXII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis $18\frac{1}{4} = 36\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Essekino:* CCCLXXII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis $37\frac{1}{4} = 74\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — In Vrbe domus an. 1827. Cl. Ziegler numerauit 1214. et Cl. Hebenstreit animas 51,992. demtis Clero, militia, et extraneis; Suburbia complectitur 34. in quibus (ex

an. 1829. conscriptione) domus 6705. et animae 246,110. numerantur : vt adeo Viennae in suo complexu domus 7919. animas vero 298,102. (plures dom. 458. et anim. 60,078. quam Guetiahr an. 1821. numerauerit) recte statueris. Duplex Europae Regnantium cum Caesare Congressus (vnus sub *Maximiliano I.* an. 1515. alter sub FRANCISCO I. an. 1814.) vrbem Viennensem aeterna memoria gloriosiorem reddidit. Primus, agente Caesare, ac praesentibus *Vladislao* Hungariae et huius fratre *Sigismundo* Poloniae Regibus, felicia connubia protulit *Ludouicum* . *II.* filium Vladislai inter ac *Mariam* neptem Caesaris, tum *Ferdinandum* nepotem huius et *Annam* sororem Ludouici; firmata insuper perpetua confoederatione inuicem atque vnione, sequenti Instrumento: „De Mandato Sacratissimae Caesareae Maiestatis, et Serenissimorum Vladislai et Ludouici Hungariae et Bohemiae, ac Sigismundi Poloniae Regum! Notum sit vniuersis, quod ad laudem omnipotentis Dei, et gloriosae Virginis Mariae, ac totius curiae coelestis, nec non ad incrementum et conseruationem totius Reipublicae christianae, et praecipue Regnorum, dominorum, et subditorum suorum inter se inierunt, contraxerunt, concluserunt, et confirmarunt veram, sinceram, et inuiolabilem, atque firmam concordiam, amicitiam, vnionem, et intelligentiam confoederationis, perpetuo et indis-

solubiliter duraturam; ad mutuam protectionem et defensionem contra eorum hostes quoscunque, et praesertim contra hostes infideles, et ad hostium suorum futurorum perniciem. Et quo magis haec vnio inter eos stabiliatur, vltra necessitudinem, quae alias inter haereditates eorum intercedit, etiam nouam affinitatem in connubium inter se, et nepotes, ac liberos eorum contraxerunt: quod felix faustumque Maiestatibus praefatis, Regnis, et Dominiis eorum sit! Amen." Isthoc mutuum confoederationis et affinitatis vinculum potissimum consilio ac opera *Matthaei* Episcopi Gurcensis Cardinalis *Ioannisue* Episcopi Varadinensis ex Ord. Min. S. P. Francisci, praesusceptum fuisse; scribit Caesaris Orator, et oculatus Scriptor Cuspinianus, in Diar. Congress. §. I. qui dein ibidem §. XVII. pag. 302. de eodem ita concludit: *Magis laudandum et admirandum, quod inter tot diuersas nationes, et sectas religionum nullus est ortus tumultus, nulla seditio, nullum incendium, ex Magnatibus ac Proceribus nullus mortuus est; cum omni felicitate coierunt, cum eadem separati sunt; et quod amicissimum: nullus rancor interuenit, nullum dissidium . . . Deus O. M. faxit, vt is Conuentus exemplo sit omnibus christianis Principibus, quo redeant in mutuam vnionem ac concordiam; ad extirpandum fidei hostes, vt Religio Christi longius latiusque propagetur et exten-*

datur. Alter nostra memoria dignus Congressus regnantium in Europa Principum euenit perinde Viennae an. 1814. promotore ac vniuersalis pacis Statore Aug. FRANCISCO I. feliciter imperante et regnante; ad restabiliendum Europae aequilibrium, Gallica reuolutione, praesertim Napoleonis violentia perturbatum. De illo literatus Ephemeridum Budensium Redactor Christophorus Rösler, ad N. LXXXI. an. 1814. ita in summa egregie proloquitur: „Das erste Viertel des jetzlaufenden ewigdenkwürdigen Jahres hatte mit der Eroberung von Paris, mit der Schluß-Scene des vieljährigen verheerenden Krieges, geendigt; das lezte Viertel des nämlichen Jahres begann mit dem großen Fürsten Congreß in Wien, mit der Anordnung einer besseren Zukunft. Jene Schluß-Scene machte den Ungerechtigkeiten und Drangsalen von mehr als 20. unglücklichen Jahren ein Ende; dieser, der Congreß, eröffnet eine Reihe von Jahren, die sämmtlichen Staaten Europa's dauerhaften Frieden und Seegen verheißen. Der 30-ste März zerschmetterte die lezten Uiberreste des Colosses von Anmaaßungen und Tyranney; der 1-ste October legte den Grundstein zu einem neuen Gebäude von Völker Glück und Staaten Macht. Ausgezeichnet ist dieser diplomatische Verein schon durch die große Anzahl hoher Personen und merkwürdiger Politiker; er ist einzig in der Geschichte. Folgende kleine Notizen dürften unseren Lesern nicht unwillkommen seyn: Es

befinden sich bei dem Congreß in Wien, zwey Kaiser: Franz von Oesterreich, und Alexander von Rußland. Zwey Kaiserinen: Maria Louise, von Oesterreich, und Elisabeth Alexandrine, von Rußland. Vier Könige: Friedrich Wilhelm, von Preussen; Friedrich VI., von Dänemark; Maximilian Joseph, von Bayern; Friedrich II. von Würtemberg .. Ferner von auswärtigen Fürsten: Die Kronprinzen: Karl Ludwig, von Bayern; Wilhelm Friedrich, von Würtenberg. Der Churfürst von Hessen, Wilhelm I.; sein Churprinz, Wilhelm; der Herzog von Weimar, Carl August; der Herzog von Braunschweig, Friedrich Wilhelm" etc. De quo principali hac epocha Congressu Gallicus Auctor (in Germanicum, cum specialibus reflexionibus, a Pradt duobus tomulis an. 1816. translatus) Praefat. pag. 19. ita concludit: „Als einen weitern günstigen Umstand für die Erhaltung des Friedens mögen wir bemerken, daß die Monarchen, welche denselben gemeinschaftlich herbeyführten, fast Alle im gleichen Alter sich befinden, so daß man hoffen kann, die nämlichen Hände, welche ihn unterzeichneten, werden noch lange kräftig genug seyn, ihn auch zu erhalten... Wir mögen uns Glück wünschen bei dem Gedanken, daß diese Fürsten durch die ihnen eigenen Tugenden sowohl als durch das Interesse ihrer Staaten gleich stark aufgefordert bleiben werden, ihr Werk zu befestigen." Cetera, de eo hac aetate eruditis notiora sunt, quam vt nostra commentatione egeant. Iam

ad meritum, a quo tantisper digressi sumus; regredi libeat. Tabula Itineraria Theodosii M. Vindobona inchoat vias ripenses Romanas per *Pannoniam*, defluxu Danubii vsque ad Taurunum; de qua paucis isthic disseremus. Pannoniae vocabulum non pauci a Paeonibus deriuant, tamquam inde originem sumserint *Pannonii*; quae opinio Dioni Cassio probata non erat, vt supra ostendimus. Et sane distinguere oportet gentes, ac nationes; quamuis enim Pannonii Threicia sint progenie sati, (id, quod perinde e veterum testimoniis eximie ostendit Katanc. Comment. de Istr.) vt et Paeones, Rempublicam tamen ab antiquissimis inde temporibus distinctam constituerunt; populari, nisi cum bellum ingrueret, imperio recti, vt perspicue Appianus docuit. Ante Octauiani Augusti aeuum Pannonii, vt ipse fatetur, populo Romano cogniti non erant, *Illyriorum* (si Scriptores, Perieget. Nason. Tibull. Strabon. e Vellei. Patercul. audimus) nomine comprehensi; sic enim in tabulis Ancyranis ipse Augustus de se: *Pannoniorum gentes*, inquit, *quas ante me principem populi Romani exercitus nunquam adierunt, deuictas per Tib. Neronem, qui tum erat priuignus meus, imperio populi Romani adieci.* Ast, si domesticorum Scriptorum quospiam audias, qui *Carnuntem Liburnorum* oppidum (de quo Liuius in *Cassi Longini Coss.* rebus, ad an. V. C. 583. ante Chr. 171. meminit) *Pannoniae*

Carnuntum interpretantur; antiquissima heic Romanor. vestigia et vrbis nomen intueremur. Sed tunc, bello scilicet Macedonico (vt recte obseruat Cellarius) ne fama quidem exercitus Romani in haec Pannoniae loca penetrare poterat. „Ad haec Cassium imperata 30. dierum annona, ducibusque, qui ex Italia itinera in Macedoniam nossent, acceptis, Carnos, Istros, Liburnos pacatum transisse; ex medio deinde regressum itinere fines suos hostiliter peragrasse, querebantur Legati. Ante vero, quam hoc Cassius iter sumsisset (scribit Liuius) ab alio *Coss. Licinio Crasso* missum in Illyricum Legatum, opulenta duo oppida vi atque armis coegisse in deditionem, vt opinione clementiae eos, qui *Carnuntem* munitam vrbem incolebant, alliceret; qui cum se dedere nollent, ne duplici oppugnatione miles fatigaretur, quas prius intactas reliquerat vrbes, diripuit." Ex hac Liuii oratione facile quisque intelliget, Consulem in Macedoniam profecturum, non ad Danubium in boream, plagam vrbis contrariam, sed ad Drilonem Dalmatiae in austrum, ora maris Adriatici per Carnos, Istros, Liburnos iter instituisse, vt se cum Legato collegae coniungeret. Procul haec sunt a Pannoniis gesta, ad oram Adriae; vrbes proinde eas, quas Legatus Crassi adierat ac diripuerat, apud *Liburnos* quaerere oportet: *Corinium* certe (incolis Karin) Oppidum, vestigiis aetatis

Roma-

Romanae non postremum, *Carnunti* Liuii apprime respondet, in Liburnorum finibus prope Dalmatas (quos Plinius Titio amne, *Kerka* diremit) situm. Annis duntaxat 126. posterius, quam Cassius Liburnos cum vicinis vastarat, innotuere Romanis Pannonii: hac proinde vetustate Liburnis, antiquissimo apud Adriam populo, cessa; ne aliena aucupari videamur, domestica lustremus. — Pannoniae, regnum etiam Epigraph. sed primum sub Traiani imperio, meminit; a quo Cohors *I. Vlp. P. Pann.* est instituta. Dehinc, in lapide Romano: *Albinus. Nat. Pannonius;* item Capito, Arii libertus: *Natione Pannonius;* tum in Italia, ad viam Nomentanam: *Aurel. Marciana, Ciues Pannonia.* Cons. Katanc. Geogr. Epigr. Part. I. *Fines Pannoniae* (sub Rom.) recte statuuntur: ab occasu Noricum, per iuga Cetii, ad VI. supra Vindobonam lapidem, per fontes Arrabonis ad Celeiam; deinde mons Ocra et Caruanca, queis ab Italia, mons Albius et Bebius, queis a Liburnia et Dalmatia secernebatur, qui sunt australes Prouinciae fines. A septentrione Danubius, idemque ab oriente ad effluxum Saui; tum aurei montis Scardique iuga, Drino Pannonico ab exortu praetenta, vsque ad fontes eiusdem amnis, vbi Moesi Paeones, Dalmatae concurrunt: id, quod iam Strabo recte docebat, deinde Ptolemaeus firmauit. Summa eius longitudo a fontibus Saui ad exortum Drini M. P.

CCCCXXX. latitudo a fontibus Drini ad promontorium Cetii M. P. CCCCLV. Vniuersa vero Pannonia, ante imperium *Galerii Caes.* (qui an. Christi 311. obiit) bifariam diuidebatur: nimirum in Pannoniam *Superiorem*, Vindobona vsque Arrabonam; et Pannoniam *Inferiorem*, abhinc vsque ad Moesiam, protensam. Ex quinquennali huius Caesaris imperio Pannonia id commodi habuit, quod magnus in ea terrarum tractus, ipso iubente, in fertiles agros fuerit conuersus; excisis immanibus siluis, lacuque Pelsone in Danubium deriuato. Huius rei gratia Galerius nouam in Pannoniis Prouinciam instituit, quam ab vxoris suae (Diocletiani filiae) nomine, *Valeriam* vocari iussit. Ita igitur (iuxta Ptolemaeum) in tres iam Prouincias diuidebatur omnis Pannonia: scilicet in Pannoniam *Superiorem*, iuxta latitudinem a promontorio Cetii seu Vindob. vsque Arrabonam seu Iaurin. in Pannoniam *Inferiorem*, a Mursa seu Essek. vsque Taurunum seu Semlin. ac fontes Drini; et in Pannoniam *Valeriam* his interiectam, quae per Danubii ripam ab Arrabone vsque ad ostium Draui pertingebat; per hodiernos quippe Hung. Comitatus: Baranyensem, Tolnensem, Albensem, Vesprimiensem, Pilisiensem, Strigoniensem, et partem Comaromien. diffusam. Nam quaecunque loca Itinerarium Antonini Imp. in itinere per Pannoniae ripam a Mursa Essekino vsque Aquincum Budam vet. et hinc Bregetionem

Comaromio vicinam hodie Szöny, recenset; ea omnia in Lib. Notit. Imp. *sub Duce Prouinciae Valeriae Ripensis* recensentur. Falluntur itaque, qui Valeriam vel in Pannonia Superiore circa *Sabariam*, vel inter Sauum Drauumque in hodierna *Slauonia*; exstitisse arbitrantur. Sub Constantino Imp. demum magnae rerum secutae sunt conuersiones; antea vnicus in Imperio Romano, aut summum duo *Praefecti Praetorio* erant, qui causas omnes tam politicas quam militares diiudicabant, ac vice Augustorum Caesarumque regebant Exercitus. *Constantinus M.* vt nimiam eorum potestatem (ipsis Imperatoribus saepe formidabilem) dimminueret, sanxit: vt deinceps ea dignitas in quaternos diuideretur, essetque vnus Orientis, alter Illyrici, tertius Italiae, quartus Galliarum Praetorio Praefectus. Singulis binos addidit *Magistros Militum*, peditum nempe vnum, alterum equitum: ad quos etiam totius rei militaris curam transtulit; eo potissimum obtentu, vt in posterum Praefecti Praetorio magis occuparentur foro quam tumultibus bellicis, essentque porro non tam in praeliis Duces quam in tribunalibus Iudices, ac in Aulis Administri Status publici. Ab hoc ergo tempore per *Pannonias* supremam in re ciuili iurisdictionem habuit Praefectus Praetorio Illyrici; rem vero militarem administrarunt peditum vnus alter equitum Illyrici Magistri. Paullo serius, vti ex Noti-

tia Dignit. Imp. constat, vniuersa Pann. fuit Praefecto Praetorio Italiae attributa, et in quatuor iam Prouincias diuisa: nimirum in *Pann. Primam* (quae erat Super.) *Pann. Secundam* (seu Infer.) *Pannoniam Valeriam* (ex dictis) et *Pannoniam Sauiam*, a Siscia hod. Sziszek, vsque Liburniam ac Dalmatiam. Quae diuisio non prius, quam circa finem imperii Constantini M. aut plane post eius obitum, acciderit; nam teste lapidis Varasdinensis inscriptione (apud Sigler. et Gruter. pag. 164.) quam municipales aquarum Iasarum Constantino M. Imp. ob restaurationem Oppidi, incendio consumti, fecere, adhuc tunc in vsu erat denominatio Pannoniae Superioris et Inferioris: quod ex eo liquet, quia ibi *Valerius Catulinus*, quo curante hoc eis beneficium contigit, etiamnum vocatur *Propraetor* Prou. Pannon. *Super.* Exinceps, Actorum S. Quirini sub Diocletiano passi, queis Amantius adpellatur *Praeses Pannon. Primae;* Scriptorem, non fuisse S. Martyri coaeuum, arguimus. Porro, iuxta Lib. Notit. Dignit. Imp. Orient. (aeuo Theodosiano conscriptae) *Pannon. Prima* habuit Praesidem Prouinciae, titulo *Perfectissimi* ornatum; cui adiuncti erant: Princeps Officii, Cornicularius, Tabularii duo, Commentariensis, Adiutor, Ab Actis, Subadiuua, Exceptores, et Cohortalini; sedes Officii, ipsumque Praesidis tribunal, ac thesaurus Prouinciae erant *Sabariae*: insigniores vero Pannoniae

Primae Vrbes, praeter Sabariam Metropolim, fuere Scarbantia, Vindobona, Carnuntum, et Arrabona. Praefectus *Pannoniae Secundae* erat Consularis, titulum *Clarissimi* habens; residebat *Sirmii*, fuitque aeuo Constantiniano ac deinceps summus iste in omnibus Pannoniis Magistratus: quo factum, vt eo iam tempore non Sabariae sed Sirmii supremum tribunal, ac velut fastigium totius Illyrici tam in ciuilibus quam ecclesiasticis causis constitueretur, quemadmodum innuit Iustinian. Novell. XI. Inter celebriores Pannoniae Secundae Vrbes, praeter Sirmium omnium Pannoniarum *Metropolim*, memorantur: Mursa, Cibalis, ac Taurunum. Praefectus demum *Pannon. Sauiae Ripariensis* (quae erat in hodierna Croatia, olimque partem Pannoniae Superioris efficiebat) vocabatur *Corrector*, idest *Conrector;* quia Praefectus Consularis Pannon. Secundae (quae Sirmiensem regionem et hodiernam Slauoniam complectebatur) reipsa totius Pannoniae Sauiae *Rector* erat: Officium autem Correctoris sedem habuit *Sisciae.* Ceterum, tres hi Pannoniorum Praefecti res duntaxat ciuiles in suis Prouinciis moderabantur; rebus enim militaribus praepositi vocabantur *Duces* titulo *Spectabiles*, erantque tres pariter in vniuersa Pannonia, subordinati duobus *Magistris* peditum et equitum totius Illyrici: Dux nempe Pannoniae Primae simulque Norici Ripensis, alter Dux Pan-

non. Secundae totiusque Prouinciae Sauiae, tertius denique Dux Prouinciae Valeriae Ripensis. Officium Ducum Spectabilium habebat: I. *Principem Officii*, seu primum rei militaris in ea Prouincia pro Duce Administrum; II. *Numerarium*, qui Militum vigilias aliosque labores, et quae persoluta essent stipendia, notaret; III. *Commentariensem*, qui plectendis, et custodia detentis Militibus, praeesset; IV. *Adiutorem*, qui aliis operam in re gerenda, locaret; V. *Subadiuuam*, idest Adiutoris vicarium; VI. *Regerendarium*, qui res Officii in Codicem seu Regesta referret; VII. *Exceptores*, seu Scribas; VIII. *Singulares*, et reliquos Administros, vt viatores et apparitores. Eo vero tempore, quo Notitia Dignitatum Imperii conscripta fuit, Duci *Pannon. Primae ac Norici Ripen.* parebant 25. Praefecti: duo nempe Cuneorum equitum, quatuordecim Numerorum aliorum equitum, sex Legionum, ac tres Classium; praeterea eidem suberant 5. *Tribuni* Cohortium. Duci autem *Valeriae Ripensis* obtemperabant 27. Praepositi: nempe quinque Cuneorum equitum, septemdecim Numerorum equitum, et quinque Auxiliorum peditum; item Praefecti, ex quibus octo praeerant Legionibus et vnus Classi; ad haec eidem suberant 6. Tribuni Cohortium. Demum, a Duce *Pannoniae Secundae* pendebant Praefecti 31. nimirum sex Cuneorum equitum, vndecim Nume-

rorum aliorum equitum, quinque Legionum, quinque insuper Numerorum militum, et quatuor Classium; praeterea 3. Tribuni Cohortium. Ex qua descriptione colligere licet Imperii Romani vires, ad Pannoniarum ac Norici limites defendendos, barbaris oppositas; sed haec (vt praemisimus) ad aetatem Constantini Imperio posteriorem pertinent. Scribit enim *Zosimus* Lib. II. pag. 112. Constantinum Imp. pessimo consilio maiorem Militum partem de limitibus submotam, in Oppidis a Danubio remotis nulliusque praesidii egentibus collocasse: *Quo pacto*, inquit ille, *terras a barbaris vexatas nudauit, tranquillas autem Vrbes militum peste grauauit adeo, vt complures earum in solitudinem redactae sint; Milites ipsos theatris et voluptatibus addictos emolliuit, sicque destructioni Prouinciarum, quae illo Seculo subsecuta fuit, principium et semina praebuit.* — Iam nunc praememorata via Romana, a qua digressi sumus, vsque Budam legenda occurrit. Illa Vindobona, inter Danubii defluxum, digreditur, per: I. *Alam nouam*, Schuechat. II. *Aequinoctium*, Fischamend; vtrinque Equit. Dalm. sub Duce Pannon. Sup. III. *Carnuntum*, Petronellam; hibern. Legion. XIV. Gemin. IV. *Gerulatam*, Iahrendorf; Castr. Equit. Sagittar. V. *Flexum*, Viselburg. VI. *Quadrata*, Hochstras; Castr. Equit. Mauror. VII. *Arrabonam*, Iaurinum; med. aet. *Iauarinum*, vbi

finis Pannon. Sup. VIII. *Ad Statuas*, Gönyö. IX. *Ad Mures*, Ats. X. *Brigantium*, Szöny; Ciuit. et hibern. Legion. I. Adiutr. XI. *Azaum*, supra Almas. XII. *Lepauim*, Neszmély. XIII. *Gardelacam*, Neudorf; Hodoepor. *Crumerum*, Ptolem. *Curtam*. XIV. Penes *Saluam*, Strigonium; Mans. Rom. apud Ptolem. Geogr. Lib. II. cap. 5. seq. per *Lusomanam*, hodie vicum Csiv (Hodoepor. *Ad Lacum Felicis*) vsque Budam. Id vnum adhuc notasse heic iuuerit: Bonfinium Lib. I. pag. 27. et Gruterum Epigr. CLXIV. 4. cum Lazio arbitrari, ob epigrapham circa Strigonium repertam, in qua *Burgum cui nomen Commercium* occurrit; Strigonio recte isthoc adscribi nomen. Nos illam ob vet. monimentorum defectum pro *supposititia* habemus, vtpote ex Ipsiensi in Norico serius desumtam; certe plures huius nominis occurrunt memoriae, vti est in Pannon. Inf. *Tittoburgum* (hod. Borovo in Sirm. de quo alibi proloquemur) cuius etiam Tab. Theod. meminit. Cons. Katanc. Geogr. Epigraph. Part. I. pag. 448.

b) Episcopatus *Viennensis* an. 1468. erectus (cuius Episcopus a Ferdinando II. Imp. an. 1630. *Principis* titulo donatus exstitit, ac sub Innocent. XIII. a 1. Iun. 1722. in *Archi-Episcopatum* eleuatus est) refertur in Recens. Cleri Viennens. an. 1825. nobis tamen initia eiusdem altius repetere liceat. Germine fidei prae reliquis Germ Prou.

vernabat Austria circa an. Chr. 250. Imperante Philippo (quem quidam *Christianum* volunt) ac Euangelium praedicante S. Quirino Siscien. Pannoniae Inferioris Episcopo; sub Maximo Illyr. Praeside aquis merso. Haud procul ab Vrbe *Fauianensi* (Viennensi) Sec. 5. vitam agebat sanctissimam Seuerinus Abbas, Monachus Afric. an: 490. Roma missus, instituto quoque ad pedem famosi montis Cetii Monasterio; cuius res gestas descripsit illius discipulus Eugippius: quod Opus in lucem dedit Surius ad 8. Ianuar. ac nouissime Pezius Scriptoribus Rer. Austr. Tom. I. col. 68. inseruit. In hac S. Seuerini vita mentio fit *Mamertini* Tribuni Ciuit. Fauianensis, quem subinde Episcopum ordinatum dicit Eugippius, quemque Lazius l. c.. reiecit ad Sec. 6. quo Pannoniam Super. inuasere Auares, Imperiumque suum protendere vsque ad Onasum fl. ac proinde Fauianensem quoque Vrbem iugo seruitutis pressere; Euangelicae veritatis Cathedras atque Magistros, vtpote vsque ad aetatem Caroli M. ethnici, in suis ditionibus haud passi. Posteaquam vero barbari hi, Carolo M. ac *Vrolpho* Laureacen. Praesule agentibus, Religionem Chr. amplexi fuissent, Carolus vniuersam pene Austriam a paganismi vepribus expurgauit, constitutis hinc inde Templis, praeprimis *S. Petri Apost.* Viennae, ac *S. Petronillae Virg.* Carnunti; Vrolphus vero Cathedram Fauia-

nen. in regione Hunnorum (qui, ex concessione Caroli M. Pannoniam Super. tenebant) instaurauit, eique circa an. 820. *Rathfredum* Episc. praefecit; perhibente Eugenii II. P. Epistola, hisce inscripta: *Rathfredo S. Fauianen. Eccl. Episcopo.* Labb. Tom. IX. Concil. 637. edit. Ven. Ceterum, Piligrinus Laureacen. Metropolita, in sua ad Benedict. P. Epistola (Tom. VI. Part. I. Concil. Harduin. col. 695.) circa finem Sec. 10. asseruit: Romanorum adhuc Gepidarumque tempore septem Episcopatus in Pannonia Super. exstitisse, Metropoli *Laureacen.* subiectos; inter quos etiam *Vindobonam* recenset Carolus a S. Paul. Geogr. Sacr. pag. 75. edit. Amstel. 1704. — Hodie Archi-Dioecesi praeest Celsissimus ac Reuerendissimus Princeps D. LEOPOLDVS FIRMIAN, e Domo Comitum ac. Dom. Firmian, Austr. Caes. Leopoldini Ordinis Magnae Crucis Praelatus, Caes. Reg. Societatis Oeconom. Vienn. Commembrum, et Archi-Episcopus Viennensis. Ipsa Archi-Dioecesis (iuxta eiusd. Schematism. an. 1827.) numerat: Canonicatus Act. 11. Honorar. 7. Abbatias et Praeposit. Regular. 4. Decanatus 25. Parochias cum Vicar. Benef. et Local. 547. Clerum Eccl. 851. Regulares 892. Animas indistinctim 771,614.

c) *Austriae* regio priscis erat *Noricum Ripense* (de quo alibi, ad Conuent. Santipolit. paucis commentabimur) ad quod *Vindobonam* Rom. seu ho-

diernam Viennam, vtpote ex praemissis Pannon. finibus ad hanc iure optimo relatam, et sexto plane lapide a Norico discretam, nullo pacto retuleris: limes quippe Austr. propriae (quam nos, ab Cetio, Norico Ripen. adscribimus) ad *Leytam* vsque demum prorogatus, ab lapsu Imperii ac gentium barbararum incursu, recentior est; de illa tamen heic loci quidpiam prolatu, haud inamoenum arbitramur. Totus ille tractus terrae ad ripas Danubii situs, cuius pars orientem versus tempore Caroli M. dicebatur *Regnum Ost*, seu Germ. *Ostreich* (vnde successiue *Oestreich*) hodie *Austria* audit, cuius aurae temperies versa est in prouerbium: *Austria ventosa, aut venenosa.* Ad eurum sibi copulat Hungariam; ad zephirum Bauariam, ad austrum Styriam, ad boream Morauiam: in *Sup.* ac *Inf.* diuisa. Illa magis nemorosa; haec vero referta amoenissimis agrorum pratorumque planis, siluis caeduis, ac vineis. Henricus I. *Anceps*, aut (vt not. Aloldi referunt) eius filius Otto I. circa an. Christi 944. ex Comitatu principe in *Marchionatum* euexit, pro Marchione primo constituens Leopoldum *Illustrem*, Adalberti II. Comitis Babenbergici filium; Fridericus vero *Aenobarba* circa an. 1156. in *Ducatum*, qui perinde Bauariam, ad exstinguenda grauia inter hos Principes dissidia, titulo Ducatus insigniuit: pro primo Duce Austriae denominans Henricum II. S. Leo-

poldi Marchionis filium cognom. ***Iasomirgott***, et pro primo Duce Bauariae Henricum Saxo-Bauarum, seu *Leonem* dictum. Fridericus II. tandem circa an. 1233. in *Archi-Ducatum*, seu principem S. Rom. Imp. Ducatum sublimauit, Archi-Ducem primum legens Fridericum, ex linea Babenbergica vltimum; non obstante, quod primo circa an. 1440. Fridericus III. alias V. et Maximilianus I. titulum Archi-Ducis palam inuexerint, eoque fixe vsi fuerint. Cons. Chorogr. Austr. — Hodie Regio in politicis ab ***Excelso Regimine Prouinciali Inf. Austr.*** gubernatur; sub Praesidio: Excellentissimi ac Illustrissimi D. Comitis FRANCISCI A KLEBELSBERG, Ins. Ioannitar. Ordin. Equitis, Caes. Reg. Camerarii, (*Pl. Tit.*) et Exc. Regim. Prouin. Austr. Inf. Praesidentis. Cui a latere adsistunt: Vice-Praeses 1. Consiliarii 16. totidemque Secretarii; ac reliqui Protocolli, et Expeditionis Officiantes. Exc. Regiminis sedes est *Viennae* (nobis, ob biennalem ibidem commorationem, memorabilis) quae Vrbs a proprio *Magistratu* dirigitur, ex vno Consule, duobus Vicegerentibus, et Senatoribus 67. conflato; atque in tres principales Senatus dispescitur: in *Politicum* nempe, *Iustitiarium*, et *Criminalem*. De quibus vberius vid. Wilhelm. Hebenstreit Topogr. Vienn. an. 1829. pag. 76. seq.

d) Vid. Chron. Prouin. an. 1743. pag. 121. n. 37. seq.

e) Sub administr. temporal. Spect. D. Antonii Niering a Lövenfels, Aedific. Caes. Vienn. Princ. Inspect. Emer. ac eiusdem Conuentus Syndici Apost.

f) Cons. isthic pag. 79. lit i. Specimen *Poëseos* Austr. ad Sec. 13. initium, dedit Ennenckelius (*Friderico Bellicoso*, qui an. 1232. ducentos Equites creauerat, coaeuus) apud Herrgott Monum. Austr. Tom. I. Dissert. 3. §. 12. ita: *Darnach der Chaizzer Fridreich — Gepot einen hof, der waz reich — Da kamen di Fürsten all dahin — Di tummen, und die hetten Sinn — Da fur auch Sicherleich — Der edel Herzog Fridreich — Er fur mit in an seiner Schar — Daz ich ew sag, daz ist war — Zwai hundert Ritter wolgetan — Die furten Scharlach chappen an — Die wurden geworcht wol mit fleizz — Dadurch ein edel Strich weizz — Gie von edelin scharlach guet — Dez vrewt sich da dez Ritter muet — Newe Schilt und nevez gerait — Furten die Ritter unverzait etc.* Modum denique *Austriaca* loquendi ratione Sec. 16. et 17. exhibuit Bubenka Lib. Arith. 1689. qua eos, qui Oppida Hungariae circa Danubium imprimis habitant, vti; asserit Katanč. de Istr. pag. 233. quosque iam olim *indigenis* admixtos putes.

III.

Conuentus Illokinensis; S. Ioannis Capistrani. *a*)

In Dioecesi Sirmiensi, b) Comitatu Sirmiensi: c) a Duce Vgrino an. 1349. *pro Conuentualibus fundatus, d) sed primum an.* 1453. *agente S. Ioanne Capistrano Obseruant. Fratribus traditus, e) demum a Turcis vastatus, et an.* 1686.

Lingua Illyr. *h*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Laurentius Matoss, Illyr. Hung.	30. Dec. 1784.	6. Dec. 1803.	30. Dec. 1805.
R. P. Stephanus Orsich, Illyr. Slauon.	5. Mart. 1758.	24. Apr. 1773.	20. Maii. 1774.
M. V. P. Ioannes Markotich, Illyr. Slauon.	7. Oct. 1795.	7. Maii. 1812.	10. Oct. 1816.

desertus, tum a Religiosis huius Prouinciae Plumbensibus (eorum Conuentu per Seffer-Bassam igni tradito) insequenti anno restauratus; ast a propulsis Turcis an. 1699. *iterum vitiatus, ac opera Patrum an.* 1705. *tertio redintegratus, f*) *et sub* 24. *Iun.* 1789. *N.* $\frac{2516}{23614}$. *cum duodecim Sacerdotibus atque duobus Laicis clementer restabilitus (a morte S. Ioannis Capistrani celebris) Parochiam, Studium Philosophicum, et Scholam Nation. prouidet. g*)

Hung. *i*) Germ. *k*)

Annus Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
13. Dec. 1807.	Illyr. Hung. Germ. Slau.	Guard. Administr. Paroch. Pro-Direct. Stud. Philos. ac Rect. Schol. Nation.
20. Maii. 1781.	Illyr. Germ.	Adgr. et Consult. Prou. Em. Discr. nec non Spirit. cum facult.
2. Febr. 1819.	Illyr. Germ.	Vicar. Conc. Illyr. Dom. Coop. Par. Catechet. Sup. Sacrist. Comm. Magist. et Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Dionysius Talzon, Illyr. Slauon.	1. Dec. 1785.	31. Oct. 1804.	8. Febr. 1807.
M. V. P. Angelus Kimpek, Illyr. Slauon.	15. Aug. 1792.	20. Aug. 1808.	15. Aug. 1813.
M. V. P. Adiutus Kosztnits, Hung. C. Pest.	2. Apr. 1789.	10. Sept. 1808.	22. Iulii. 1810.
M. V. P. Henricus Blaho, Slau. Hung.	2. Maii. 1796.	9. Oct. 1819.	23. Oct. 1822.
M. V. P. Macarius Ballogh, Hung. C. Pest.	14. Ian. 1804.	18. Oct. 1823.	25. Nou. 1826.
Fr. Saluator Homayer, Germ. Bauar.	9. Apr. 1785.	21. Iun. 1805.	10. Maii. 1807.

An-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
8. Sept. 1808.	Illyr. Germ. Hung. Ital.	Capellan. Castr. I. Legion. Dimachor. Princ. Rosenberg.
17. Sept. 1815.	Illyr. Germ.	AA. LL. et Philos. Doct. Eiusd. Lect. Discr. Exh. ac Mag. Cler. et Cer. tum Instr. in Cant. et Org. Exp. Cas. ac Organista.
23. Maii. 1816.	Hung. Germ. Illyr.	Magist. Prim. Schol. Nat. Exh. Laic. et Spirit. cum facult.
27. Sept. 1824.	Slau. Hung. Illyr. Germ.	Mag. Secundar. Schol. Nat. Conc. Illyr. Ann. Coop. Paroch. et Protocoll.
19. Mart. 1828.	Hung.	AA. LL. et Philos. ac Histor. Lect. Discr. VMagist. Cler. ac Biblioth.
»	Germ. Illyr.	Laic. Sacrist. et VMagist. Communit.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Zephirin. Haferl, Germ. Austr.	17. Ian. 1800.	24. Oct. 1823.	6. Iun. 1825.
Fr. Venceslaus Painz, Germ. Boh.	5. Nou. 1805.	13. Nou. 1826.	

a) *Illokinum*, Rom. *Cuccium*; circa cuius loci situm Scriptores mire variant: illud Simlero est *Ceroska* vel *Curuska*, inter *Nesth*, et *Swlsig*, hodie Nestin et Sussek, cuius loci rudera *Kulustra* nuncupata visuntur; Danuillio in situ *Vukovar*; Schoenuisnero autem inter Sussek et Illok medio spatio, *Nestin* scilicet, quo Dianae templo Taubii perductus erat (vti et Mannert) idem quaerere placuit. *Cuccium* nobis Oppidum *Illok* est, ob conuenientem Tab. Itiner. Roman. mensuram, ab Anonymo Belae R. Notario *Vlcau* cap. 42. media aetate *Voilach*, *Villak*, tum *Vjlak* (apud Pisan. Lib. Conform. edit. Bonon. 1590.) vocitatum; antiquitatibus a Marsil. relatis, aquae ductu Rom. insigni condam Propugnaculo (adhuc Sec. 17. duplicibus moeniis, septem rotundis aggeribus, sex

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
„	Germ. Illyr.	Laic. Coq. Hort. et Proc.Conu.
„	Germ.	Laic. improfess. Sart. Cellar. Ianit. et ad Seruit. Conuent.

quadratis turribus, binisque Castris roborato, apud Ios. Cines. Firman. Chorogr. Hist. Sirm.) sede ac sepulcro Ducum Sirmiensium, praesertim Laurentii Ducis Vjlak, eius consortis Catharinae, ac vetustissimae Familiae Baron. *Bernjakovich*, aliisque idgenus reliquiis clarum: cui in aduersa ripa opponitur vetus *Remesiana* Palanka, ad XXV. ab Nissa in exort. lapid. Olim via secus Danubium ducebat, quae dudum in profluentem abiit; ripam aqua in dies rodente. Illokinum, 540. domus, et 3409. incolas numerans; distat — *Essekino*: ad merid. L. M. P. seu postis 5=10. milliar. geogr. — *Buda*: CCXL. M. P. seu postis 24=48. milliar. geogr. — *Vienna*: CCCCXXII½ M. P. seu postis 42¼ = 84½ milliar. geogr. — Abinde digreditur vetus Rom. via, per: I. *Malatam*, Banostor

(Hodoepor. *Bononia*, in qua Equit. Dalm. ac in aduersa ripa Castrum Roman. *Onagrinum*) media aetate Conuentus Ord. Cruciferorum erat. II. *Cusum*, interm. Vrb. *Petrouarad.* numeris ac vestigiis antiquissimis id poscentibus (ibid. Equit. Dalm. sub Duce Pannoniae Sau.) quod Danuillio *Cserevich*, Schoenuisnero *Kamenic*, Mannerto *Karlovic*, perperam videbatur; ab Abbatia Ordinis Cisterc. an. 1203. ac mora Vladislai R. Hung. an. 1494. teste Timone, celebratum. III. *Acimincum*, Karlovic (vbi Equit. Constantinian. et Sagittar. ex Ptolem. Geogr. Lib. II. cap. 15.) serius a Carolo, Ioannis Hericharti Croatiae Bani filio, Caroli vero Parui Siciliae R. nepote, reerectum: refertur a Szören. in Vind. Sirm. IV. *Rittium*, Tab. duce Slankamen; Ciuit. Pannon. Ripar. et Equit. Dalm. ex Ptolem. l. c. V. *Burgenas*, Banovce (consentiente Mannerto) vbi Equit. Dalm. et Praefect. Legion. V. Maced. a Diocletiano Imp. *Iouia* nuncupatae; ex Notit. Imp.

b) Ganoc. Dissert. de S. Ladislao pag. 93. scribit: *Sirmium Cathedra Episc. iam an. Chr.* 347. *fulsisse, hocque anno Eutherium Sirm. Episc. Concilio Sardicen. subscripsisse;* ast Eutherius ibi subscriptus non legitur Episcopus Sirmiensis, sed *Eutherius a Pannoniis:* vnde is Episc. Sirm. quidem asseri, at non probari potest. Sed, iam ad initium Sec. 4. Ecclesia Sirm. floruit, quam Ire-

naeus illius Episcopus an. 304. martyrio decorauit; testibus Act. Bolland. et Ruinart. quare celeberrima huius Episcopatus incunabula, nobis aliunde repetere liceat. *Petrus Apost. Princeps, Ecclesia Romae constituta . . . Sirmium petiit, vbi constituto Epaeneto Episc.* (suo discipulo) *Carthaginem Vrb. Affric. adiit;* sunt verba vet. Commentar. de SS. Apost. pag. 18. a Lippoman. et Surio vulgati. Cuius Commentarii fidem, vti et Pauli Apostoli in Sirmio praedicationem, et ab Epaeneti morte substitutionem *Andronici* (cuius Apost. ad Rom. cap. XVI. v. 7. meminit) multis suadere adnisus est Salag. de Stat. Eccl. Pann. Lib. VI. cap. 1. *Andronicum* quidem Sirmiensem Episcopum fuisse, memorat Sec. 5. auctor Hesychius, in vita S. Clementis apud Farlat. Illyr. Sacr. Tom. I. pag. 262. tum *Eleutherii* Episcopi Sirm. circa an. Christi 140. martyrio coronati, meminit Baron. ad hunc an. n. 4. cuius successores vsque ad *Irenaeum*, in tanta monimentorum penuria, penitus ignoramus; quos tamen haud defuisse, ex ingenti Martyrum Sirmiensium multitudine indubium euadit. Sirmium, ab collocata per Constantinum M. ibi Praefectura Illyr. Sec. 4. fuisse *Metropolim* ciuil. et eccl. testis est Anemius Episcopus Sirm. qui in Concilio Aquileiensi an. 381. haec protulit: *Caput Illyr. nonnisi Ciuitas Sirm. est; ego igitur Episcopus Ciuit. illius sum.* Quo loco,

qualiter hic Praesul Cathedram Sirmien. opera S. *Ambrosii* (quem Eccl. Doctorem Sirmii fuisse, illa regio gloriari potest) adeptus sit? breuibus attingere placeat. Iustina Augusta (ita narrante Paulino, an. 380.) e Tabellario intelligens, Sirmiensem Eccl. Episcopo orbatam esse; cupiditati suae et Arianorum, queis summe fauebat, velificatura, Sirmium aduolauit: adcurrit et *Ambrosius*. Ingens contentio excitata; Iustina potentia et furore multitudinis, Ambrosius lege vatinia ac sanctitate pugnabat. In Aede, vbi tumultuatum est, virgo quaedam Ariana in sanctissimum Pontificem manus iniecit. Ast, vicit aequitas iniquitatem, pietas impietatem; *Anemius* Episcopus proclamatus, virgo autem amens atque impura postera luce exstincta est: cuius funus, immemor iniuriae, prosecutus est Ambrosius. Constituto in munere Anemio, magnus Eccl. Doctor propugnatorque Ambrosius, et patrona Arianorum Iustina Augusta; non ad finiendas sed ducendas contentiones, Mediolanum rediere: timuere tamen Ambrosium, quos mundus timebat. Abhinc, vbi Ariana pestis vires denuo resumsit, Ecclesiam Sirmien. virulentis subinde *Photini Germiniique* doctrinis contaminatam, ac multis Arianorum ecthesibus ibi fabricatis conciliabulisque foedatam, vsque ad vltimum sui excidium serius a barbaris illatum, continuo nutasse; ex Hist. Eccl. abunde edoce-

mur. Quae cum ita sint, nemo mirabitur, *Sulpitium* Seuerum monimentis prodidisse, omnes fere duarum Pannoniarum ac Moesiae Antistites, totamque Asiam, ad defendendam et disseminandam longe lateque perfidiam Arianam incubuisse; nec eam e Pannonia (exceptis minimis in Sirmien. agro Semiarianorum reliquiis) exstirpatam fuisse: donec Hunnorum Gothorumque gladiis Pannonii, imo Romani iugularentur, tum Oppida eorum saepe diriperentur, incenderentur, ad vltimum diruerentur. Ita igitur Metropolis Pannon. *Sirmium*, vltimo huiusmodi excidio (quod paullo infra memorabimus) deletum exstitit, vt vsque Sec. 13. nomen Episcopatus Sirmien. auditum non fuerit; luculenter id euincente Praio, Dissert. de S. Ladisl. §. VII. pag. 65. *seq.* ac edocente: Episcopatum Sirm. an. 1229. ab Vgrino Archi-Episcopo Colocen. facta ei hanc in rem amplissima a Gregor. IX. P. potestate, denuo erectum esse. A S. Stephano R. Hung. fundatum, opinatur Szören. Vind. Sirm. Quaest. V. sed cum nec in Literis Pontif. nec in Regum Decretis vsque praememoratum an. illius mentio occurrat; cumque portio Sirmiensis Danubium inter et Sauum, quam Hungari tempore S. Regis possederant, *Dioec. Quinque-Eccl.* adscribatur, in Diplom. an. 1009. apud Kollar. Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. I. eidem adstipulari non possumus: tametsi de au-

thenticitate conscriptionis Decimae Pontificiae tempore Caroli Roberti R. (a Klimone Episcopo Quinque-Eccl. primum communicatae) qua loca *Zalankumun* Slankamen, *Cher* Cherevich, *Zemelin* Semlin, *Chas* Csalma, *Varad Petri* Petrouarad. *Chussidi* Sussek, et *Nimici* Nemce, tamquam ad iurisdictionem Dioecesis *Colocen.* pertinentia, memorantur apud Pray. Hierarch. Eccl. Part. II. pag. 25. *seq.* ob insignia Szörenii l. c. pag. 158. *seq.* argumenta, dubitemus. Si enim isthoc meritum ex rationibus Decimae Pontif. decernendum est; nobis eodem Sec. 14. occasione illiusmodi collectae in Ciuitate et Dioecesi Quinque-Eccl. ab an. 1317. vsque 1337. institutae, diligentissimus Kollerius Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. II. pag. 378. e Codice autographo, *Chartae collectoriae Polon. et Hung.* coaeuo, ac in secreto Archiuo Vaticano adseruato, sequentia loca (quamplurimis praetermissis) prodidit: *Wolko*, Valpovo; *Korogh*, Kwarok, Kuvesdin; *Valkovar*, Vukovar; *Nemeth*, Nemci; *Zacha*, Zatha, Sotin; *Posoka*, Poscka, Pozaga, Posega; *Nolche*, Nassic; *Pogarach*, Podgoracs; *Vylok*, Illok; *Lesemer*, Leximir; *Zilzegh*, Sissek; *Nestd*, Neshtin; *Gyngula*, Binguls, Bingula; *Morod*, Morovich; *Gybarch*, Gibarac; *Erdefarch*, Erdevik; *Villec*, Velika; *Scrazemle*, Straxeman; *Mochocyna*, Moticsna; *Gurchun*, Garcsin; *Gara*, Gorjan; *Irugh*,

Irregh; *Kuke*, Kukojevce; *Torda*, Tordince; *Kelotoch*, Cxeletovci; *Ivankazogrenge*, Iankovci; *Herman*, Merkushica; *Erdewd*, Erdut; *Lyba*, Ljuba; *Baba*, Babska; etc. Omnibus itaque e Pray. l. c. recitatis locis iurisdictioni Colocensi; his vero e Kollar. l. c. Quinque-Eccl. adscriptis; quid ea aetate Episcopis Sirmien. Oliverio an. 1247. cuius Alexander IV. epist. 180. meminit; Ladislao I. an. 1309. Literis Regiis subscripto: *S. Irenaei et Keu Ecclesiarum Episcopo;* Gregorio ex Ord. Min. a Ioanne XXII. Epist. 885. nominato et a Rege an. 1335. rati habito; ac *Thomae* I. ex Ord. Erem. S. Aug. in Tabulis Romanis an. 1349. nuncupato, Literisque Regiis an. 1351. subscripto, attribuemus? Huius restaurati Episcopatus sedes, testibus Lit. Gregorii IX. ad Vgrinum Archi-Episcopum Colocensem an. 1231. datis, primum erat in Monasterio *Cuchet*, alias *Cheur, Chuet, Keu*, dicto, a Bela Duce an. 1198. fundato, in hodierno *Cserevich* (non vero trans Danubium) ita enim diserte Pontifex loquitur: *Nouo Episcopatui, qui de licentia nostra in citeriore Sirmio debet creari;* illo dein a Cumanis destructo, sedes transiit ad S. *Irenaeum* (hod. Mitrovicium) perhibentibus Sec. 13. et 14. Literis Regiis. *Illokini* perinde sedem fuisse, vsque ad tempora Laurentii Ducis de Vjlak (cuius Art. 39. an. 1518. meminit) Szörenius ex Diplomate

Leopoldi I. Principi Liuio Odeschalco *Ducis Sirmiensis* titulum conferentis, quo ius Episcopi Sirm. quoad Residentiam in Vjlak figendam per expressum reseruatur, arguit l. c. pag. 135. *seq.* Episcopos tamen Sirmienses firmiter in *Banmonostor* Sec. 15. resedisse; Literae Iacobi Episcopi Sirm. an. 1437. ad Pontificem datae (quas ab se *in Monasterio Bani, in domo scilicet habitationis*, datas adfirmat) perhibent; idem Broderico, ac Olaho Lib. I. pag. 41. testantibus. Deinceps, ab occupato per Solymannum post cladem Mohacsianam Sirmio, vsque ad recuperatum felicibus Leopoldi M. auspiciis an. 1687. Belgradum, Episcopatus aut vacabat, aut nudum nomen gesserat; pro sede tandem an. 1743. *Petrouaradino* delecto: donec Pontifice et Aug. M. Theresia volentibus, Dioecesi Bosnensi seu Diakouariensi an. 1773. canonice vniretur. Ceterum, Sirmiensem Ecclesiam plurimorum SS. Martyrum sanguine sub multiplici tyrannorum persecutione consecratam fuisse, Bombard. Topogr. Hung. pag. 251. et Szören. l. c. pag. 246. proferunt; quorum prior vltra 125. alter vero plus quam 198. Martyres beatosque numerauere: queis Sirmium magis, quam cunctis Romanorum monimentis, nobilitatum exstitit. Sed, quia gloriae ac felicitatis vel comes vel pedissequa esse vt plurimum consueuit *inuidia;* nec Sirmium, tot Martyribus suis resplendens, fuit extra

ictum et conatus. Etenim non pauci Hispaniae Italiaeque Scriptores, vt eam gloriam sibi suisue vendicarent; Sirmio iam *Firmium* Boeticae Hispanicae olim Ciuitatem, iam *Sirmum* in Hispania (quod nunquam exstitit) cum efficto Dextri Flauii Chronico, scripserunt: merito ex vetustissimis Martyrologiis confutati ab veri amantioribus Belgis Germanisque Scriptoribus, suos Sirmio nostro Martyres et in iis gloriam restituentibus. In eo S. *Irenaeum* supra pontem Vrbis (Dianae sacrum, ac Graecis *Αρτέμις* dictum) Bacuntio vel Bozothae aut Bossut fl. instratum, decollatum et in Sauum proiectum; tum *S. Bassillam* vitae sanctitate ibidem fulgentem; ac denique *S. Demetrium M.* vitae exordia hic loci auspicatum; eruditi nouere. Triplici perinde Vrbs *Synodo*, docente Pagio Crit. Annal. Baron. in fastis ecclesiasticis inclaruit; quarum omnium celeberrima reperitur prima, in qua *Photinus* Graeculus, eiusdem sedis Episcopus et haeresiarcha, non solum ab vniuersa Ecclesia Orthodoxa praeprius, sed demum ab ipsis contribulibus suis Arianis, coram Constantio Imp. horum fautore, ad an. 351. damnatus fuit. Deleta postmodum, in promeritam adsumti Arianismi poenam, ab Attila Vrbe; *Metropoleos* dignitas Thessalonicae, tum Laureaco, demum Achridae, et partim Salonae, adhaesit: obseruante Schelstrat. Antiqu. Eccl. Tom. II. Dissert. 4. cap. 9. Hodie

Dioecesi (Bosnensi seu Diakouar. canonice vnitae) praeest Illustrissimus ac Reuerendissimus D. EMERICVS CAROLVS RAFFAY, Episcopus; cuius memoriam heic pag. 13. ingessimus. Ipsa Dioecesis sic vnita (iuxta eiusd. Schematism. an. 1829. nobiscum amice communicatum) numerat: Canonicatus Act. 8. Honorar. 5. Abbatias Titul. 7. Praeposituras Real. 1. Titul. 3. Archi-Diaconatus 4. Vice-Archidiacon. 9. Parochias 81. Clerum Eccl. 219. Regulares 121. (iuxta Recens. Aszalay. an. 1825.) Animas indistinctim 328,495.

c) Comitatus *Sirmiensis*, prout eum omnes epigraphae signant, ab celebri veterum Vrbe Sirmio nomen trahens (de cuius *Ducatu* alibi ad Conuent. Vukouar. vbi nunc Prouinciae Sirmien. sedes est; commodius proloquemur) ab ortu et meridie Petrouaradiensi Regimini Confin. iungitur; ab occasu Brodensi Regimini partim, partim Verocensi Comitatui; septentrionali vero latere a Danubio Bacsiensibus finitimus. Incolae Illyri, intermixtis Hungaris, Germanis, ac paucissimis vinicolis Slauis: omnes laboriosi; agri, vinearum, et pruneti cultura vitam sustentant. Regio haec Danubio, Vuka, et Shid fluuiis; Bobotensi item canali ac Palocsa stagno irrigua: praebet frumentum omnis generis et fructus, e quibus singulare genus potus conficitur, quod in deliciis est apud multos. Isthoc nos, 23. annis in Sirmio diuersati,

nescire cogeremur; nisi illud recentissime eruditus Nagy Notit. Polit. Statist. Tom. II. pag. 32. e. relationibus ad se perductis, prodidisset. De eo Katanc. Comment. Istr. cap. VII. n. 42. sic ait: *Est quoque apud nos potus, qui Sherbe dicitur vulgo, ex melle et aqua paratus, omnibus pene Illyriis, maxime Serblis* (vetustissimis Triballis Thracum nepotibus, dehinc Mysis Rom.) *vsitatus; a quo hi nomen accipere poterant.* Ectypon illius, quia eleganter iam Philosophorum princeps Aristoteles Metaph. Tom. III. Comment. de Admirab. dedit; heic verbis illius depromere libet: *Aiunt in Illyriis,* inquit, *qui Taulantii nuncupantur, ex melle vinum fieri; cum enim fauos expresserint, aquam infundentes in lebete decoquunt, donec dimidium defecerit: deinceps in doliis effundentes, idque iucundissime iactitantes, dolia super tabulas reponunt, atque ibi longo temporis spatio permanere, et vinosum ac praesertim suaue spirituosumque euadere inquiunt, vt nequaquam a veteri vino differat.* Fortassis Sherbe a *serbex* (illicium, vel pruritus) vocari potuerit; cum non pauci sint e priscis quoque, apud Seuerin. Pannon. illustr. Lib. II. cap. 6. qui *Thracas* libenter potasse scripserint: quod tamen nescimus, an de solis dumtaxat Thracibus dici queat? quum et alii cultum Libero non illibenter praestare soleant. Ita Greiderer Germ. Franc. Tom. I. Lib. 2. pag. 245. in

Conu. Labac. producit quoddam Epitaphium vetus cuiusdam hominis plebeii, risu dignum: *Ego Thomas Siluester Neff. Saepe vino me delectaui, sed certe dulce plus amaui; iucunde me ex natura gessi, sicque risum multis expressi: in simplicitate vixi, et omnes beatos dixi. Sed quamuis parum sapui, forsan sic coelum rapui: ideo viuas in aeternum, qui dedisti dulce falernum; et ne intermittas pro me caue, dicere vnum Pater et Aue.* — Abhinc iam coepta de Comit. Sirm. persequamur. Regio profert vinum sic dictum Sirmiense nobilissimum; nec desunt pascua, pecorum pecudumque gregibus commodissima; siluae item et nemora, aues piscesue praestantissimi. De ea Stephanus Brodericius, Regni olim Cancellarius, ita commentatur: *Beata illa ac felicissima regio Sirmien. non vini solum, toto septemtr. laudatissimi; sed etiam rerum omnium, quae ad vsum humanum pertinent, ferax . . . Mira ibi est locorum amoenitas, mira soli foecunditas, incredibilis aëris temperies;* vnde non immerito *Deliciae Rom.* dicta. Graeci Ritus perinde Claustra antiqua in gremio Comitatus huius repereris. Is ab occasu in ortum procurrens sedecim et vltra milliaria constituit; latitudine duo et semi stadia vix adaequans, diuiditur in tres Processus, a locis praecipuis denominatos: Vukouariensem, Illokiensem, ac Rumensem. Numerat Oppida 15. Pagos 85. praedia et

diuerticula 28. incolas 107,550. Status personalís Magistratus Prouinciae: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus V. Com. 1. Notarius Ord. 1. Vice-Notarius 1. Archiui Registrator 1. Generalis Cassarum Perceptor 1. Exactor Rationum 1. Assessores salarisati 2. Iudices Nobilium Ord. 3. Vice-Iudices Nob. 3. Iurassores Ord. 3. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Commissarii securitatis 3. Transenales 3. Viarum Commissarii 2. Mororum et Rei sericeae Curatores 2. Cancellistae 3. Casarmarum et Contractionum Curatores 6. queis accedunt: Geometra Ord. 1. Physici 2. Chyrurgi 6. Obstetrices 3. Locumtenens 1. Castellanus 1. — Supremi Comitis Officio fungitur: Excellentissimus ac Illustrissimus D. Comes EMERICVS IOSEPHVS AB ET IN ELTZ, Insignium Ord. S. Stephani Regis Apost. S. Huberti Regio-Bauarici, et Christi, nec non Conceptionis Regio-Lusitanicorum Magnae Crucis Eques, S. C. R. A. M. Camerarius, et Act. Intimus Status Consiliarius. Ingremiatur Prouincia Dioecesibus: Bosnensi seu Diakouár. ac Sirmiensi Canonice vnitis. — Abhinc, quum iam ante natum Christum contra *Pannoniae*, quam omnes hodie feliciter incolimus, barbaros Rom. vis, ab expugnata primum Siscia, hac prorsus in Prouincia (ad *Pannon. Inferiorem* serius relata) sese explicare occeperit; de Pannoniorum per Romanos *subiugatione*, isthic paucis proferre liceat. Octauianus Caesar, an.

ante Christum 34. subactis *Iapydibus*, Exercitum in Pannonios duxit: *Non laesus ab iis vnquam, non crimen vllum obiiciens, sed Militum exercendorum simul et alienis bonis alendorum causa; omne id iustum censens, quod armis potentior contra infirmiorem decerneret*, scribit Dio Cass. Hist. Lib. LIV. pag. 762. Expugnata igitur Siscia Vrbe, domitisque primum per se dein per Fusium Geminum Legatum suum Colapianis; mox omnes Pannonios pacis conditiones accipere coëgit. Sed seruitutis impatientes *Pannonii* iugum Romanorum diuersis vicibus excutere tentarunt, vtut magno plerumque damno suo; nam an. ante Christum 15. Noricis iuncti cum Istriam procurrissent, a *Publio Silio* huiusque Legatis caesi, *Noricos* in eandem seruitutem traxerunt. Vndecimo ante Chr. anno noui erant in Pannoniis motus, qui tamen fama aduentus *M. Agrippae* vtcunque compositi erant; ast, mortuo in itinere Agrippa, rursus ad arma conuolarunt praecipuae Pannoniorum gentes: has *Tiberius*, Caes. Augusti priuignus, opera vel maxime Scordiscorum vicinorum vsus perdomuit, armisque ademtis plerosque iuniorum ea lege, vt in alias regiones abducerentur, vendidit. Calamitatem Pannoniae augebant *Daci*: qui Istrum frigore concretum transgressi vicinos Pannoniae agros vastarunt praedasque abstulerunt, *Iulio Ant. Africano* et *Q. Fab. Maximo* Coss. idest an. ante Chr.

9: Rex

9. Rex nunc Dacorum non amplius *Boerebista* verum *Cotiso* fuerat, teste Floro Lib. IV. cap. 12. et Horatio III. 8. Ceterum, Dacos Caes. Augustus, misso cum copiis *Lentulo*, vltra Istrum repulit, et ad ripam praesidia constituit; referente Floro l. c. Pacata dehinc omnia in Pannoniis erant per annos fere quindecim, siue vsque an. Chr. 6. quo Augustus Tiberium Caesarem aduersus *Marobudum* Marcoman. Regem cum Exercitu, qui in Illyrico merebat, proficisci iussit; tunc enim Pannonii vtendum occasione rati, cum Dalmatis aliisque finitimis gentibus ad recuperandam pristinam libertatem conspirauere. Maturo itaque consilio et maximo numero arma corripiunt; duces nouae rebellionis duo *Batones*, alter Pannonius *Breucus*, Dalmata *Dysidiates* alter, hisque proximus dignitate et auctoritate *Pinetus*, lecti. Nec mora! pars petere Italiam decreuerat, iunctam sibi Nauporti ac Tergesti confinio; pars in Macedoniam eruperat; pars denique suis sedibus praesidium esse destinauerat: *Oppressi confestim Ciues Rom. trucidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus caesus, omnia et in omnibus locis igne ferroque vastata;* teste Velleio Paterc. Lib. II. cap. 118. Postremus is erat conatus; cui vt obuiam iret *Augustus*, illico delectum haberi praecepit, reuocat vndique veteranos, et pace cum Marobudo facta, Tiberium cum Exercitu in Illyricum reuerti

iubet. Interea *Breuci* (gens Pannonica) duce Batone ad Sirmium occupandum accedunt; sed aduolat *Caecina Seuerus* (propinquae Moesiae Praeses) et soluta obsidione Breucos vsque ad Drauum fl. consequitur, consertoque praelio caedit ac dissipat. Nondum tamen belli finis; quamuis eodem fere tempore in Dalmatia quoque *Valerius Messalinus* rem prospere gesserit: nam fugatus inde alter *Bato*, cum in Pannoniam venisset, animos viresque auxit Pannoniorum, ac sic duo simul Batones ad montem *Almum* (Frushka) haud longe Sirmio castra iunxere; Seuero Caecina interea in Moesiam, aduersus Dacos Sarmatasque eam infestantes, regresso. Indigne iam ferebat *Augustus*, bellum protrahi contra hostem, quem paruo temporis spatio debellari posse autumabat; quamobrem an. Chr. 8. nouis cum mandatis *Germanicum* Caes. ad Exercitum, cui Tiberius praeerat, dimittit: confluunt vndique copiae, reuocatur etiam ex Moesia Seuerus Caecina. Verum Batones obseruato tempore, quo is accederet, improuiso eundem castra ad *Volcaeas* paludes (circa Vinkovcium) ponentem adgrediuntur; fit strages! equestris *Thracum* acies, quam Romanis auxiliarem *Rhaemetalces* Rex adduxerat, disiicitur, fugantur alae, vertuntur Cohortes; iamque ad signa quoque Legionum trepidatum erat, iugulatis ab hoste nonnullis Tribunis, interemtis castrorum Praefecto Cohor-

tiumque Praefectis, nec incruentis Decurionibus: cum, ecce! quinque Legiones semetipsas adhortatae non modo hostem subito stitere, verum etiam acie perrupta incolumes ad Tiberium peruenere. Ita vero, postquam in vna Tiberii castra contractae iam essent 10. Legiones, 70. amplius Cohortes, 14. alae, et plura quam 10,000. veteranorum, ad hoc voluntariorum ingens numerus; haud multo post finis bello Pannonico impositus est, reliquiis in Dalmatia manentibus: quippe cum Pannonii ab Exercitu Rom. vndique conclusi fame premerentur, nullamque salutis viam reperirent, proiectis tandem apud *Bacuntium* fl. (Bossut) armis, vltro sese dedidere, ex Paterculo l. c. Subacta hunc in modum Pannonia, nunc demum in formam *Prouinciae Romanae* redigi coepit; ad hoc enim vsque tempus pleraeque Pannoniorum gentes (de quibus alibi paucis commentabimur) tametsi iam dudum in Romanorum potestate essent, iisdemque tributa pendere cogerentur; adhuc tamen suis viuere legibus, quin etiam Regulos suos habere, permittebantur: idque ex pacis conditionibus, quas an. abhinc 44. cum ad *Sisciam* vincerentur, ab Octauiano Caes. accepere. At, postquam fidem datam hoc obtentu, quod a Praefectis et tributorum exactoribus nimium vexarentur, saepius violassent; visum est Caesari et eam, quam hactenus reliquerat, libertatis vmbram adi-

mere: itaque ab an. Christi 8. quo *Bato* Breucorum in Pannonia Inferiore nec non Amantinorum ac Sirmiensium Regulus periit, in omni Pannonia sublatum est ius eligendi *Principem* suae gentis; iamque, vt in alias Imperii Romani prouincias, ita in Pannoniam non Quaestores modo (qui vectigalia procurarent) verum et *Praetores*, qui ius dicerent, a Senatu Rom. mitti coepere. Sed etiam profuit Pannoniae, ex formula Prouinciae Rom. regi; breui enim aliam induit faciem: quippe, Danubius Imperii limes constitutus, ripa frequentibus Castellis aduersus barbarorum incursus munita, deserta impopulari coepta, coloniae deductae, Municipia erecta, Vrbes partim conditae partim reparatae, agri exculti, incolae a feritate et barbarie ad humanitatem vitamque ciuilem (consuetudine vsuque legum Rom.) sensim traducti; curatum denique, vt per vniuersam Pannoniam viae publicae ac militares ducerentur munirenturque, quod id ad res non vnius tantum Prouinciae verum totius Imperii Rom. rectius celeriusue bello ac pace administrandas plurimum expediret. Augustus Tiberio, rem apud Pannonios bene gerenti, *triumphum* an. V. C. 742. decreuerat; quem tamen is an. V. C. 765. primum egit. Singulare victoriae huius monimentum exhibetur in *Achate* Caesareo, intra cimelia Vindobonae adseruato, et a doctissimo Lambecio Lib. II. Bibl. Vindob. pag. 1000. producto; de

quo plures, ac praesertim immortalis Eckhelius, egere. In eo *Tiberius* cap. laureatus, picta et praetexta toga amictus, e curru triumphali (victoria habenas moderante) descendit, Augusto specie diuinitatis in solio, pone Liuia in subsellio, sedentibus, adstante Germanico cum paludamento ex ornamentis triumphalibus, victoriae de Pannoniis Dalmatisque nuncio; a tergo horum loco submissiore, adsidet Agripina Germanici vxor, cum infante: in segmento inferiore milites Rom. e spoliis hostium erigunt trophaeum, cuius clypeus scorpio insignitus est. Comparent ibi duo Gentis deuictae duces captiui cum vxoribus, more patrio *braccis* induti seminudi: quorum alter genuflexus, et supplicis instar manus protendens, sit *Bato*; alter sub trophaeo sedens, vinctis a tergo manibus, et toruo vultu respiciens *Pinnes*, Batonis proditione captus. Aliud victoriae de Pannon. monimentum est *Arcus triumphalis* apud Carnuntum erectus; de quo Dio Cass. Lib. 66. cap. 17. haec: *Victoriae nuncium attulit Germanicus, quapropter Augusto et Tiberio nomen imperatorium auctum, et triumphus decretus; atque inter alios honores, arcus duo triumphales in Pannonia concessi.* Rudera vnius prostant apud Petronillam, in hodierna Austria Inferiore infra Viennam, quae aeri incisa dedit praememoratus Lambecius l. c. alterius vero vestigia in Pann. nemo quaesierit. Nostra opinione,

alter arcus triumphalis fuerit in Liburnis Dalmatiae, ad ripam Titii amnis dextram, agro antiquae Vrbis *Burni* (quae Straboni Liburna, hodie vicus *Shuplja Cèrkva*) cuius reliquias dedit Albertus Fortis Vol I. pag. 119. in sua peregrinatione Dalmatica. Atque idem arcus nulli melius, quam huic, de qua agimus, aetati conuenit, ex ipsa belli et victoriae ratione: vna quippe de Dalmatis et Pannoniis triumphatum est, biennio postquam vtrique domiti fuere. Sane Dio, qui idgenus monimenta diligenter notare consueuit, non erat tam excellens opus silentio pressurus, si praeter duos Pannonicos tertius in Dalmatia exstitisset; proinde, aut festinationi, aut in tam vasto opere memoriae lapsui, aut librariorum oscitantiae adscribas, cum *duos in Pannon. arcus* ponunt, pro eo: quod alterum in Liburnis (nisi hos Pannoniorum vocabulo complecti voluerit auctor) alterum in Pannonia ponere debuissent. Duplex hoc monimentum, *Achatem* scilicet et *Arcum triumphalem*, ceu victae gentis insignia, heic memorare opere pretium esse putabamus; iam nunc ad ipsam Vrbem *Sirmium*, totius Prouinciae vetustatem, dignitatem, ac celebritatem illustrantem, tamquam Pannoniae *Metropolim* paucis digressuri. — *Sirmium*, a vet. Triballorum Rege *Sirmo* (Alexandro M. coaevo) conditum, referunt Lazi. Bonfin. et Szerdahely. Corogr. Hung. Part. I. cuius meminere Strab. de sit.

orb. Lib. 6. Herodian. Lib. 6. Ammian. Lib. 16. Plin. Sen. Lib. 3. Fl. Vopisc. in vit. Prob. Imp. Ante Com. Marsilium Vrbis positio fuit ignota; quam Ptolem. in latitudine errauit, et alii ad Bacuntium quaerebant, ab Sirmio XVIII. M. P. remotum: ex quo Szören. l. c. Vrbem intra *Cernam* et *Vinkovce* quaeritantem, extra oleas vagatum arbitrere. Salagius, vti Cibalis in hodierno *Vinkovcio*, sic et Sirmii in hodierno *Mitrovic* situm, egregie monstrauit ex Plin. l. c. Zosim. Lib. 2. cap. 18. ac Marsil. Oper. Danub. comitante Vrbis epigraphe: *Dec. Col. Sirmiens.* quam tamen Lib. III. de antiqu. Episc. Pannon. pag. 23. contra omnes veteres Epigraphiae regulas legit: *Deciana Colonia Sirmiensis*, ex qua, ante Decium Imp. *Coloniae* iura Sirmium non habuisse, erronee putat; siquidem vniuersis Antiquariis ita certum sit, isthoc *Dec. Col.* legi debere *Decurio Coloniae*, sicut certum est S. P. Q. R. *Senatum Populumque Romanum* significare: ni secus, quotquot in orbe Romano coloniae fuerant, omnes fere *Decianas* adstruere necessitemur; cum nulla forte fuerit, cuius monimentis interdum *Dec. Col.* inscriptum non occurreret. Sed ad rem. Pannonia, ait Cuspinian. apud Chorogr. Hung. pag. 16. olim produxit Caesares et Augustos potentissimos, qui totum pene orbem terrarum rexerint; horum plerique natales suos Sirmii habuere: *Aurelianus* et

Probus, ex Fl. Vopisc. in vita Caes. item *Maximianus Hercul.* Ex Aurel. Victor. n. 40. seq. Augustos plures praeterimus, qui isthic longiori tempore morabantur; test. Hist. et non paucis legibus Sirmii conditis, ac in Cod. Theodosii atque Iustiniani illatis. Cons. Iul. Capitolin. n. 13. et Topogr. Cod. Theod. Tom. VI. Porro, Chorogr. Hung. l. c. *Isthic Familias exstitisse numero plurimas, genere illustrissimas, quae dein in omnem late Hungariam, Illyr. Bulg. Dalm. dispersae propagataeque, nostris quoque floreant aut floruerint Seculis, quis possit ambigere?* ait; sed monimenta non prodit; quod ille praetermisit, nos breuiter supplemus. Sirmii a Constantino M. collocata est sedes *Praefecti Praet. Illyr.* quod officium ingentem Reipublicae Ministrorum turbam secum traxit; Iustin. Nouell. 11. Sirmii Iulianus currule certamen edidit, et *Augustus* est proclamatus: ex quo florem nobilit. Illyr. Rom. hic resedisse, censeas; Sirmii Valentinianus et Valens Imperium diuiserunt, ac Officiales *Palatinos* legerunt; Ammian. Marcell. Lib. 26. Sirmii Gratianus an. Chr. 379. Theodosium Imp. *Collegam* dixit; Zosim. Lib. 4. Sirmii residebat Praef. Milit. Calcarien. item Praef. Class. I. Fl. Aug. et Trib. Legion. III. Alpin. Dardan. ex. Notit. Imp. Sirmii denique erant Palatia (quorum praecip. *Imperiale*) Curiae, Fora, celsae Turres, ac Theatra; vid.

Ammian. Marcell. Lib. 17. seq. At, nunc de his omnibus cum arguto vate proloqui libeat: *Iam seges est, vbi Troia fuit; seges est, et culmus flauentis aristae.* Regio quippe, de qua infra proloquemur, Sec. 4. ab Hunnis (Vrbe an. 441. ab iisdem euersa) Sec. 5. a Gepidis, Sec. 6. a Longobardis, Sec. 7. ab Auaribus, Sec. 8. a Francis, Sec. 9. ab *Hungaris* occupata, Sec. 10. subinde a Graecis Chrobatisque tentata, sed Sec. 11. iuri Hung. iterum reuindicata; tum Sec 14. ab infinita locustarum multitudine depasta; denique Sec. 16. a Turcis populata, posteaquam 161. annis sub immani iugo gemuisset: etsi victricibus Aug. Leopoldi I. armis Sec. 17. in libertatem asserta, ac sub Aug. Regibus Hungariae duobus pene Seculis vltimis multum interea exculta; pristinum tamen splendorem necdum recuperauit.

d) Chorogr. Hung. pag. 25. vbi Vgrinus Dux Sirm. simul Iudex Curiae an. 1359. sub Ludouico I. fuisse legitur; Conuentus iam an. 1353. et 1361. Capitulis Minor. decoratus. Illius meminit Wading. ad an. 1400. sub Custodia Sirmien. quam ille corrupte *Griminensem* nuncupat. — Alii insuper in illa peripheria veteres Ordinis huius Conuentus memorantur: — I. *Malatae* seu in hodierno Banmonostor (iuxta Danubium, Petrouaradinum inter et Illokinum) cuius memoriam facit Franc. Gonzaga, consentientibus M. SS. Prou. Hung. et Appendice

Synodi Pazmanianae; vbi locus Crucigerorum fuisse dicitur, quem dehinc Fratres Minores inhabitarunt an. 1301. cuius etiam meminit Wadingus in Annal. ad an. 1400. insertum Custodiae Sirmien. Conuentus tempore cladis Mohacsianae desolatus exstitit, quum in Sirmio suum maxime in Christianos virus exercuerit barbarus; atque ideo in Tabula Capituli Albensis an. 1531. et Varadiensis an. 1533. nulla amplius huius Conuentus prostat memoria.—II. Conuentus *S. Demetrii*, in hodierno Mitrovic Sirm. (olim Abbatia Ord. S. Benedicti, a Radone Palatino fundata; vti innuit Appendix Synod. Pazman.) iam ante initium Sec. 15. exinde erectus, et a Wadingo an. 1400. ad custodiam Sirm. relatus. Hunc demum Turcae (vti domestici adnotarunt Scriptores, apud Bonfin. Lib. X. decad. 3.) an. 1462. funditus demoliti sunt cum Sirmio fere toto, quando Mathia Coruino in Hung. regnante Halibegus Mysiae Praefectus populosum antea S. Demetrii Oppidum diripuit et incendit; exinceps vestigium Conuentus amplius nullum visitur, vtpote in Residentiam Fratrum Obsu. Prou. huius vna cum Parochia vsque ad an. 1755. conuersus. — III. Conuentus de *Aracha* (incolis hodie Racsa, olim ad Dioecesim Csanad. pertinente) fundatus ab Elisabetha Regina consorte Caroli I. Regis Hung. matre Ludouici I. Regis; testibus Petro de Terebesd, Kamancio, ac M. SS. Prou. Hung. Ap-

pendix autem Synod. Pazman. expresse: „Conuentus de Aracha, vt structura demonstrat, Abbatia fuit per Reginam Elisabeth tempore viduitatis suae an. 1370. restaurata, vt Literae Gregorii IX. testantur, an. 1378. editae.“ Etiam Wadingus ad an. 1378. n. 13. ita consignauit: *Gregorius Pontifex antequam hoc anno vitám absolueret . . . in Aracha Chanadien. Dioecesis, ad preces dictae Reginae Elisabethae Fratribus Minoribus concessit Ecclesiam S. Nicolai cum adiuncto Monasterio ab eadem constructo.* Nihil amplius de hoc Conuentu eruderare potuimus, quam eiusdem memoriam in Testamento Elisabethae fundatricis (apud Moniales S. Clarae Posonii olim adseruato) in quo, post reliquos Articulos, legitur: „Item ad opus Claustri de Aracha, si vita comite nobis perfici non poterit, quingentos florenos auri, vnam Casulam de athlas flauo cum suis pertinentiis perlis ornatam, duas Cruces argenteas in superiore nostra Capella habitas etc.“ Vltima demum huius Conuentus memoria exstat in actis Capituli Varadien. an. 1533. vbi Guardianus Conuentus de Aracha P. Ioannes de Nesth institutus legitur; erat autem Conuentus Custodiae Bacsiensi insertus: desolatus tandem post tempora cladis Mohacsianae, iamque locus olim celebris inter rudera consepultus manet.

e) Vi Lit. Apost. apud Greiderer. Chron. Francisc. Tom. I. Lib. 2. n. 252.

f) Vid. Chron. Prou. an. 1766. pag. 266. §. 3. seq.

g) Sub administ. temporal. Nicolai Verci-

IV.

Conuentus M. Enzersdorfensis; S. Magdal. poenit. *a*)

In Archi-Dioecesi Viennensi, b) Austria Inferiore: c) Anno 1455. *ab Vlrico Comite Cilly fundatus (in quo corpus cum ampulla sanguinis S. Felicis M. asseruatur) ab excurrentibus Tur-*

Lingua Ger-

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Bernardinus Steiner, Germ. Boh.	22. Ian. 1795.	23. Aug. 1813.	4. Oct. 1816.
R. P. Franc. Sol. Winkler, Germ. Tyrol.	18. Maii. 1758.	24. Iul. 1779.	24. Iul. 1780.

BRADICH, Oppidi Illok. Incolae et eiusdem Conuentus Syndici Apost.

h) Cons. isthic pag. 52. lit. g.

i) Cons. pag. 70. lit. h.

k) Cons. pag. 79. lit. i.

---

cis bis an. videlicet 1529. *et* 1683. *igne consumtus, sed toties Munificentia Caesareo-Regia restitutus, d*) *tum sub* 19. *Iun.* 1783. *cum sedecim Sacerdotibus et duobus Laicis benigne confirmatus, ac recentius sub* $\frac{9}{18}$. *Mart.* 1825. *N.* 12338. *huic Prouinciae clementer incorporatus, nec non dd.* $\frac{7}{15}$. *Oct.* 1825. *N.* 49133. *stabilitus; Parochiam Loci administrat. e*)

manica *f*)

Annus. / Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
8. Sept. 1819.	Germ.	Guard. Secret. Prou. Emer. et Administr. Paroch.
27. Mart. 1785.	Germ.	Adgrêg. Prou. Discr. Exhort. Laicor. et Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Emericus Ljubisich, Illyr. Hung.	15. Dec. 1784.	31. Iul. 1801.	14. Ian. 1806.
M. V. P. Athanasius Schuster, Germ. Austr.	1. Sept. 1799.	7. Nou. 1823.	11. Dec. 1825.
M. V. P. Rainerius Niemecz, Morau. Circ. Olom.	28. Aug. 1790.	4. Nou. 1819.	6. Nou. 1820.
M. V. P. Antonius Schauer, Germ. Hung.	20. Aug. 1802.	21. Oct. 1821.	21. Oct. 1824.
V. P. Emericus Ringh, Germ. Hung.	6. Oct. 1802.	10. Nou. 1826.	17. Mart. 1828.
Fr. Cassianus Habertha, Germ. Boh.	24. Dec. 1752.	25. Aug. 1777.	8. Sept. 1778.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
27. Dec. 1807.	Germ. Illyr. Hung.	Adgreg. Prou. Discr. Biblioth. Expos. Cas. et Protocoll.
8. Ian. 1826.	Germ. Hung.	Vicar. Distr. Conc. Germ. Dom. Coop. Paroch. Catech. Super. Sac. Com. Mag. et Spirit. cum facult.
26. Dec. 1820.	Morau. Germ.	Conc. Germ. Festiu. et Coop. Paroch.
8. Ian. 1826.	Germ. Hung. Illyr.	Concion. Germ. Ann. et Coop. Paroch.
14. Sept. 1828.	Germ. Hung. Croat. Illyr. Ital.	Coadi. Conuent.
,,	Germ.	Laic. Iubil. Hortulan.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Valer. Grünervald', Germ. Boh.	18. Dec. 1748.	8. Sept. 1777.	8. Sept. 1878.
Fr. Hippolytus Meixner, Germ. Austr.	4. Oct. 1796.	1. Sept. 1819.	13. Oct. 1820.
Fr. Pacificus Elszner, Germ. Austr.	23. Aug. 1802.	16. Aug. 1821.	23. Aug. 1824.
Fr. Dominic. Heidinger, Germ. Austr.	9. Nou. 1758.	5. Aug. 1780.	"

a) *M. Enzersdorf*, ad pedem collis peramoeni cui antiqua Castri *Lichtenstein* (iam sub dimidium Sec. 12. gloriose memorati) rudera insident, situatum vineisque circumseptum, dom. 101. et incol. 887. numerans; distat - *Vienna*: occas. inter et merid. VII$\frac{1}{2}$ M. P. seu posta $\frac{3}{4}$ = 1$\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Buda*: CXC. M. P. seu post. 19 = 38. milliar. geogr. — *Essekino*: CCCLXXX. M. P. seu post. 38 = 76. milliar. geogr. — Locus a

A n-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
„	Germ.	Laic. Iubil. Organista et Ianit.
„	Germ.	Laic. Coqu. et Proc. Conu.
„	Germ.	Laic. Sart. et Comm. VMag.
„	Germ.	Tertiarius, Sacrist.

compluribus, aestiuo praesertim tempore, Vrbe excedentibus gratiosam ibidem B. V. M. Iconem, sub titulo: *Salus infirmorum*, pie colendi diuinisque assistendi, occasionem offert. Quam Archiduciss. Elisabetha Caroli VI. Soror, item Dux Holsat. cum Duciss. Princ. Schwarzenberg et Consorte, tum Card. Kolonich, ac M. Theresia Imp. an. 1742. pie inuisisse; referuntur apud Greiderer, Chron. Francisc. T. I. Lib. 3. n. 145. Inibi an.

10

1529. ab excurrentibus Turcis tres Patres, coram Ara maiori genuflexi, enecti fuere; quos an. 1532. Loci Praesidens, ab iisdem Turcis crudeliter flammis iniectus, ad aeternitatem secutus est.

b) Cons. isthic pag. 104. lit. b.

c) Cons. isthic pag. 106. lit. c. — In vicinia huius Conuentus supra castrum Lichtenstein, celebrantur iam a Sec. 10. loca: Mödling, ac Brühl; de quibus Ciegler. et Wasquez. Descript. Vrb. Vienn. an. 1827. audire libeat. „Leopold, aus dem Hause Babenberg, war der Erste seines Stammes, der im Jahre 984. von Kaiser Otto II. als Markgraf über Oesterreich eingesetzt wurde, und dessen Würde auch in seiner Familie erblich verblieb. Mit den Babenbergern waren nun gleichfalls wieder mehrere Edle und Ansiedler aus Franken und Bayern nach Oesterreich gezogen, durch welche in den verödeten Gegenden, und so auch Fabiana oder Wien, aus dessen Ruinen, wieder mehrere Gebäude entstunden. Da bisher die Markgrafen seit Leopold I. ihren gewöhnlichen Wohnsitz theils auf dem Mölkerberge, theils in Herzogenburg, und theils in der alten Steinburg Medelich (Mödling) hatten (in welch letzterer sich damahls ein bedeutender Thiergarten befand, der heut zu Tage die Brühl heißt, und als eine der beliebtesten Erhohlungs-Oerter der Einwohner von Wien bekannt ist); — so baute sich Markgraf Leopold IV. auf der vordersten Spitze des Kahlenberges eine neue prächtige

Burg, und bestimmte sie zur künftigen Residenz. Um das Jahr 1106. erbaute auch Leopold nahe an Wien ein Jagdhaus, welches auf dem Platze, wo sich jetzt das fürstliche Esterhasysche Haus in der Wallnerstraße befindet, gestanden seyn soll. Dieses Jagdhaus lag außerhalb dem damaligen Bezierke Wiens, und war von Gesträuchen und Waldungen umgeben. Die Jäger mit den nahe wohnenden Landleuten vereint, hauten die dichten Wälder nach und nach immer mehr aus, und bauten sich daselbst auch Häuser und Hütten. Zum Andenken an die ehemalige Wildniß blieb ein Baumstamm stehen, welcher in der Folge mit Eisen beschlagen, und heut zu Tage der Stock im Eisen genannt wird. „Sed de his, ad rem nostram propius; recenter D. Hebenstreit in Recens. Vienn. an. 1829. pag. 230. egregie disseruit, ita:“ Mödling — sehr reizende Schweizergegend, von Wien in 1½ Stunde im Fahren zu erreichen. Gleich in der Nähe der Residenz am Wienerberge: ein Denkmahl von Stein die Spinnerinn am Kreuze genannt, mit dem Bildniß der Heil. Crispinus und Crispinianus; hier der beste Standpunkt zur Uibersicht Wien's und ihrer Umgebungen. Keine Hauptstadt hat eine ähnliche aufzuweisen. Die Hauptstraße führt über Ingersdorf. Bey Mödling, dicht an der Straße ein Leichenhof; in dessen Kapelle; ein herrliches Gemälde von Schäffer, eines leider schon im 26. Jahr verstorbenen ausgezeichneten Künstlers. In Mödling: das

Schauspielhaus; die Pfarrkirche, und ihre unterirdischen Gewölbe; ein sehr alter Grabstein, aber nicht der Heinrich Jasomirgotts oder dessen Sohns; der Dachstuhl, ein Meisterwerk der Zimmerey; die Aegypdien- oder Spitalkirche, das älteste Denkmahl der Baukunst in Mödling; das Badhaus, und der Gasthof zum Hirschen. Von Mödling, durch den alten Thorbogen (ein Uiberbleibsel des Klausenthors) betritt man eine höchst romantische Gegend, und das Dorf Klausen. Anlagen des Fürsten Liechtenstein, auf dem Felsenberge rechts und links; im Vordergrunde die Ruinen der Burg Mödling; die vordere Briehl, das runde Thal; das fürstliche Lustgebäude; die Meyerey; der Tempel des Ruhms, unbegrenzte Aussicht daselbst; das Kienthal, mit dem romantischen Eschenbrunnen; die hintere Briehl, und Hilperich's Mühle. Von der Mühle geht ein trefflicher Fahrweg nach dem alten Schloße Liechtenstein. Schöne Uiberreste ehemaliger Ritter-Herrlichkeiten. Der Rittersaal (Prunksaal) mit den alten Familien-Gemählden, die alte Kapelle, das Verließ u. s. w. Das neue Schloß; der Park; der Perlhof; das Dorf Gießhübel, aufwärts, in der Nähe. In den fürstlichen Anlagen: das Amphitheater und, wieder nach Mödling zurück, der rothe Thurm auf einem Felsenrücken, beym Eingang in die Klause." Perinde M. Enzersdorfio aduicinatum Caes. Reg. *Fontembellaqueum;* pari diligentia complexus est, sequentibus: „Schönbrunn — das k. k. Lustschloß

Der Besichtigung wegen wendet man sich an den Schloß-Inspector. In den 3. ersten Zimmern 15. Gemählde von Joseph Rosa; in einem Nebensaale: 5. von Martin von Meytens, sämmtliche Figuren Porträts. Das Deckengemählde im Hauptsaale von Gregor Giuglielmi; das runde, das blaue Cabinet, und das Toiletten-Zimmer der Kaiserinn Maria Theresia. Im Seitengebäude: Die Hofcapelle, darin: der Hochaltar mit einem schönen Gemählde von Paul Troger, die kleineren Figuren und die Dreyfaltigkeit über demselben von Donner, das Deckengemälde von Daniel Gran. Der Schauspielsaal. Der Garten. Die Bildsäulen, aus Tyroler Marmor, von Joseph. Wilh. Beyer, der auch die Modelle zur Gruppe in dem großen Bassin lieferte; der Obelisk; die Ruine; der schöne Brunnen; die Bildsäule Egeria's ist Beyer's Meisterwerk: die Gloriette, von der Höhe derselben eine bezaubernde Aussicht; den Plan dazu, wie zum Obelisk, und zu der Ruine entwarf Hohenberg. Die Menagerie neben dem Garten. Der botanische Garten. Zweckmäßige Gewächshäuser; schöne, seltene und große Exemplare, besonders von Palmen, die ein eigenes Haus haben; ausgezeichnet sind: Zamia horrida, und longifolia, Chamaerops arborea, Corypha vmbraculifera u. s. w. Zum zweyten Mahle in ganz Europa blühte hier 1827. Littaca geminiflora, früher Bonapartea iuncea genannt. Freyherr von Jacquin erkannte sie richtiger als Dracaena gemiflora.

Ferner sehr schöne und seltene Pflanzen aus Brasilien; ein Haus mit Schmarozzer-Pflanzen, vielleicht der erste Versuch dieser Art. Die Köstliche Idee dazu gab der verdienstvolle Hofgärtner Schott; alle schöne und seltene Farrenkräuter bedeckten unten herum künstlich geordnete Felsstücke und Baumstämme. Die Sammlung der Neuholländer-Pflanzen vermehrt sich täglich. Der große Obstgarten liegt östlich, das Hauptgebäude der Orangerie ist 600. Fuß lang, vor derselben sind gegenwärtig geräumige Rasen-Plätze angelegt. In der Nähe wohnt der Kammermahler Knapp. Jeder Fremde bemühe sich, das bey ihm befindliche Blumengemählde, zum Andenken des verstorbenen Freyherrn von Jacquin (Vater des noch lebenden k. k. Professors der Botanik) in Augenschein zu nehmen. Der Künstler ist gefällig, und außerdem im Besitze herrlicher Vorarbeiten zu einer Flora alpina. In der Nachbarschaft Schönbrunns liegt Hetzendorf. Im Schlosse daselbst: das chinesische Cabinet; das köstliche und kostbare Plafondgemälde des großen Saales von Daniel Gran, der täglich 100. Ducaten von Joseph. II. erhielt, und das Plafondgemählde der Hofcapelle von Wildon. Der Garten im französischen Styl; und der bereits erwähnte interessante Garten des Freyherrn von Pronay. Uiber das sogenannte Gatterhölzel gelangt man nach Meidling. Das Theresienbad im Schloßgebäude und das kleine Schauspielhaus daselbst, das Pfannische Mineralbad und die Trinkcuranstalt, mit niedlichen Anlagen, sind bemerkenswerth."

d) Vid. Chron. Prou. an. 1743. pag. 228. n. 90. *seq.*

e) Sub administr. temporal. D. IOANNIS STVRM, Proprietarii Thermopolii in Herrnals, ac Conuentus Syndici Apost. tum eiusdem Substituti GREGORII MOSER, illius Loci Inhabit. et hoc temp. Iudicis.

f) Cons. isthic pag. 79. lit. i. et pag. 109. lit. f.

V.

Conuentus Santipolitanus; SS. Trinitatis. *a*)

In Dioecesi Hippolytana, b) *Austria Inferiore: c*) *Anno* 1478. *opera Patrum erectus, d*) *ab hostium incursionibus pluries, praesertim an.* 1643. *vastatus, tum curis Reuerendissimi D. Cornelii Abb. Campililien. et D. Carolinae Polix. Comit. de Kisl restauratus, e*) *ac sub* 31. *Maii* 1784. *N.* 4081. *cum PP. Carmelitarum Conuentu* (*an.* 1757. *erecto*) *permutatus, tum dd.* 12. *Iun.* 1784. *cum octodecim Sacerdotibus et tribus Laicis benigne confirmatus; recentius vero sub* $\frac{9}{13}$. *Mart.* 1825. *N.* 12338. *huic Prouinciae clementer incorporatus, ac dd.* $\frac{7}{15}$. *Oct.* 1825. *N.* 49133. *stabilitus: adnexam Parochiam administrat. f*)

Lingua Ger-

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Maximil. Edinger, Germ. Slauon.	18. Maii. 1802.	9. Oct. 1820.	18. Oct. 1823.
R. P. Gerardus, Peschka, Germ. Austr.	19. Iun. 1748.	14. Iul. 1769.	14. Iul. 1770.
M. V. P. Godefrid. Deutinger, Germ. Austr.	13. Ian. 1791.	18. Nou. 1813.	18. Nou. 1814.
M. V. P. Iosephus Palman, Boh. Circ. Chrud.	31. Aug. 1791.	7. Iun. 1815.	7. Iun. 1816.
M. V. P. Callistus Schmutzer, Germ. Hung.	13. Maii. 1804.	20. Aug. 1822.	8. Sept. 1825.
M. V. P. Honorius Czventsik, Hung. C. Pil.	27. Iul. 1802.	1. Nou. 1823.	27. Iul. 1826.

manica. *g*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
6. Iun. 1825.	Germ. Illyr.	Guard. Adminstr. Paroch. et Biblioth.
18. Iun. 1772.	Germ.	Sac. Iubil. Confessar. Domicell. Monial. Anglic. Discr. et Spirit. cum facult.
23. Oct. 1816.	Germ.	Vicar. Discr. Conc. Germ. Fest. Coop. Paroch. Sup. Sacr. Exh. Laicor. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
15. Oct. 1818.	Boh. Germ. Illyr.	Conc. Germ. Ann. Coop. Paroch. et Catech.
15. Aug. 1827.	Germ. Slau. Illyr.	Conc. Germ. Dom. Coop. Paroch. Catech. Expos. Casuum, et Protocoll.
3. Iun. 1827.	Hung. Germ.	Conc. Germ. Ann. Coop. Par. et Coadi. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Innocentius Masarey, Germ. Austr.	9. Ian. 1805.	25. Nou. 1823.	7. Maii. 1827.
Fr. Titus Durchschmidt, Germ. Boh.	9. Nou. 1754.	4. Oct. 1776.	4. Oct. 1777.
Fr. Gotthard. Wimmer, Germ. Austr.	27. Febr. 1784.	11. Sept. 1804.	29. Sept. 1806.
Fr. Salv. Wurzenberger, Germ. Austr.	7. Iun. 1783.	19. Mart. 1812.	19. Mart. 1813.
Fr. Theob. Reinvarth, Germ. Boh.	9. Oct. 1791.	5. Febr. 1821.	13. Dec. 1823.

a) *Hippolytum*, vulgo *St. Pölten*, pone Traysmam fl. in Danubium decurrentem, dom. 337. et incol. 4467. numerans; distat — *Vienna:* ad orient. XLII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis $4\frac{1}{4} = 8\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Buda:* CCXXV. M. P. seu post.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
28. Sept. 1828.	Germ.	Conc. Germ. Ann. Coop. Paroch. et Catech.
„	Germ.	Laic. Iubil. Sart.
„	Germ. Illyr.	Laic. Coqu. Hortul. et Procur. Conuent.
„	Germ.	Laic. Sart. et ad seruit. Conu.
„	Germ.	Laic. Sacr. Ianit. et Comm. VMagist.

$22\frac{1}{2}$ = 45. milliar. geogr. — *Essekino:* CCCCXV. M. P. seu post. $41\frac{1}{2}$ = 83. milliar. geogr. Archiuarii celeberrimi Prou. Austriae in Chron. an. 1743. pag. 155. opinantur: Ciuitatem heic iam ante Romanorum aduentum, sub nomine *Traysma*,

exstitisse; id, quod perinde Frast Hist. Topogr. Dioec. Santipol. Tom. II. pag. 4. coniecturaliter, ex Hanthaler Recens. Diplom. refert. Sed, quum obscuris ante Romanorum innibi dominationem rebus (pace nostra, fuerit tunc Ciuitas ita dicta) nobis vacare haud liceat; de *nomine*, quod sub Romanorum potestate gerebat, ac variantium eatenus Scriptorum compositione, potius sollicitabimur. Percelebres viri Schaukegel et Schoenuisner, in Comment. Geogr. Part. I. pag. 140. Hippolytum Rom. *Cetio;* Danuille e contra et Katancius, in Orb. antiqu. Part. I. cap. 7. Rom. *Trigisamo*, respondere contendunt: illi auctoritate Itinerarii Antonini Aug. (vulgo *Hodoeporicon* dicti) hi vero duce Tabula Theodosii M. alias *Peutingeriana;* vnde doctissimus Hormayr Hist. Vienn. cum Frast l. c. vtramque opinionem in dubium vocat. Nos, e quibusdam indubie praemittendis, ac vtriusque monimenti mensura; vtrosque conciliare, pro modulo conabimur. Constat ex Vegetio, Lib. III. de re milit. cap. 6. duplex genus *Itinerariorum* Romanis in vsu fuisse; quorum alia *picta*, alia *adnotata* vocabantur. Itinerariorum *pictorum* praecipuum erat munus: montes, fluuios, diuerticula, et regionum compendia breuibus delineata tabellis exhibere; in *adnotatis* vero viae militares, et secundum has Ciuitatum, mansionum, ac mutationum interualla, per *mil-*

lia passuum diligenter signata, ponebantur. Ad posterius genus Itinerarium Antonini, ad prius vero Tabulam Peutingerianam, pertinere; Wesselingius, et plerique eruditi confitentur. Quod cum ita sit, mirari subit, cur viri doctissimi tam pertinaciter loca quaedam, toto vt aiunt coelo discrepantia, Antoniniani Itinerarii (de quo Wesseling. in Præfat. insigniter prolocutus est) isthic quoque, corrigere ac reformare adnitantur ex memorata Tabula? *In qua*, fatente ipso Katancio l. c. in Prolog. §. 6. *non pauca, seu culpa seu ignorantia scribarum, male habita deprehendas.* Sic, Itinerarium Vindobona *Comagenas* praeponit Cetio; Tabula autem, immediate ante Vindobonam, *Cetium* ad VI. M. P. locat. Ex quo Cluuerius, Lambecius, Wesselingius, passimque alii, contendunt; perturbatum ibidem esse itineris ordinem, atque Cetium praeponi Comagenis oportere: *Suadet hoc* (ait Wesseling. in Not. pag. 234.) *Tabula Peutingeriana, suadet ipse locorum situs; vt bene monuit Lambecius.* At, opinione nostra, nihil immutandum censemus; omnes enim MSS. Codices in istum conspirant ordinem, in quo Comagena prius quam Cetium ponitur: Tabulam, in qua *Cetium* praecedit, non moramur. Nam (vt supra ex Vegetio monuimus) in hac non tam itinera, quam praecipui quidam locorum situs ruditer describuntur, ac distantiae

non semper secundum vias publicas, verum ductu rectissimo, fere vt in hodiernis Chartis Geographicis, adnotantur. Itaque in Tabula *Citium* indicat montem Cetium Vindobonae vicinum; in Antonini autem Itinerario *Cetium* est Municipium vltra montem cognominem, et vltra castra Comagena positum. Certe XX. M. P. *Comagenis* addita, valent hodierna milliar. geogr. $4\frac{1}{4}$ circiter; cui interuallo a Vindobona supputato respondet quam proxime *Tulna*, Austriae Inf. peruetustum Oppidum: si videlicet mensurae ducantur per viam Cetiensem (vulgo *Zeiselstrasse*) antiquam illam, sed quae hodie quoque non deseritur, vtut alia iam adsit strata eaque commodior. Per illam viam D. Iordan, in Apparat. Geogr. Sect. XXI. n. 351. seq. numerat Vienna vsque ad Oppidum *Zeiselmurum* 12183. hexapedas; hinc vero vsque ad Ciuitatis Tulnensis medium 5066. adeoque in summa 17249. hexaped. Vienn. = XXII. M. P. vnde consequitur: supradicta XX. M. P. non quidem pertingere ad *medium* Tulnae, prope tamen, ad *primas* eiusdem Ciuitatis aedes, accedere. Abhinc via vsque ad *Santipolitum* lecta, respondet longitudini itineris, in Antonini Itinerario inter Comagena et Cetium XXIIII. M. P. = $4\frac{3}{4}$ milliar. geogr. definitae; consentientibus omnibus MSS. Codicibus apud Wesseling. l. c. pag. 235. et D. Iordan l. c. n.

455. nempe vniuersim Vindobona vsque Cetium (Vienna ad St. *Hippolytum*) XLII½ M. P. seu post 4¼ = 8½ mill. geogr. prout initio cum Geographis statuimus. Quam mensuram, vsque Trigisamum a Danuillio in St. Pölten locatum, vel ex ipsa Tabula (iuxta numeros Katancii l. c. pag. 282. *seq.*) elicere liceat: nempe Vindobona *Citium* VIII. M. P. *Comagena* VIII. *Pirotortum* VIII. Tragisa XVI. = XL. M. P. post 4 = 8. milliar. geogr. Redundantes vero in priori mensura II½ M. P. causae praecedenti, ad *Tulnam* adductae, adscribas; Itinerarium quippe (mutationes duntaxat respiciens) vsque ad Municipii *medium*, Tabula autem (fluuios etiam depingens) vsque ad *Tragisam* fl. praeterlabentem progreditur, teste lapide Santipoli reperto, et a Duellio tam viso quam in Append. Excerpt. producto: *D. Neptuno . . quarum . . otenti . . nductum. E Tragisa. Flum. Mur. Eius. A. V. P. L. L. M.* E quibus vet. Rom. Municipium *Cetium*, cum celeberrimis viris, hodie *St. Hippolyto* recte adscribimus; nec doctissimo Antiquario Katancio (qui priorem l. c. pag. 283. opinionem post biennium, in Geogr. vet. Comment. cap. III. pag. 333. veritatis studio antiquauerat) refragante: *Epigraphae plures Municipii Ael. Cetien. ab Hadriano conditi, quod in Oppido St. Pölten statuimus Schoenuisnerum secuti, meminerunt.* Quem locum ab antiquissi-

mis temporibus pagum *Cetiensem* nominatum fuisse; memorat vetus MSS. Biblioth. Caes. Vindob. impressum in Act. SS. Antuerp. Tom. III. pag. 850. his verbis: *In Cetiensi pago, videlicet in Sancto Ypol.* vnde vicina silua, pone Erlafam fere procurrens, ad haec vsque tempora Scriptoribus nonnullis *silua Cetien.* vocatur. *Cetii* huius meminit etiam epigrapha, Lambachi in Monasterio: *P. Aelius Flauius Duumuir Cetiensium.* Isthoc vero memorabile Romanorum Municipium, ab Ael. Adriano Imp. vel conditum vel excultum iure censetur; quum, perhibentibus Fabretto, cap. III. Inscript. 57. Grutero, Thes. pag. 469. et Lambecio pag. 665. (qui lectionem Gruteri pag. 345. vti et Lazii Lib. II. cap. 2. recte castigauit) in vet. lapidibus idem illud *Aelium Cetium* adpelletur. In hoc Municipio habitauit S. Florianus Princeps Officii, qui orta sub Diocletiano et Maximiniano Imp. persecutione Christianorum, Lauriacum ad Aquilinium Praesidem venit, seque Christianum confessus, et post varia tormenta ad Anisum fl. praecipitatus, 4. Non. Maii gloriosus Martyr occubuit; e Collect. vet. MSS. Act. Antuerp. Passi sunt cum eo 40. alii: e quibus duos illos *Anonymos* (a suis conciuibus horsum post martyrium translatos) arbitramur; quorum corpora an. 1209. in St. Hippolyto inuenta fuere, perhibentibus iisdem Act. Antuerp. l. c. Tempore S. Floriani *Cetium* Ciuitas fuerit,

testan-

testantibus vetustioribus Actis; tardius occasione repertorum SS. Lipsanorum, *pagum* vocitari vidimus l. c. e vet. MSS. Bibliothecae Vindob. sed quis nescit, complures antiquas Ciuitates iniuria temporum in pagos abiisse, rursusque sub alio nomine in Oppida aut Ciuitates adsurrexisse? Ceterum, Manuscripto Carthusiae Gamnicensis, de quo Ioannes Gamansi illud Antuerpiensibus submittens, adnotauit: *In eo miracula circ. fin. ab alio adiuncta videri*, ac vix Sec. 15. antiquiori; tum Lazio, Cetium ad *Zeiselmaur* statuentibus (ob iustam loci mensuram, pro Hippolyto potius ex Antonini Itinerario desumtam) non subscribimus. Quodsi insuper quis *Cetium* (sed non *Kalenberg*, vt Ianningo pag. 466. placuit) Castello alicui huius nominis in monte vel radice eius posito adscripserit, non refragabimur; modo ne istud cum Cetio *Municipio*, cuius praecitatum Antonini Itinerarium meminit, confundatur: quamquam ne sic quidem isthoc Castellum Zeiselmuro ex Tabulae Peutingerianae mensura aptari possit. Nam in hac, Vindobona Citium vsque, nonnisi VI. M. P. idest $1\frac{1}{4}$ milliar. geogr. Zeiselmurum autem solidis 3. milliar. geogr. Vienna distat: quare, si quid de situ Citii *Castelli* (distincti a Cetio *municip.*) coniectandum est, illud pago *Simering*, inter Nusdorf et Kalenberg, Vienna $1\frac{1}{4}$ milliar. geogr. circiter dissito, adiudicare libeat; quo loco

S. Seuerinus diu commoratus fuisse dicitur. Cons. Büsching. pag. 357. Ciuitas nomenclaturam hodiernam e celeberrimo Canon. Ord. S. Aug. ab Alberto Marchiae Orient. Praefecto ac eius fratre Ockaro an. 744. fundata, nec non S. Hippolyti M. exuuiis, a Zacharia P. ob validum militem contra Saracenos missum obtentis eique illatis, decorata hausit. Iniuriis belli saepius vastata et diruta, an. 1276. a Petro Episcopo Passauiensi de licentia Rudolphi I. Imp. in nouam Vrbis formam redacta, ac probe munita fuit; Militi Mathiae Coru. an. 1484. cessit, atque assultum seditiosi Rustici an. 1597. elusit. — Inde haud procul ad meridiem vergit *Ochsenburg*, aestiua Illustrissimi D. Episcopi Santipolitani Residentia, praealto colli insidens, et a praeterlabente Traysma fl. aluta; ex qua iucundissimus illius plagae prospectus (quo nos an. 1828. plurimum delectabamur) eleganter visitur.

b) Dioecesis *Santipolitana*, antea ad iurisdictionem Episc. Passauiensis pertinens, per translationem eorsum Episcopatus Neostadiensis an. 1784. a Iosepho II. Imp. erecta, et Bulla Pii VI. P. an. 1785. firmata fuit; quam praememoratus Ioannes Frast l. c. an. 1828. insigniter recensuit. — Hodie Almae illi Dioecesi praeest: Illustrissimus ac Reuerendissimus D. Iacobvs Frint, Episcopus Santipolitanus; a pluribus egregiis Scriptis Theol. clarus. Ipsa Dioecesis (iuxta eiusd. Schematism. an.

1827) numerat: Canonicatus Act. 7. Honorar. 6. Abbatias et Praeposit. Regular. 8. Decanatus 22. Parochias cum Vicar. Benef. et Local. 410. Clerum Eccl. 567. Regulares 484. Animas indistinctim 447,606.

c) Cons. isthic, pag. 106. lit. c.—*Hippolytum* etsi posteriori diuisione in Austria Inf. at non in Pannonia, sed in veteri *Norico Ripensi* consistit; de quo vetustiores quasdam notitias isthic paucis suggerere, haud offecerit. Si locus Strabonis Geogr. Lib. IV. pag. 208. de auro fossili apud Noricos bene habet, primus populi meminit Polybius, cum id *ἐν τοίς Ταυρίσκοις τοῖς Νωρικοῖς, in Tauriscis qui Norici dicuntur, erui perhibet.* Caesar agrum Noricum et Noreiam Oppidum, Ariouisti vxorem Noricam, regem Noricum, instar epitheti memorat; Paterculus, Suetonius, et epigraphae Regnum adpellant: diuisum in *mediterraneum*, ac *ripense*; illius epigraphae, huius Notitia Imperii meminere. Origo vocabuli videtur a Germanis promanasse, qui borealia *Nordryck* olim dicebant: Celtarum pars quondam, Strabone teste, apud Tauriscos consedit; qui ab consanguineis, australia tenentibus, *Nordrycker* adpellati fuerint. Fines *Norici*, statuuntur: ab occasu Aenus cum parte alpium, inter fontes Atagis et Draui, Glanis et Tilauenti, procurrentium; a septentrione Danubius, ab exitu Aeni ad montem Cetium *Kalenberg*; ab exortu

iuga Cetii, iuxta fontes Arrabonis ad Celeiam, quae Noricorum erat; ab austro iuga alpium, Glani deinde Drauo a meridie praetenta ad Celeiam vsque, vbi fines ortiui. Longitudo maxima: a fonte Glanis ad promontorium Cetii, CCXL. M. P. latitudo, a fontibus Saui ad exitum Aeni CL. M. P. secundum rationes Danuillei. — In populis Prouinciae huius censet Ptolemaeus: Seuaces, Alannos, Ambisontios, Noricos, Ambilicos; Tabula Theodosii Imp. seorsim nullius meminit: habet autem, itinere ab Ouilibus Virunum, mansionem *Stiriatas* nuncupatam, quae ad fontes Steyr amnis ex interuallis incidat. Recte Lazius, praeter alios complures, existimat, Tauriscos veteres Celtis *Stiros* esse nuncupatos; ast hos ad illorum originem, cum Cluuero, Lambecio, aliisue, perperam relatos. Stiriatae hi erant posteri Vindelicorum Carnorumque, Celticis coloniis mixti, vti hodie vsque deprehendimus; itaque aduenas (quales heic Celtae fuerint) ab indigenis secernere oportet, antiquius proinde *Stiriorum* nomen est, quam vulgo putetur, quod vni Tabulae e remotiori vetustate seruatum tribueris: quorum Prouincia hodie *Austria Interior* audit. Veteres sane Regionis indigenas produnt locorum montiumque nomina, vt: *U Iezeru*, *Vez*, *Kamen*, *Stara Gora*, et illud Tabulae Theodos. *Tasinemeti ac Iuaro fl.* — Superius vero meminimus *Lauriaci*, Coloniae Rom. vbi S. Florianus passus fuerat; hinc,

ne de Norico nihil dixisse videamur, de illo e Tabula paucis commentari lubet. De Lauriaco Tab. Theod. cum Vels. habet: *Blaboriciaco* XIIII. Hodoeporicon autem *Lauriaco* XXVI. itinere mediterraneo; ripensi vero XVI. quod alii *Ouilatus* scripsere. Lauriaci nemo veterum ante Valentiniani tempora meminit, qui Burgum ad amnem Ipsium per auxiliares *Laureacenses* exstrui iussit; teste epigrapha, Viennam translata, apud Gruter. CLXIV. 3. Ammianus, in rebus Gratiani Lib. XXXI. cap. 10. ad an. 377. Lauriacum primus nouit. Notitia Imp. Praefectum Leg. II. *Lauriaco* adscribit, mentionem faciens *Classis Lauriacensis*. Inscriptio Romana (in qua municeps *Col. Aug. Laur.* legatur) huc referri nequit, vt recte Wesselingius obseruat; Mannert tamen coloniam procul dubio fuisse ait, nullum testem (contra morem suum) producens. Ex his apparet, *Lauriaci* nomen esse recentius; proinde *Blaboriciacum* Tabulae, quod vetus loci vocabulum erat, abiici non debet; imprimis, quod idem populari expressione vox notat (*ἀπο τȣ̃ Ιαυορ*) quod Lauriacum Latina. Doctissimus Lambecius, qui situm Ouilabis et Lauriaci diligentissime explorauit, sic vestigia antiquae Vrbis ad riuum *Lor-bach*, quem Lauronem vocat, depingit in Comment. Bibl. Vindob. Lib. II. pag. 635. vt eam in austrum imprimis versus *Monasterium S. Floriani*, quod moenibus Vrbis

contiguum fuisse ait, protentam intelligamus. Tabula XIIII. M. P. habet, Hodoepor. XVI. ab Oppido *Wels* ad Vrbem *Ens* sunt milliar. geogr. 4. cum semisse; Coenobium S. Floriani ab Ensio versus Oppidum Wels amplius vno milliar. geogr. abest: proinde Tab. numerus est adcuratus. Hodie rudus est, vbi Lauriacum stabat, memoria in *Lorch* amne, et vico homonymo, persistente. Numeri Hodoeporici, loco triplici, XXVI. sunt denario culpa Scribarum aucti, aut ex vicinis huc translati viis; nulla quippe ratione huic interuallo (si dicta consideres) adplicari valent, Tabula litem dirimente.

d) Ad primariam Conuentus Santipolitani structuram plurimum contulisse eiatem ciuem *Ioann. Biberschneider*, suarum aedicularum fundum vna cum substantia in pium hocce meritum impendentem, ac octogenar. an. 1468. Ordinem ingressum, tum anno aetatis suae 103. ibidem denatum; memorat Chron. Prou. an. 1743. pag. 157. n. 49.

e) Idem Chron. Prou. l. c. n. 51. seq.

f) Sub administ. temporal. D. Aloysii Bertagnoli, ciuis Santipolitani, et eiusdem Conuentus Syndici Apost.

g) Cons. isthic pag. 79. lit. *i.* et pag. 109. lit. *f.*

VI.

Conuentus Budensis ; S. Stephani Proto-Martyris. *a)*

In Archi-Dioecesi Strigoniensi, *b*) *Comitatu Pilisiensi*: *c*) *Sec.* 15. *certo consistens*, *d*) *sed an.* 1541. *furore Turcico combustus*, *e*) *exinceps Residentia vsque ad an.* 1693. *tum opera Patrum, sub Protectione Leopoldi I. Imp. f*) *cum concursu Excelsae Camerae Aulicae*, *g*) *ac immunitat. Senatus Buden. h*) *in Aquatica nouiter erectus, i*) *dehinc Altissimo Imp. Iussu sub* 8. *Mart.* 1785. *N.* 6505. *cum Conuentu PP. Augustinianorum in Via Regia* (*iam Sec.* 14. *in eodem Ordinis fundo, nonnihil olim remotius existente, k*) *permutatus*, *et iuxta translatorum Religiosorum numerum cum viginti quatuor Sacerdotibus ac sex Laicis clementer restabilitus ; Parochias binas*, *et Pannificium Prouinciae curat. l*)

Lingua Hung. *m*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Amandus Käffer, Germ. Hung.	16. Apr. 1786.	17. Sept. 1806.	17. Sept. 1807.
R. P. Eustachius Peter, Germ. Boh.	30. Iun. 1757.	21. Sept. 1775.	24. Dec. 1781.
R. P. Ioannes Herodek, Germ. Morau.	21. Febr. 1779.	25. Nou. 1799.	12. Aug. 1802.
R. P. Antonius Schmidt, Germ. Hung.	2. Iun. 1755.	8. Sept. 1773.	8. Sept. 1774.
R. P. Theodorus Kraly, Illyr. Hung.	10. Nou. 1788.	19. Nou. 1808.	19. Nou. 1809.
M. V. P. Ambros. Halbritter, Germ. Boh.	5. Febr. 1799.	1. Dec. 1819.	3. Dec. 1822.

Germ. *n*) Illyr. *o*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
15. Iul. 1810.	Germ. Hung. Illyr.	Guard. AA. LL. et Philos. Licent. Eiusd. Lect. Em. Administ. Paroch. Rect. Schol. Nat. et Biblioth.
13. Ian. 1782.	Germ. Gall.	Concion. et Administ. Paroch. Em. Discr. ac Spirit. cum facult.
15. Maii. 1803.	Germ. Illyr. Hung. Morau.	Conc. Em. Pannific. Praefect. et Confessar. Monial. Elisab.
18. Apr. 1779.	Germ. Illyr.	Catech. Em. Sac. Iubilar. Exhort. Laicor. Spirit. cum facult. ac Protocoll.
4. Oct. 1812.	Illyr. Hung. Valach. Germ. Slau.	Administ. Paroch. in Taban, ac Rect. illius Schol. Nation.
1. Ian. 1826.	Germ.	Vicar. Discr. Conc. Germ. Dom. Coop. Paroch. Super. Sacr. et Comm. Magist.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Ioachimus Schvinn, Germ. Hung	14. Maii. 1791.	24. Sept. 1808.	13. Maii. 1812.
M. V. P. Modestus Sternadt, Boh. C. Chrud.	7. Iun. 1787.	7. Dec. 1808.	7. Dec. 1809.
M. V. P. Bernard. Eberstaller, Germ. Hung.	16. Ian. 1776.	18. Aug. 1800.	18. Aug. 1801.
M. V. P. Marcellinus Dorich, Illyr. Hung.	3. Oct. 1806.	23. Oct. 1822.	8. Nou. 1827.
M. V. P. Medard. Schoebeck, Boh. C. Tabor.	19. Oct. 1799.	17. Dec. 1822.	11. Dec. 1825.
M. V. P. Fulgentius Czeypek, Boh. C. Reg. Hradec.	13. Apr. 1803.	23. Oct. 1825.	23. Apr. 1227.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
4. Sept. 1814.	Germ. Hung. Illyr. Slau. Ital.	Capell. I. Leg. Huszar. de Frimondt.
19. Aug. 1811.	Boh. Germ. Illyr.	Conc. Germ. Annual. Coop. Paroch. et Spirit. cum facult.
30. Ian. 1814.	Germ. Hung. Illyr. Valach.	Conc. Germ. Dom. et Coop. Paroch.
1. Nou. 1829.	Illyr. Hung. Germ.	Conc. Illyr. Annual. Coop. Paroch. et Catech. in Taban.
1. Ian. 1826.	Boh. Germ. Illyr.	Conc. Germ. Annual. Coop. Par. Catech. ac Spirit. cum facult. in Taban.
31. Aug. 1828.	Boh. Germ. Illyr.	Conc. Germ. Annual. et Coop. Par. in Taban.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Daniel Pfisterer, Germ. Tyrol.	19. Nou. 1795.	4. Oct. 1816.	4. Oct. 1819.
V. P. Venantius Metz, Boh. C. Chrud.	24. Mart. 1785.	13. Apr. 1806.	13. Apr. 1807.
V. P. Alexius Toth, Hung. C. Alben.	24. Ian. 1800.	6. Maii. 1822.	29. Maii. 1825.
Fr. Martinus Butz, Germ. Bauar.	20. Aug. 1774.	20. Iun. 1800.	20. Iun. 1801.
Fr. Urbanus Wunsch, Germ. Austr.	30. Iun. 1786.	22. Iul. 1808.	16. Dec. 1809.
Fr. Augustinus Felkel, Germ. Boh.	3. Sept. 1786.	22. Apr. 1809.	22. Apr. 1810.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
15. Aug. 1823.	Germ. Ital. Gall. Angl.	Catech. et Coop. Paroch.
22. Ian. 1809.	Boh. Germ. Illyr. Ital. Gall.	Conc. Germ. Annual. Suppl. et Coadi. Conuent.
1. Ian. 1826.	Hung.	Coadi. Conuent.
„	Germ.	Laic. Magist. Pannific. et Procur. Prouin.
„	Germ.	Laic. Viet. Cellar. Comm. VMagist. et Soc. P. Minist. Prouinc.
„	Germ. Boh.	Laic. Pannif. et ad Seruit. Prouin.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr Alexius Veldamon, Germ. Morau.	23. Apr. 1794.	15. Aug. 1821.	19. Aug. 1822.
Fr. Caecilianus Fasching, Germ. Austr.	7. Aug. 1807.	29. Oct. 1826.	
Fr. Venceslaus Englisch, Germ. Siles.	25. Mart. 1803.	30. Mart. 1828.	
Fr. Fridericus Pongratz, Germ. Hung.	9. Febr. 1808.	20. Nou. 1828.	

a) *Budam*, erronee ab Archidiac. *Budalia* dictam, Rom. *Aquincum*, totius Regni Hung. Metropolim decusque praecipuum, *Vetero-Budae* olim stetisse, tam ex numeris apud Ptolemaeum Aquinco adscriptis, et mensuris Antonini Itiner. quam Lapidibus milliariis (in Rom. quod. Iul. Iulian. *Dom. Sept. Aquinci*. Pann. Inf. in Buden. Aurei. Audent. *C. R. Aqui.* seu: *Curio Reipublicae Aquinci*) pro

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
„	Germ. Morau. Illyr.	Laic. Quaest. et ad Seruit. Conuent.
„	Germ.	Laic. improf. Coqu. et Proc. Conuent.
„	Germ.	Laic. improf. Pannif. et ad Seruit. Prouin.
„	Germ. Hung.	Laic. improf. Hortulan. et ad Seruit. Conuent.

certo tenemus; id, quod Simler. antiquorum exemplo iam docuit ad Hodoeporicon, ac postea Marsil. Iordan. Wesseling. Danuille, aliique sunt amplexi. Antehac, in lapide Albaeregiae reperto, *Municipii* titulo insignitum, sed expost *Coloniae* iura obtinuisse; ex epigraphis, Colocen. Bud. Strigon. et Vacien. egregie ostenditur: quod alii ad Seueri Imp. tempora, alii ad aetatem Antonini

Pii Imp. (cuius Constitutionis meminit Vlpianus Leg. 17. Lib. I. tit. 5.) referunt. Buda, dom. 3089. et incol. 30,0001. numerans; distat — *Vienna*: ortum inter et merid. CLXXXII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis 18$\frac{1}{4}$ = 36$\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Essekino*: CXC. M. P. seu post. 19 = 38. mill. geogr. — De statu (veteri aetate) collis, cui hodie Budensis Arx, tamquam Coronae Hung. centrum, insidet, cuiusque ad finem Sec. 10. duntaxat Miller. Descript. Bud. pag. 7. meminit (Aquinci iam rudera operosae antiquitati reseruantes) tametsi libenter vellemus; defectu monimentorum nihil certi, praeter coniecturas, proferre valemus. Si epigrapha, e ruderibus Coruinianis in Arce eruta: *Legio Sicambrorum. Hic. Praesidio. Collocata. Ciuitatem. Aedificauer. Quam. Ex. Suo. Nomine. Sicambriam. Vocauerunt.* et a Bonfinio Lib. I. pag. 25. ac Grutero CLXIV. 6. prodita ex Lazio, *qui vidit*, *aut certe ab iis habuit*, *qui viderunt*, quoquo modo subsisteret; meritum felicius definiremus. Ast, illam spuriam esse, dudum ostendit Cl. Schoenuisner Caldar. pag. 206. seq. nosque ipsi eam melius referimus ad *Sicambros* Germ. populos, cum Inchofer. circa an. 803. — Illud vero e Fastis Idatianis ac Notit. Imp. certum, praeter Aquincum Ciuitatem Pannoniae Inf. seu Valeriae Ripen. exstitisse in aduerso *Castellum* quoddam Milit. Rom. respondens Aquinco, de quo Notit. Imp. sic: *Auxilia*

xilia vigilum contra Aquinc. trans in barbarico. Barbaricum vocat; quia iam tunc, Daois Getisque ad Marisum retrusis, aut nominibus eorum duntaxat antiquatis, sinistra Danubii ripa Quadi, Sarmatae, Marcomanni, sensim heic innotuere; vnde Ammianus Marcell. Lib. XXX. cap. 5. scribit: *Valentinianus Acincum prope castra commouit, nauigiisque ad repentinum casum coniunctis, et contabulato celeri studio ponte, per partem aliam transit in Quados.* Ideo adseueratione Schoenuisneri, Comment. Geogr. Pann. Ripar. Part. I. huius Castelli *contra Aquincum* positi rudus est, quod ad *Pestum* e regione hodiernae Aquaticae praesidiique Budens. conspicitur; vbi a Sigismundo R. Hung. pontem lapideum strui coeptum, Chorogr. Hung. pag. 98. cum quibusdam exteris perperam adstruxit. Quare, si Aquincum ob illud Notit. Imp. *trans* et isthoc *rudus*, hucusque perducere liceat; cui ex opposito vetus *Transacincum* perinde locat Topogr. Hung. pag 181. collem ad instar *Citii*, apud Ianning. in Act. S. Flor. pag. 466. haud vacuum stetisse, opinabimur. Vnde eleganter Poeta: *Buda iugo, Veneta pelago, Florentia campo eminet;* in Chron. Prou. an. 1766. Part. II. pag. 201. Porro Bonfin. Lib. I. decad. 1. pag. 5. seq. putat: Pestum (hodie *Pestinum*) ad imitationem Paesti Ital. dictum esse; sed *Budae* nomenclationem a diuersis diuerse exponi videas.

Eam alii a *Buda* Attilae fratre, apud Olah. in vita eiusdem cap. 12. alii a *Budinis* Scyth. populis, apud Bonfin. l. c. alii (sat inepte) a Germ. *Baden* thermae, ibid. Rectius alii a copia aquarum callidarum, Lat. *Aquincum* (vitiose Acincum, teste Simlero) indigenis autem *Buda*, ἀπὸ τῦ *Voda*, cum Wernero apud Chorogr. Hung. Par. II. deriuant; vti est illud Bricheri Columbi epigraphicum, prope Budam repertum, in quo: *Critonius Cogn. Danuuius* (ἀπὸ τῦ Dunav) *Augur. Col. Aquinci.* legitur. Ex quo incolarum veterum originem noueris; Szerdahelio in Chorogr. pag. 95. scribente: *Laboriosa Slauorum* (dicere voluerit vet. *Pannoniorum*) *Natio coluit agrum Buden. vsque ad aet. Maurit. Imp.* Id, quod amplius indicant prisca eaque continuo vsu hodiedum retenta circumsitorum collium vinearumque hod. vocabula: *Shalichevci*, Galgenberg; *Sokolovac*, Starentanz; *Kabakovac*, Petersberg; *Manokovci*, Feldrith; *Muhanad*, Adlersberg; *Licsadina*, Deutschthal; *Unka*, Wiesberg; *Gerzeles*, Blocksberg; *Csesma*, Schwabenberg etc. Cons. Chron. Prou. edit. Bud. 1766. Part. II. Atque huius labii Communitatis heic praeexistentis, Ampliss. L. R. ac Metropol. Vrbis Buden. Magistratus dd. 1. Maii 1703. vti olim ipse Leopoldus I. sub 20. Iun. 1691. ita recentius dd. 21. Maii 1828. N. 3461. in suo Protocollo discrete meminit. — An vero Vrbs sub initium Sec. 9. *Etelvár* ac *Etzelburg* vocitata fuerit, vt Schams Descript. Bud. pag.

10. ex Miller. Epit. eiusdem pag. 4. asserit? Nobis, veterum testimonio eatenus destitutis, hariolari non licet; eam certe Anonymus Belae R. Notarius *Budauár* nominarit. Fridlein Alphab. Hung. 1775. ex Bombard. opinatur: occasione rectificationis Mont. *Pest.* (secus Castri *Budensis* dicti) aduersus Tartarorum incursus resusceptae, Germanos perinde accitos operam locasse; a quibus locus, ob copiosos furnos calcinos, *Ofen* prolatus sit. Cons. Topogr. Hung. pag. 48. Quidquid sit, Vrbem certe, post vetus Sirmium ac Sisciam Pann. Sau. percelebrem, condam vsque ad Sec. 4. initium sedem *Praesidis* Pann. Ripar. ac Statiu. Rom. Legion. II. Adiutr. contra vicinos Dacos, Sarmatas, Quadosque fuisse; Schoenuisn. Geogr. Pann. Rip. Part. II. pag. 144. e lapide, ad pagum *Csiv* reperto, egregie ostendit. Heic robur condam ac veterem disciplinam militarem testatur marmor, prope Budam olim repertum; vbi *Soranus Batauus* versu heroico ita de se: „Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris — Inter mille viros primus fortisque Batauos — Hadriano potui qui iudice vasta profundi — Aequora Danuuii cunctis transnare sub armis — Emissumque arcu dum pendet in aëre telum — Ac redit ex alia fixi fregique sagitta. — Quem neque Romanus potuit, neque barbarus vnquam — Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus. — Hic situs, hic memori saxo mea

facta sacraui. — Viderit, anne aliquis post me mea gesta sequatur. — Exemplo mihi sum primus, qui talia gessi.“ Perinde in numis Sisciae et Sirmii cusis, frequens occurrit: *Virtus Militum*, *Concordia Militum*, ac *Virtus Exercitus*; apud Katanc. Geogr. Epigr. Part. I. pag. 527. — Aquincum (seu Buda) cum lapsu dehinc Imperii a gentibus impetitum; iam Sec. 3. Sarmatas Dacosue saepius, Sec 4. Hunnos, Sec. 5. Andericum R. Gepidarum, ab Ostrogothis an. 464. expulsum, Sec. 6. Longobardos, Sec. 7. Auares, Sec. 8. Francos, et Marahanos sustinuit: Sec. 9. demum ab Hungaris occupatum, ac Sec. 10. isthic loci suis ruinis eripi, futuramque Regni gloriam iam tunc protendere coepit. Arbitramur namque cum *Schierio*, Bud. sacr. pag. 4. Vrbis huius initia renascentia ad ipsam primorum Regum Hung. aetatem retrahenda esse; id, quod ab antiquis patriae Scriptoribus receptum erat: sed, quod non satis congruis argumentis demonstraretur, ab recentioribus fere vniuersim reiectum exstitit. Nec immerito; cum enim *Budae* nomen ei recenter adhaesisse certum sit, alia vero Vrbis decora erronee a Buda veteri ad antiquitatem ostendendam huc translata fuerint: quid restabat, nisi vt longe recentior fuisse crederetur? Verum, dum vnum vitatur; in alia prorsus aduersa discessum est: aliqui cum Belio Hung. nou. Tom. III. pag. 190. et Timone in Epit. Chron. pag. 35. annum 1267.

elegerunt, inducti structura Ecclesiae S. Ioannis, sub an. 1269. inchoata; alii aliquantum ante an. 1255. certe post Tartaricam inuasionem, constituerunt, argumentum summentes ex Diplomate Belae IV. Regis (primum a Schmith Tom. I. Epp. Agr. edito, tum a Schier l. c. pag. 101. emendato) quo Castrum istud se post hoc tempus muniuisse, testatus est. Litem vtcunque diremit productum a Kaprinaio Hung. Diplom. Part. I. pag. 484. Diploma Belae eiusdem, quo priuilegia Pestiensi Vrbi olim concessa restaurat, datum an. 1244. cuius etiam eruditissimus ac Reuerendissimus D. Fejér in Cod. Diplom. Hung. an. 1829. Tom. IV. vol. 1. recentius meminit. Vna modo difficultas superest: quis locus ea notione intelligatur, Pestinumne hodie ita vocitatum an Buda moderna? vtriusque certe fit mentio in dicto Diplomate, scilicet *Pesth villae* et *minoris Pesth*, in opposita Danubii ripa constitutae. Attamen, quemadmodum ciues, Buda a Turcis an. 1526. incensa, direpta, et deserta, reduces optime Priuilegia sua nouisse censendi sunt; ita, dum laudatum Belae Diploma ab Rege Ferdinando I. an. 1528. confirmari petierunt, non alteri quam suae Vrbi illud indultum cogitasse sunt asserendi: argumento vlteriori seruit portus de Pesth, cuius vectigal magna parte Ecclesiae Capituli Budensis a D. Ladislao I. et Geysa II. Regibus donatum fuit; quem cis Danu-

bium exstitisse, ex frequentioribus ausibus ciuium *Castri* (apud Petterfy., Conc. Hung. Tom. I. pag. 128. et 167.) ita clarum fit, vt talia eos tentare nequiuisse quis facile asserat, si portus in aduersa fluminis parte fuisset constitutus. Habemus igitur *Pesthiensium* nomen incolis cis-danubianis seu modernis Budensibus datum, minimum ante diui Ladislai Regis tempora; quin imo haud aberrauerimus, si eiusdem Castri feliciora initia ad aetatem diuo Stephano Proto-Regi proximam retulerimus, in cuius aedem B. V. M. sacram corpus S. Gerardi M. altero a caede die an. 1046. illatum fuisse author illius vitae (omissa mentione Danubii transmissi) tanquam locum vicinum indicare videtur, inquiens: *Corpus quidem beati viri, cum in loco martyrii sui iaceret, nulla sorde commaculatum est; porro sequenti die a Catholicis viris in Ecclesia sanctae Dei Genitricis conditum est.* Hanc vero Ecclesiam tam ab illa, quae sub eodem titulo vetero-Budae steterat, quamque quidam ex oblatis donariis diuo Ladislao et Geysae II. ad an. 1070. adscribunt; quam ab alia, de qua Literae Belae IV. Monasterio Monialium Ord. S. Dominici in insula Leporum fundato, an. 1255. datae loquuntur, diuersam fuisse (vtpote Parochialem) egregie ostendit Schier Bud. sacr. pag. 13. seq. Serius Castrum aduersus ingruentes Tartarorum motus primum simpliciter a Rege Regnique Pro-

ceribus communitum exstitisse, memorat *Michael Bombardi* in Topograph. Hung. Part. II. pag. 47. Edit. Vienn. an. 1718. qua continuo abhinc vtemur; cuius expositioni suffragari videtur iam tum (ante Tartarorum inuasionem) ingens Castri incolarum copia, in praememorato Regis Belae IV. Diplomate post 13. annos expressa hisce: *Cum igitur nos post vastitatem, quam culpis exigentibus Regno Hungariae inuexit feritas Tartarorum, reformationi, reparationi, solidationi, ac corroborationi ipsius Regni ex debito sollicitudinis Regiae efficaciter curassemus apponere manus nostras; inter alia castra, defensioni Regni congrua in monte Pestiensi Castrum quoddam exstrui fecimus, refertum multitudine hominum numerosa.* Certe sub an. 1242. quinquies centenorum millium colluuies Tartarica, e finibus Scythiae egressa, atque in florens Regnum Hung. effusa, victo ad Saionem Bela IV. vti alibi sic heic quoque squallorem induxit; inter reliquas mali causas (a patriis Scriptoribus, apud Spanyik Hist. Pragm. pag. 224. recensitas) illa etiam inducta: „Quod potiores Regni, inde ab expeditione Hierosolymitana nullum grauius bellum experti; ab armorum tractatione desueuissent, ac diuturnae pacis otio (martiali spiritu penitus exstincto) totos se molliori vitae dedidissent.“ *Quod enim erat aliud iuuenilis aetatis studium* (inquit Thomas Archidiac.

Spalat. Hist. Salon. cap. 37.) *nisi polire caesariem, cutem mundare, virilem habitum in muliebrem cultum mutare? Tota dies exquisitis conuiuiis aut mollibus expendebatur iocis; nocturnos sopores vix hora diei tertia terminabat. Cuncta quidem suae vitae tempora in apricis siluis et amoenis pratis cum vxoribus transigentes, non de bellorum strepitu cogitare poterant; qui non seria sed ludicra quotidie tractabant.* Haec patrii Scriptores pro Patriae gnatis candide; plus enim manifesta veritas, quam rerum dissimulatio, doctrinae et cautionis suggerit: *In cetera quidem vita amicorum ac Patriae esse amantem, laudo; in scribenda vero Historia, etiam harum charitatum affectus exui volo: volo vni fidei consuli, et vel cum dispendio amici, parentis, patriae, vni litari veritati;* inquiebat doctissimus Isaac. Causab. ad Henricum IV. Franciae Reg. in Comment. ad Polyb. an. 1609. — Tandem Tartaris, ingratis patriae hospitibus, post triennium Regno excedentibus, reducem e Dalmatia Belam IV. (Dalmatarum fide, vna cum Corona Regnique Clenodiis, seruatum) ipse situs montis Pesth iugumque vicino flumini dominans, ac recentior experientia (Tartaros loca in edito sita euertere haud valuisse, ex Topogr. Hung. l. c. pag. 48.) admonuere, vt locum non tantum in Castri modum moenibus turribusque muniret, sed et priuilegiis compluribus ornaret.

Haec aduersus hostes securitas ciuium auxit numerum, et Vrbi claritatem dedit; quare posthac pristino Pesthi vocabulo soli alteri aemulae permisso, *Castrum nouum montis Pesthiensis* appellari coepit. Ideo, longe a vero abire nobis videntur, qui Castrum hoc primum a Praeposito quodam Budensi conditum, deinde Regibus ea ratione permissum adfirmant, vt tamen Castellanus singulis annis marcam vnam auri pendere teneretur, neque libertatem integram prius Castro accessisse, quam cum Ludouicus I. Rex. an. 1355. cum Capitulo Budensi tam quoad hoc, quam quoad alias terras transegisset. Inspiciendas veritatis inquirendae gratia adpellamus ipsas Ludouici Literas (a Millero in Epit. vicissit. Bud. pag. 9. editas) et apparebit: ibi quidem de Castro a dicta Ecclesia olim aedificato sermonem esse; sed illum situm fuisse in ea territorii parte, quam tunc a Capitulo obtentam Rex *Ciuitatem Reginalem* constituit, imo paulo supra Budam veterem (hodiernam quippe Neo-Budam) qua ad albae Mariae templum via erat. Sic enim Literae Regiae, l. c. pag. 18. habent: *Quam quidem Oppidi seu Ciuitatis partem nobis cedentem, Ciuitatem Reginalem constituimus.* Ex hoc etiam Diplomate discimus, Budae modernae sensim et quasi per partes accessisse nomen: initio quidem solum pars aliqua suburbiorum proxima veteri *noua Buda* dicta videtur,

manente tamen nomine *Castri noui montis Pesthiensis;* sic enim de Curione sacro loquens Ludouicus, eum *Plebanum noui montis Pesthiensis* vocat, postea de terminis agens, l. c. pag. 22. viam nominat: *per quam de noua Buda itur ad veterem Budam.* Successu vero temporis Vrbs Budae nomen sic assumsit, vt et Pesthiense primum penitus obliteraret, et veteris Budae famam pene opprimeret. Ita ergo Buda ab suis initiis per vices pristino vigori restituta, incolarum domorumque multitudine aucta, an. 1244. iura libertatis consecuta, ac Sec. 14. Aula Regia Vissegrado horsum a Ludouico I. translata (iactis subinde ad initium Sec. 15. a. Sigismundo R. pro Arce regia fundamentis) duo de quadraginta Regibus domicilium praebuit, nec paucis natale solum longe serenissimum. Arci praerant, saltem a Sigismundi temporibus, peculiares Praefecti; quorum potiores erant: *Laurentius Hedrewara* an. 1440. apud Callimach. Libr. I. pag. 55. *Emericus de Hedrewara* an. 1446. apud. Belium Tom. III. pag. 208. *Ioannes Hunyad* an. 1447. apud Beli l. c. *Michael Czobor* an. 1450. apud Bonfin. Decad. IV. Lib. 1. pag. 423. *Blasius Raskay* an. 1490. apud Bonfin. l. c. Lib. 8. *Paulus Tomoraeus* an. 1500. apud Beli l. c. pag. 565. *Ioannes Bornemissa* an. 1524. apud Rewa Cent. VI. pag. 726. Flos perinde bonarum literarum haud exiguum vrbi decus pe-

perit; Bonifacius IX. quippe an. 1389. postulante Sigismundo Rege, Academiam seu Vniuersitatem in veteri Buda erexit: cuius Cancellarium Praepositum Ecclesiae S. Petri Apost. constituit, simul indulgens, vt Praepositus et Canonici huius Ecclesiae ex Doctoribus eiusdem Studii assumantur; quemadmodum Melchior Inchoferus Tom. I. pag. 328. Annal. Eccl. Hung. adfirmat, verosimiliter ex ipsa erectionis Bulla, iam deperdita, quam Romae scribens prae manibus habere poterat. Ex hac Academia (quae alio nomine *Sundensis* fuit compellata, an. 1417. venerunt Legati ad Concilium Constantiense cum Archi-Episcopo Strigon. Ioanne de Kanysa: quos Vlricus Reichenthal Canonicus Constantiensis vidit, ac in opere suo, addito Sigillo Academiae huius (cuius inscriptionem Péterfy Part. I. Conc. Eccl. Hung. pag. 288. prodidit) recenset. Ast, obortis mox post obitum Sigismundi grauibus in Regno turbis, isthaec Academia intercidit; cui aliud Studium Generale, auspiciis et liberalitate Regis Coruini, sub an. 1477. heic in Coenobio Dominicanorum ad S. Nicolaum suffectum fuit: quemadmodum Petrus Niger alias Schwarz Herbipolitanus, eiusdem Ord. Religiosus et Studii huius Regens, testatur apud Ferrarium de Reb. Hung. Prou. Ord. Praed. pag. 452. Hoc Studium etiam post obitum Mathiae R. sub eius successore Vladislao II. perstitisse; ex illius dona-

tione Praedicatoribus an. 1499. data, hariolamur — Heic loci perinde de initiis inuectae Budam. *Typographiae;* tum de omnium primo lingua *Hungarica* impresso Libro, in gratiam Patriae cultorum, paucis memorare placet. Artem Typographicam citius in Hungariam quam in Austriam iter suum deflexisse, pro certo tenemus; inter vetustissima quippe, quae Viennae typis passim monasticis vulgata fuerunt, opera censentur *A. Flacci Persii Satyrae*, impressae Viennae an. 1492. primusque Vrbem hanc florentissimam fixo prelo exornasse fertur *Ioannes Winterburger* (apud Cl. Denis Hist. Typogr. Vienn. pag. 77.) a suo natali solo sic adpellatus: contra vero Hungaria iam circa an. 1470. medios inter armorum strepitus (erat enim tunc Mathiae R. negotium cum Friderico Imp. Podiebrado Bohem. et Turcis; apud Pray Annal. IV. pag. 60.) arte Calcographica Budae gloriabatur. Cons. Aduersar. Prou. Lib. VII. n. 21. Illius auctor, vel saltem mandato Regis administer, instruendae fuit Ladislaus Gerebus, consobrinus Mathiae eique ab epistolis, qui euocato circa an. 1472. ex Italia *Andrea Hess* (quem eruditi patria Hungarum arguunt) Typographo, artem hanc Budae exercere iussit; cuius beneficii memoriam seruauit ipse Hessius in epist. nuncupator. ad Ladisl. Chronico anonymi, quod vulgo *Budense* ab impressionis loco dicitur, an.

1473. praemissa. Liber hic est rarissimus, cuius plura duobus non potuit videre exemplaria Wallaszky, Tentam. Hist. Litt. §. 23. quorum vnum Vindobonae in Bibl. Augusta, alterum Lipsiis exhaeret. Difficultas a quibusdam e reticentia Belii eatenus obuersa; iam ab Hanero de Script. Rer. Hung. Sect. IV. §. 21. soluta habetur. Quod autem *Hungarorum Chronicon M. Ioannis de Thurocz* non Budae in Hung. sed Augustae Vind. typis Erhardi Radholdt, ac impensis Theodori Feger conciuis Buden. an. 1483. ab Hessii Chronico post decennium impressum sit; inter alias illa ratio esse potuit: quod Hess interea aut rebus humanis ereptus fuerit, aut aliorsum extra Hungariam (more celebriorum illius aetatis artificum) commigrauerit, tam turbis Bohemicis Austriacisque, quam Regem inter et Vitézium Archi-Episc. Strigon. simultatibus exortis, causam praebentibus; ad quas declinandas plurimos eruditorum (inter quos Ioannes Regiomontanus) procul ab Hungariae finibus in tranquilliorem Prouinciam abscessisse vel natale solum repetisse, synchronorum Scriptorum testimoniis demonstrauit Iselinus in Lexic. Vniuers. Tom. IV. Porro, quoad primam lingua Hungarica conscripti operis impressionem, Ludouicum Tuberum in Comment. de Reb. Europ. Lib. XI. audire iuuerit: *Omnium Librorum, Hungarico idiomate scriptorum, quos adhuc conquirere potui,*

vetustissimum est Chronicon mundi; Hungarice scriptum a Stephano Szekely, editum Cracouiae in Polonia an. 1558. id, quod patriae eruditis superarbitrandum relinquimus. — Nos interea coepta Vrbis Buden. persequamur; de cuius decore Wernerus, apud Chorograph. Hung. pag. 99. ita fatur: *Quis fuit in tota Europa locus, qui se Budae comparare potuerit; siue situs amoenitatem, siue coeli salubritatem, siue soli foecunditatem, siue aliarum quarumcunque rerum, ad quoslibet vsus, ad splendorem, luxumque pertinentium; vbertatem et affluentiam spectes?* Octagena perdicum millia Budae, Regum temporibus, interdum venalia in foro prostitisse, narrat Bucelin. in Nucl. l. sup. c. ac mercatus causa viros subinde mercuriales Ital. Germ. Illyr. Slau. Pol. et Turc. frequenti numero confluxisse, adfirmat Olah. apud Chorogr. l. c. Vrbs, sub aetate Bonfin. ex parte continentis iam muro obtecta, ex parte Danubii aggere fossaque claudebatur: quo tempore etiam Mathias Coruinus R. literatorum studiosissimus, magnificis priorum Reg. operibus inter reliqua insig. *Bibliothecam* (eo tempore, teste Alex. Brasican. in omnibus Ital. Bibl. versatissimo, nemini secundam) ab Europae eruditis multum celebratam, addidit; cuius elegantem descriptionem (vade Szentiuanio Miscell. decad. 3. Part. I.) reliquit Nicol. Olah. De ea celeberrimus Lambecius, post

Turc. direptionem a Leopoldo I. pro reliquiis Bibliothecae Coru. redimendis an. 1666. Budam missus, in Comment. ad Caes. Bibl. Lib. I. haud sine doloris sensu quaeritur: „Se, in cripta quadam, ceu antro cyclopico; nonnisi quadringentos libros sparsim in terra iacentes, puluerulento et squallido situ coopertos, ex tanto thesauro reperisse; quo nullum foedius ac miserabilius spectaculum! ipsis Turcis erubescentibus.“ E Mabillonio praeterea, Vesontione Galliarum in Monasterio S. Vincentii Congreg. S. Victoris biduo hospitante, discimus, plures e Coruiniana Bibliotheca Libros eorsum ablatos fuisse; ita enim Itin. Germ. pag. 6. habet: *Inter eiusdem Monasterii Libros multi sunt ex Bibliotheca Granuellana; quidam etiam Codices elegantissime scripti, ex Budensi Bibliotheca Mathiae Coruini Regis Hung. in Granuellanam transportati .... Ex Budensibus insignes sunt membranei Codices: Lactantii de Religione, T. Liuii secundum volumen ex tribus, quorum alia duo ex Florentino exemplari descripta sunt an.* 1425. *etc.* Capta quippe direptaque est haec incomparabilis artium officina, vna cum Vrbe, die 2. Sept. 1526. ab infelici clade Mohacs. quae iuuenem Ludouicum II. R. vita priuauit, per Solimanum Turc. Imp. qui Regium isthic conclaue subingressus, huiusque magnificentiam ac Regis Reginaeque icones eleganter expressas contempla-

tus, fleuisse scribitur ab Istvánffio: *Ita de luctuoso Principum innocentum casu, vel ex hoste lacrymas extorquet dolor.* Tristem abhinc Vrbis faciem, Bocatius ad an. 1605. in comment. Epist. Legat. §. 20. seq. ita describit. „Ingredior Budam; salue, dicebam, Buda! Hungarorum condam regia, nunc dolor et morbus, vt in aditu imprimis videris, sordibus et luto es amica. Erigo caput, lustro domus tectis admodum pauperibus, fenestras obstructas luto, lateribus, stramine; Troiana me pergama visurum arbitrabar: video pessimo auspicio deformatas, conspurcatas, situ et fumo macerieque dehonestatas aedes. Forumne sit? interroganti, esse respondetur; adeo mercatores, pretium pro qualicunque etiam vilissima re magnum . . . Templa diruta, iumentis hospitia; nec scandulam, nec asserem vnicum, vidisses hic recentem; monimenta marmorea, ex coemeteriis perlata in angulos et plateas, vel sedilia praebent vel mensam mercatoriam. Strata passim iacent cadauera; quo in loco quod suffractum, eodem relictum . . . Inferior Ciuitas diruta, disiecta, incolis cassa, plus Neptuni quam Cereris et Vulcani nunc habet. Arcem indago; occurrit Statio tormentorum numerosorum, Turcica inscriptione et Caesarum Rom. sed ad alteram ingredi arcem sub capitis poena mihi denegatur; per portam tamen palatii magnificas et egregias columnas intueri licuit . . . Hinc Pestum ingredior;

gredior; o! miserum Pestum! pestem potius nuncupandum! nulla ibi domus integra, solo fere adaequatae omnes, faex paucorum hominum, et colluuies." Cons. Beli Collect. Miscell. pag. 332. seq. Ceterum, Buda spatio 160. annorum, queis sub iugo hostili gemuit, a redintegratis Caes. Reg. copiis octenas incassum sustinuit oppugnationes, ab Istuanf. descriptas; donec victricibus Leopoldi I. ac foederat. Princ. armis an. 1686. eadem anniuersaria die, qua hostis eam dolose ceperat, quippe 2. Sept. pristinae libertati restitueretur: exinceps, rebus domi melioratis et arce Regia an. 1749. reerecta, Pro-Regi seu *Palatino* Regni ac Locumten. Regio, nec non Exc. Dicast. Consilio nempe R. L. H. (a Carolo VI. Imp. an. 1724. fundato, horsumue an. 1784. translato) Camerae item H. Aul. et Armor. Praef. Hung. Residentiam, ac compluribus Supremis Officiis hospitium, sub Aug. Dom. Austr. Regibus in meditullio Regni florens, hodiedum praebet. — Magistratus Ciuicus interior praeter Consulem, Iudicem, et Capitaneum; insuper habet Senatores 11. ac complura subalterna Officia. — Vrbi Buden. aduicinatur mons *S. Gerardi*, Hung. *Sz. Gellert-Hegye*, Germ. Blocksberg, Illyr. *Gerzeles*; propinquus flumini, nomen accepit a S. Gerardo Antistite Csanad. propterea, quod per eiusdem praecipitia ab Hungaris (aduersus sacra christiana furentibus) versus

Danubium deiectus, Fidei heic recens annunciatae testimonium morte et sanguine ibidem obsignauerit an. 1046. Ferunt: cruorem e praecipitato saxis aspersum, diu mansisse indelebilem. In vertice montis Aedem sacram stetisse, ex Bulla Pii II. ad an. 1464. edita, colligitur; ab Andrea I. expiandi facinoris causa, conditam. Istuanfius caedis auctores *Corogios* fuisse memorat; dum cladem Mohacs. recenset, inquiens: *In eo vetusta nobilium Corogiorum Familia defecit; qui olim Andreae R. eius nominis I. tempore, dum Pannonii Religionem christianam posthabuissent, D. Gerardo vt crudelem sic impiam necem intulisse memorabantur. etc.* Ceterum Turcae, capta Buda, Sacello huic castellum an. 1598. instruxerunt, cuius vsum in oppugnatione Buden. Mathias Archi-Dux an. 1602. missis in illud Palfio et Pécsio cum 22. tormentis, habuit: idem et alii post factitarunt, dum Budam infestarent, Bauarus praecipue; vt Vrbis Historia memorat. Quapropter, castellum quidem Blockhaus, mons ipse Blocksberg a Germanis dictus; cuius exstant hodiedum rudera et parietinae, in montis vertice passuum circ. CC. Huic recensioni nequidquam obest Katonae Hist. Crit. Hung. Tom. II. ad an. 1046. e Thurotzio ac Bonfinio adsertum: *In suburbio Budensi, vbi ille deturbatus est, Sacellum est diuo Gerardo dicatum*; Istuanfius enim Hist. Lib. VIII. pag. 82. expresse scri-

bit: *Sacellum eiusdem diui memoriae in colle Vrbi Budensi opposito aedificatum;* tum Scriptor vitae S. Gerardi cap. XX. a Wionio vulgatus, pariter: *Eum plebs bigis in montem fluuio Danubio prominentem subuehit, subuectumque ex praerupta rupe in subiecta saxa praecipitat;* quem etiam Pray sequitur, in Annal. Part. I. pag. 51.

b) Archi-Episcopatum *Strigoniensem* cum adnexo Metropolit. iure, a D. Stephano R. an. 1001. (a quo Syllabus eiusdem Archi-Praesulum ducitur) fundatum esse; nemo ambigit. Legati quoque nati ac *Primatis* Regni Hung. honorem officiumque illi adnexum esse, perinde certum est; vtriusque iura explicante Pazman. Append. III. ad Synodum Strigon. an. 1629. pag. 132. seq. Ast quo tempore vtriusque dignitatis praerogatiuam Archi-Episcopi Strigon. adepti sint? ne ipsae quidem Pontif. Literae, queis dignitatem hanc illis assertum eunt, memoriae produnt; vnde, ex Bulla Bonifacii IX. ea de re ad Ioannem de *Kanisa* Archi-Episcopum Strigon. data, huic fere soli non item Successoribus illum honorem tributum fuisse, quidam arbitrati sunt, apud Pray Hierarch. Hung. Part. I. pag. 83. quod, qua ratione cum Successorum Pontif. testimoniis (qui eam praerogatiuam vetustiss. tempor ab *Archi-Episcopo Strigon.* vsurpatam fatentur, et non modo ad vniuersam Hungariam, sed Prouincias quoque illi connexas, aut aliquando adne-

ctendas, in Lit. suis extendunt; quales sunt Nicolai V. an. 1504.) conciliari possit? haud cernimus. Interea, *Primatis* dignitatem ad ipsa conditi Archi-Episcopatus primordia merito referendam, nec Pontifice solum sed Stephano etiam primo Rege auctoribus; luculentissimum testimonium praebent Literae Belae IV. R. tert. Cal. Oct. 1239. hisce: *Cum sancta Strigon. Ecclesia locum Primatis in Regno nostro tenere dignoscatur, tam a B. Sede Apostol. quam a S. primo Rege Stephano nostro progenitore, qui praedictam Ecclesiam fundauit . . . et multitudine dignitatum decorauit; Nos, eiusdem vestigiis inhaerentes . . . Archi-Episcopum et Ecclesiam Strigon. aliis Ecclesiis praeesse volentes, prout fuit et est; has gratias speciales et donationes ad praesens duximus faciendas. etc.* id, quod ipsum in alterius generis Lit. an. 1256. palam refertur. — Hodie distinctis altisque eiusdem Archi-Dioecesis Dignitatibus praefulget: Eminentissimus ac Celsissimus S. Romanae Eccl. Presbyter Cardinalis, et Princeps Alexander Rvdnay de Eadem, et Divék-Vjfalu, Metropol. Eccl. Strigon. Archi-Episcopus, S. Sedis Apost. Legatus natus, Incl. Regni Hung. Primas, Summus et Secretar. Cancellarius, Insignis Ord. S. Stephani R. A. Magnae Crucis Eques, et eiusd. Ord. Praelatus, S. C. et R. M. Actualis Intim. Status, et ad Exc. Consilium R. L. H. Consiliarius,

Ecclesiast. Commissionis Praeses, Incl. Comit. Strigonien. Perpetuus ac Supremus Comes, et ad Exc. Tabulam Septemuiralem Co-Iudex; cuius iam pag. 24. meminimus. Ipsa Archi-Dioecesis (iuxta Recens. Aszalay. an. 1825.) numerat: Canonicatus Act. 22. Abbatias Real. 4. Titul. 9. Praeposituras Real. 9. Titul. 10. Capitula Colleg. 2. in quibus Cannon. 19. Archi-Diaconatus 8. Vice-Archidiac. 37. Parochias 467. Clerum Eccl. 995. Regulares 486. Animas indistinctim 936,781.

c) Comitatus *Pestiensis*, cum *Pilis* et *Sólth* articulariter vnitus; nomen ab Vrbe Lib. Reg. Pestiensi mutuauit: ab ortu Heuesiensi Comitatui, Iazygiae item et Cumaniae minori iungitur; ab occasu Strigoniensi, Albensi, et Tolnensi contiguus; meridionali parte Bacsiensis; septentrionali autem Neogradiensis Comitatus, limites attingit. Foecunditas pro soli varietate diuersa est: qua enim septentrionem et occasum respicit, regio montibus et siluis horrescit; vbi vero in meridiem vergit atque orientem, planitiem occupat, et in parte aspera est ac inculta; id tamen eo tractu commodissimum, quod prolixa haec camporum series pascua praebeat rei pecuariae intertenendae vberrima. Parte alia summa frugum omnium est fertilitas; lignorum autem inopia: vino celebrandus venit Comitatus eo imprimis, quod promontoria Budensia fundunt. Incolas alit Hungaros, Slauos,

et ex parte Illyros, intermixtis hic illic Germanorum quoque coloniis. Fluuiorum, qui Comitatum rigant, multi sunt; in his tamen Danubius princeps: insulas vero tres hac regione reperies maiores, quarum vna est *S. Andreae* Vacio obuersa, solo fertili donata pagisque exculta, ad tria milliaria longitudine procurrens; alia *Csepelj*, eadem soli fertilitate gaudens, Regum condam Hung. voluptuarius secessus, hodie dominio Camerali subiecta; denique *Leporum*, alias S. Margarithae insula (de qua inferius proloquemur) modo ad Serenissimum Archi-Ducem Regni Hung. Palatinum et Locumtenentem Regium IOSEPHVM pertinens. Ceterum Prouincia haec tam prolixa est, vt a meridie in septentrionem ad 25. pene milliaria perpetua Danubii ripa amoenissima planitie procurrat; latitudine quatuor, alibi sex, et decem, explens. Quinque autem absoluitur Processibus, ab Vrbibus vel locis praecipuis denominata; qui sunt: Ketskemethiensis, Pesthiensis, Pilisiensis, Sólthensis, et Vaciensis. Numerat Ciuitates Lib. Reg. 2. Archi et Episcopales 2. Oppida 22. pagos 158. praedia ac diuerticula 282. incolas 479,920. Status personalis Magistratus Prouinciae: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus 1. Notarius Ord. 1. Vice-Notarii 3. Archiuarius 1. Perceptores Cassarum Generales 2. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Exactor Rationum 1. Iudices Nobilium Ord. 5. Vice-Iudices

Nobilium 10. Iurati Assessores Ord. 14. Perceptores Particul. 5. Commissarius Superior 1. Commissarii Processuales 14. Regestrator 1. Cancellistae 4. Geometrae 2. Physicus Ord. 1. Superior Chyrurgus 1. Chyrurgi Ord. 4. — Supremi ac Perpetui Comitis Dignitate Prouinciae praeest : Serenissimus Caesareus, Hungariae et Bohemiae Regius Haereditarius Princeps, et Archi-Dux Austriae Dominus IOSEPHVS ; cuius altam memoriam heic pag. 38. fecimus. — Ingremiatur regio: Archi-Dioecesibus Strigon. et Colocen. item Dioecesibus Alben. ac Vacien.

d) Wadingus Tom. IX. pag. 230. ad Sec. 15. scribit : *Budae quatuor fuisse Fratrum Domicilia*; trium certe ipse P. Schier. Bud. sacr. pag. 47. 74. et 78. ad Sec. 15. meminit : quartum (e vetustissimo Prou. huius MSS. in Aduersar. Lib. II.) arbitramur fuisse ad *S. Petrum Apost.* Pestini, quod postea an. 1443. auctoritate Eugenii IV. P. ad Patres Prou. Bosnae transiit ; cum Vrbs haec pro suburbio Buden. condam reputata fuerit. Interea de illis solum tribus Budae existentibus, paucis disserendi animus est. Primum Vetero-Budae (serius *Neo-Budae* nuncupatae, fide Diplomatis Ludouici I. an. 1355. praeproducti) S. P. Francisci vna cum Ecclesia, e conflatis incolarum eleemosynis an. 1301. exstructum fuisse, Gonzaga Oper. quadripart. de Prou. Hung. MSS. item Prou.

Marian. et Append. Synod. Pazman. testantur; quod, ob Metropolim propinquitatemque Aulae Regiae, celeberrimum nuncupaueris: in quo ceu principali Conuentu, recensentibus Ordinis Scriptoribus Capitula an. 1317. 1357. 1462. 1465. 1469. 1497. 1523. 1525. celebrata fuere. Post cladem dein Mohacsianam an. 1526. Vrbe a barbaro direpta, Patres Posonium se receperunt; Archiuo Prou. Hung. inter tot terrores multum vitiato. Recesserat quidem eodem anno barbarus, ast Patres redire tutum haud fore rati (cum maior pars Hung. eidem Turcae adhaereret) emansere penitus, nec nisi Confessarium cum socio ad spiritualia ibidem Clarissarum obsequia reliquere; vnde an. 1533. in Tabula Capituli Varadiensis non exstat amplius memoria huius Conuentus, sed vnius tantum Confessarii Monialium, qui fuerat Custos Nitriensis. Anno dein 1541. quo Solymanus viduam Isabellam cum pupillo Ioanne Sigismundo expulit, ac Budam suae tyrannidi prorsus subiecit; Moniales perinde, relicto Conuentu, Posonium conuolarunt (Praepositura S. Petri, celebratissimis Coenobiis Ordinis nostri, et Clarissarum, nec non ceteris, solo aequatis) vt merito cum Belio dixeris: *Buda fuit, non est; gemebundus perge viator.* — Alter Fratrum Ordinis huius Conuentus erat in *Insula Leporum;* de qua Topographus Hung. Bombardi, Edit. I. pag. 25. ita com-

mentatur: „Insula Leporum quondam satis vasta, modo admodum exigua extra Danubii aquas e regione thermarum, quas superiores vocant, emergit; temporibus tam Belae IV. quam Stephani eius filii aedificiis gaudebat magnificis: visebantur enim ibidem Palatia nobilium quam plurima, tum maxime Regium et Archi-Episcopale, item Monasteria tam PP. Franciscanorum quam Praemonstratensium; ne quid dicam de Parthenone nobilissimo opulentissimoque B. Mariae Virginis, quod Bela IV. fundauerat, Stephanus autem filius ac nepos Ladislaus plurimum ditauerunt, quod B. Margaritha praefati Regis filia diui Augustini Regulam sub cura PP. Dominicanorum professa incoluit, vnde etiam *Insula B. Margarithae* audit. Dum Insula floreret, Danubius partim muro, partim vallis (quin tamen exundantis interdum fluuii aquae omnino prohiberi possent) arcebatur, fuitque in ea pagus D. Pauli cum Paraecia; subacta vero a Turcis Buda, ob barbarorum negligentiam, aggeres maximamque terrae portionem Danubius sustulit.“ Haec Topographus; quo loco addit Müllerus in Epitom. vrb. Bud. pag. 135. praeter memorata Coenobia in eadem Insula etiam Monasterium Cisterciensium cum Praepositura S. Michaelis Archangeli exstitisse. Nostri vero Ordinis heic Conuentus fundatus fuit an. 1270. per Belam IV. et Stephanum eius filium, eratque Ec-

clesia honori S. Clarae Virg. dicata; inquiunt Wadingus, Gonzaga, et Archiuum Prou. Hung. Appendix tamen Synodi Pazman. erectionis an. 1272. assignat. In hac Ecclesia tumulatus postea fuit Stephanus V. Rex. Hung. Belae IV. filius; celebratum etiam in hoc Conuentu Capitulum an. 1288. probabiliter omnium in Hungaria *primum*, tum aliud an. 1308. fide Literarum eotum Ministri Fr. Stephani, in Conuentu de Insula oct. Idus Aug. 1288. datarum, et in Archiuo Prou. Hung. sub eodem prorsus hodiernae Prou. Marianae Sigillo in origine exhaerentium. Huius Conuentus meminit Wadingus adhuc ad an. 1400. tamquan cum residuis tribus ad Custodiam Albensem relati. Post cladem Mohacsianam desolatus periit, quum nulla amplius eius memoria supersit in Tabula Capituli Varadien. an. 1533. — Tertius nostri Ordinis Conuentus erat Budae in arce ad *S. Ioannem Euang.* vbi hodie vulgo Garnisonalis Ecclesia dicitur; occassione cuius implexam quaestionem: an ante Turcarum aduentum isthaec Prouincia (eotum Vicaria Bosnen.) heic quidpiam egerit, incolatumque vna cum paris idiomatis populo praehabuerit? Domino adiuuante paucis dirimendam suscipimus. Imprimis Chronicon MSS. Prou. Marianae (nobiscum a Reuerendissimo quodam viro amice isthic communicatum) eatenus audire libeat: ***Mox vt Bela IV. Budam nouam***

exstruere munimentisque firmare coepit, illico Ordini ac Prouinciae huic nostrae Coenobium (*vt P. Franc. Gonzaga saepius scribit*) *Regio aedificio construxit an.* 1270. *adiecta Basilica diuo Ioanni Euangelistae dicata . . . quatuor certe loca seu Conuentus coluit Ordo et Prouincia haec nostra . . . ita cum Chronologis regni Wadingus, Gonzaga, ac omnia Prouinciae nostrae vetustissima Manuscripta.* Argumentum isthoc egregie euoluit percelebris Ordinis Chronologus *Greiderer*, in Chron. Geogr. hist. Tom. I. Lib. 2. n. 258. ab ipso Ministro Generali Paschali a Varisio collaudatus; cuius verba haec sunt: *Gradum facio ad Conuentus, de quibus mihi positiua notitia suffragatur, quod ante deriuationem Prou. Hung. ex Bosnensi isti ad tempus obedientiam praestiterint, suntque hi: Conuentus Budensis S. Ioan. Euang. . . Bela IV. Rex Hung. S. Elisabethae Thuringiae Landgrauiae frater, iuxta Castrum Budense an.* 1269. *Conuentum magnificae formae, S. Ioanni Euangelistae sacrum* (*vti mihi R. P. Eugenius Kosa, Prou. Hung. S. Mariae Custos, ex istius monumentis, Epitome chronologica, ac Topographia Regni Hung. refert*) *pro Minoritis monticulo instrauit; qui Custodiae Albaregalen. in Prou. Hung. attributus, ac Conuentualismum lapsu temporis sectatus, opera Iuliani Cardinalis et Legati Apostolici, ad instantiam Regis et Dy-*

nastarum Hung. an. 1443. *Conuentualibus subtractus, et Obseruantibus Prouinciae Bosnae concreditus fuit: quam dispositionem Summi Pontifices* Eugenius IV. an. 1445. (quo Prou. Hung. a Vicaria Bosn. secessum vetabat) nec non Alexander VI. an. 1492. firmarunt. *Prouincia Bosnae an.* 1448. *bipartita, Conuentus hic Prou. Hung. de Obsu. sub Custodia Strigon. remansit; et, Turcis Budam expugnantibus, euanuit. Miror, quod Gonzaga istum . . . ac Illokinensem Prou. Hung. S. Mariae, adscribat? ratio: Prouincia Hung. S. Mariae, vti monumenta eiusdem dant, ante an.* 1521. *congesta fuit ex Conuentibus Conuentualium reformatorum; Prouincia vero SS. Saluatoris* (dicere voluerit Bosn. ex qua illa, iuxta Nicolai V. Bullam: *Cupientes.* prid. Idus Maii 1447. ante an. 383. processit) *ex Conuentibus Obseruantium, seu de Familia* (id, quod nos in Chron. Prou. an. 1823. Sect. I. pag. 56. seq. amplius demonstrauimus) *vltra hunc Prou. S. Ioan. Capistr. Budae in ciu. Aquatili Conuentum S. Franc. Stigm. recenset.* Fidem Chronologi, absque partium studio ex inductis fontibus scribentis, sequentibus insuper documentis saluamus: I. *Prouinciam* quidem S. Mariae in Hung. nos merito heic antiquissimam statuimus; sed eam, adseueratione Chronologi, vsque ad initium Sec. 16. *Conuentualem* fuisse, e Literis Gregorii IX. 17.

Cal. Sept. 1234. causa Andreae Regis Hung. *Ministro Strigon.* scriptis, arguimus. Idem vetustissimum illius almae Prouinciae MSS. in huius Prou. Aduersar. Lib. X. n. 12. exhaerens, indigitat hisce: *S. Ioannes Capistranus Conuentus hos reformauit, et Regularem Obseruantiam induxit an.* 1455; par igitur de Ord. Capitulis, an. 1313. 1335. 1391. etc. isthic celebratis, iudicium esto. — II. Conuentus Hung. ad obedientiam reductos, sub Obseruantia *Vicariae Bosnensis* vsque ad dimidium Sec. 15. constitisse, tam Bulla Eugenii IV. *Etsi ex debito.* non. Cal. Febr. 1444. quam Literae Praelatorum ac Baronum Hung. Buda e Congreg. Gen. sub 6. Aug. 1455. ad Calixtum III. exaratae, et a Wading. e Regest. Vatic. ad hunc an. n. 65. productae, ita adfirmant: *Recolimus namque, cum adhuc ipsi Fratres de Obseru. pauca loca in hoc Regno, plura vero in partibus Bosnae habuissent, quod tam ista, quae in hoc Regno habebant, quam illa in partibus Bosnae existentia, sub vno Vicariatu scilicet Bosnensi habebantur.* — III. Praememoratum S. Ioannis in arce Conuentum paulo citius quam Chronologus e relatione Kosae statuit, Vicariae Bosn. Obseru. traditum fuisse, e domesticis Scriptoribus hariolamur; in eo certe *S. Iacobum de Marchia* (Vicarium Vicariae Bosn. in serie XIV. ab an. 1435. vsque 1441. ex Chron. Prou. Sect. II. pag. 286.)

anno 1438. diuersatum fuisse, Scriptores patrii prodidere apud Shier. Bud. sacr. pag. 48. de quo Thurocz. Part. IV. cap. 25. expresse ita: *Videns* (B. Iacobus) *conatus suos, in reprimendo aduersus Germanos ciues tumultu inutiles, ad Monasterium suum moestus est reuersus;* quod, si ad Vicariam Bosn. eotum non pertinuit, nullo pacto adseri potuit. Cons. perinde Aeneam Sylu. Hist. Europ. cap. 1. — IV. Ipse Chronologus Prou. SS. Saluat. in Hung. Vrbanus Fridrich Part. I. cap. 2. n. 19. seq. ita fatetur: *Iulianus Cardinalis, Sedis Apost. in Hung. Legatus, plures Conuentus in Hung. accipit Conuentualibus, et dat illos Obseruantibus* (*Vicariae Bosnae*, ibid. n. 21.) *quod factum adprobat Eugenius IV. in Bulla* Sacrae Religionis. *an.* 1444. *in qua Conuentus pro nobis confirmat, nominatim Budensem, Pesthiensem, Szegediensem*, etc. — V. Ab instituta demum solemni an. 1448. a Vicaria Bosn. Obseruantium Hung. diuisione, idem Conuentus (memorante Chronologo l. c.) Prouinciae Hung. sub Custodia Strigon. adhaesit; vtri, S. Mariae, vel SS. Saluatoris? nostri fori non est definire: tametsi huius subinde prae illa *praetensionem*, ab expulso Turca, etiam in Generalibus Ordinis Comitiis agitatam, tum an. 1716. auctoritate Regia pro Marianis diremtam, alicubi legerimus; de qua vid. praememoratum Fridrich l. c. cap. 5. n. 166.

Porro, in huius Conuentus Templo *Andreas III.* vltimus stirpis Hung. Rex an. 1301. et *Ioannes* Archi — Episcopus Colocen. an. 1309. quem paulo post *Iacobus* Episcopus Scepusiensis secutus fuerat, tumulo illati fuere; atque huic Templo deberi existimamus, quod Bonfin. Decad. V. Lib. 5. pag. 54. narrat ad an. 1495. *In Aede S. Ioannis conuentum nobilium virorum frequentissimum fuisse habitum a Vladislao R. ad dandam rationem repudiatarum Beatricis R. viduae nuptiarum, aliaque Regno vtilia pertractanda.* Conuentus demum, *Turcis Budam expugnantibus*, *euanuit*, ait Chronolog. l. c. Patribus Prou. Bosn. hodie Capistranae sub toto Turcarum dominatu, Budae, Pestini, et Albaeregiae *diuina* curantibus; fide publici Instrumenti Ciuitatis Metropolitanae Budensis sub 16. Iul. 1746. Aug. M. Theresiae porrecti (in Chron. Prou. an. 1766. Part. II. §. 8. pag. 203.) ex quo eorum isthic cum Turcarum aduentu *existentiam* arguas. Longa barbari dominatione cum Conuentu memorato fere periit Ecclesia, ipsaque turris postrema in obsidione nostrorum tormentis bellicis pessime fuit habita; quod ea velut suggestu tormentario vsus *Iudaeus* machinator, nostris plurima damna intulisset. Hoste depulso, opera *Patrum Prou. S. Mariae* Coenobium cum Ecclesia an. 1717. super ruinis excitum; sed illud an. 1787. reductum, ac in vsus

Exc. Dicasterii conuersum, exstitit: Ecclesia (recentius a gloriosa coronatione FRANCISCI I. fel. Imp. ac Reg. 6. Iunii 1792. memorabilis) pro diuinis *Militiae praesidiariae*, benigno Rescripto dd. 27. Aug. 1818. N. 2152. destinata.

e) Vid. Chron. Prou. an. 1766. pag. 203. §. 8. seq.

f) Rescript. Leopoldi I. dd. 20. Iun. 1691.

g) Exc. Camer. Aul. sub eodem dat. 1691.

h) Protocoll. Senat. Buden. sub 22. Iun. 1733.

i) Instrum. Caes. Reg. Geometr. dd. 30. Aug. 1708. Cons. Chron. Prou. l. c.

k) Seculo 14. hoc fere in loco viae Regiae PP. Augustinianorum Ecclesiam cum Conuentu exstitisse, extra controuersiam ponimus; ita enim in Literis (eorundem Monasterium Deésuarense concernentibus) an. 1505. datis, apud. Schier. Bud. sacr. pag. 71. refertur: *Coram nobis personaliter constitutus, adstantibus et adhaerentibus ibidem Religiosis Fratribus, Thoma videlicet de Zakan sacrae Theologiae Baccalaureo, et Paulo de Papocz Ordinis S. Augustini in Claustro beati Stephani Proto-Martyris in suburbio Budensi fundato, degentibus.* Ioannes vero Merniavich Episcopus Bosnensis adserit: in Ecclesia Patrum S. Augustini Eremitarum, circa an. 1525. tumulatum fuisse *Mathiam Baraczka*, illustris Ordinis Ioannitarum Priorem Auranae, qui multum acce-

ptus

ptus erat Vladislao II. et Ludouico II. Regibus Hung. Anno vero 1541. interitum habuit communem cum omnibus Ecclesiis et Monasteriis huius Vrbis Metropolitanae, cunctis ab eius captiuitate profanatis. Feliciter demum a iugo Turcico elibertata Buda, Patres Eremitarum S. Aug. de longa Manica an. 1699. denuo horsum remearunt, opera P. Ladislai Bernadovich eiusdem Ordinis Alumni; iactis pro Ecclesia et Conuentu (eodem fere quo olim steterant versus Danubium tamen attracto loco) 22. Aug. an. 1707. fundamentis, ac subsidio piorum fidelium an. 1770. ad apicem perductis: queis Altissima Voluntate Regia an. 1785. Patres huius Prouinciae Capistranae e Conuentu Aquaticensi (pro Monialibus Elisabethinis destinato) vna cum Parochiae administratione successere. Quorum necessariam, vti alibi ita ab olim heic quoque, existentiam Clementi Rescripto testari dignatus est Leopoldus I. dd. 20. Iun. 1691. inter cetera inquiens: *Eosdem PP. Franciscanos Prou. Bosnen. in attacto loco confirmamus; vt nimirum iidem stabiliti vineam Domini, in qua etiam sub dominatu Turc. cum manifesto vitae periculo diligenter operati sunt, nunc tanto zelosius (potissimum inter Gentem et Nationem Rasciano-Catholicam) excolere ... valeant.* Cons. Chron. Prou. 1766. Part. II. pag. 204. atque hoc ex incidenti: *Prou. huius Religiosos Budae ineuitabi-*

les esse; palam declarauit Aug. Iosephus II. medio Exc. Cons. R. L. H. sub 8. Mart. 1785. N. 6505. — Hodierni itaque Conuentus (inter singularem eotum Ord. Religiosorum cataclismum) retentionem, ab Caesareo-Regia Clementia, Prouincia debet memorabili viro P. *Iosepho Iakosich;* qui et Domicilium Budae prudenter retinere, et insignem Bibliothecam impigre adornare, nouit. De hac, vti et de illo, Scriptorem Schams Descript. Vrb. Buden. pag. 323. audire libeat: „Unstreitig ist dieser Vielen unbekannte Bücherschatz der zahlreichste unter den dasigen Privat-Bibliotheken. Ich bin nicht vermögend, dem Publikum eine genügende Aufklärung darüber zu geben, denn wer nicht Zeit hat, diesen Schatz Monathe lang zu studieren, der wandelt in den kleinen Zimmern, wie durch einen Wald, und kann von jenen nichts mehr sagen, als von diesem, ich habe Bücher, ich habe Bäume gesehen. Ein zwar junger, aber emsiger Bruder dieses Ordens war bey meinem Besuche eben beschäftigt, durch einen neu zu verfassenden Katalog sich mit dieser Bibliothek näher bekannt zu machen, und ihm verdanke ich die spätere Mittheilung, daß diese Sammlung, nach einer oberflächigen Zählung, 7000. Bände enthalte. Das Vorzüglichste, worauf mich der junge Mann aufmerksam machte, ist eine große Zahl von Manuscripten in 158. theils Folio, theils Quart-Bänden, die schon darum doppelt schätzenswerth bleiben, da selbe nach einem flüchtigen Uiberblick, größten-

theils als Dokumente und Merkwürdigkeiten des Inlandes gesammelt sind ... Den Klosterschatz größtentheils der abgelebte Ordensbruder, Ioseph Iakosich, mit einer bewunderungswürdigen Thätigkeit zusammengetragen hat. Von diesem verdienten Manne, einem gebornen Ofner, folgt weiter unten eine kleine biographische Skizze. Tum, idem auctor l. c. pag. 376. ita prosequitur: Dem Ioseph Iakosich, Ordensbruder der dasigen PP. Franziskaner einem gebornen Ofner, gebührt das unvergängliche Verdienst, der Stifter und Sammler der schon genannten Kloster-Bibliothek gewesen zu seyn. Er war es, der durch eine Reihe von Jahren, bis an sein Ende, bloß den Wissenschaften lebend, die zahlreichen Bände allmählig zusammentrug, und so viele Manuscripte und Urkunden dem Dunkel der Vergessenheit entrieß, um sie in eigenen Bänden zu ordnen, oder mit eisernen Fleiß selbst zu kopiren. Billig gebührt diesem Manne ein Platz in den Annalen der Geschichte Ofens ... Der Orden ernannte ihn zu seinem Sekretär, und im nächsten Konvent zum Provinzial, welche Würde er, nach den Statuten des Wahlrechts, mehrmals bekleidete. Seine vielseitigen Verdienste um die vaterländischen Wissenschaften hatte der Kardinal Batthyány mit der Würde eines Konsistorial-Rathes im Graner Erzbisthum zu lohnen gesucht. Er starb zu Ofen, den 13ten Febr. 1804." Cui Prouincia, publicis Encyclicis Literis eodem an. inter cetera

ita parentauit: *In Capitulo Prouinciali, Vukouarini readunato, tertium Minister Prouincialis reelectus est, Clauum tenens Prouinciae* 6. *annis*, 9. *mens. minus* 12. *dieb. ea prudentia, magnitudine animi, constantia, probitate, et fide; vt de eo merito dicere possimus: Officium ab eo condecoratum fuisse. Ad leniendos tamen vtcumque dolores nostros (vt ex singulis pauca libemus) reuocate, quaeso! in memoriam vestram, Fratres charissimi! quae fuerit in negotiis illius cum publicis tum priuatis penitus introspiciendi sagacitas ac perspicacia, quae celeritas in extricandis et ponderandis maturitas, in gerendis cautio, in conficiendis diligentia; quae vis, quod animi robur in sustinendis, quae tenax et adamantina memoria, qua omnia retroacti temporis negotia singula, quae illa spectare poterant puncta apicesue, minutissima persequebatur quaeque, et quam facile praeteritorum recordabatur, quam acute cernebat praesentia, tam caute futura praeuidebat?* Cons. Chron.. Prou. an. 1823. Sect. II. pag. 313. seq. Huc adde insigne in eius mortem, a percelebri Viro grati animi causa confectum, Carmen: „Occidit ante suum (nostri aeui gloria) tempus — Iakosich; huc tuleras inuida Parca manum? — Si tibi Saeua! fuit feriendi tanta libido; — Mille alii poterant exsatiare sitim. — Si potis es, numera, quot praeceps vulnera forfex — Hungaro, et Illyrico, qua patet, orbe tulit? — Magnam

animam ipse Charon stupuit, sutilemque carinam — Sarsit; ne tanto pondere lassa ruat. — Vidi ego Sacratos, vidi quoque saepe Profanos — Rebus in incertis consuluisse Virum. — Ter Patres rexit, Francisci sacra secutos — Si regere est: placida ducere membra manu. — Quidquid sacra Themys dubii proferre solebat — Iudicibus lumen, consiliumque dabat. — Bellarmine caue, nostris laudarier oris, — Hoc viuente tuus, statque, ruitque vigor. — Hunc Clio voluit penetralibus esse Ministrum — Nouit, quae vetus, et quae nouus orbis habet. — Romulidum numos, quaeris, Graiosue? quid vltra tendis? quod quaeris, **Iakosich** vnus habet — Codicibus raris, multisque referta supellex — Aeternaturi nominis exstat Opus."

Sed iam ad expositionis meritum regredi libeat. Celebris supra Budam in ambitu Parochiae viae Regiae vallicula est, quae a Coenobio *D. Pauli Eremitae* nomen trahit; visitur ea versus occidentem, duos inter montes depressa, in qua illud Coenobium cum Ecclesia S. Laurentii circa an. 1304. singulari industria P. Laurentii Ord. illius Generalis fundatum fuit. Quod successu temporis, munificentia imprimis Caroli Regis, deinde Ioannis Comitis de Ovár, ac Pauli Veneti ciuis Budensis, aliorumue fauoribus adeo fulciebatur; vt supra omnia Ordinis Domicilia amplitudine, diuitiis, et numerositate Fratrum caput etulerit. Requieuerunt heic Exuuiae S. Pauli I. Eremitae (quas Ludouicus

I. a Venetis per conditiones pacis acceperat) depositae isthic decimo octauo Kal. Decemb. 1381. per Demetrium Cardinalem et Metropolitam Strigon. adsistentibus Episcopis, insequente longo ordine Monachorum et Clericorum, ac ipso Rege Ludouico, multoque vtriusque sexus Populo; cuius translationis memoriam habet Breuiarium Ordinis, Venetiis an. 1540. excusum: ita Ioannes Archidiaconus de Kikulén, Eccl. Transilu. Vicar. Gen. in vita Ludou. Reg. cap. 41. In hac S. Laurentii Ecclesia tumulatum fuisse *B. Ioannem Dominici*, S. R. E. Cardinalem Legatum, an. 1418. Budae decedentem; notat Schier l. c. pag. 97. Ludouicus II. dehinc an. 1522. e Bohemiae Regno Caput S. Pauli I. Eremitae translatum, hucque illatum, praesente Episcopo Simone Zagrabien. Coenobium illustrauit; referentibus Annalibus Ord. Paulin. Lib. II. cap. 35. pag. 287. ast hoc flore, paullo post infelicem cladem Mohacsianam, intercidente. Sua quippe amplitudine (in longit. 40. Org. totidemque in latitud.) ac venustate barbari furias in se concitauit; vbi 25. Fratribus crudeliter enectis, incinerata testudine Sanctuarii, Imaginibus frustratim concisis, suffossis Sepulcris, prostratisque Aris, lamentabilis rerum metamorphosis euenit. Protegente tamen Deo, Exuuiae D. Pauli Trencsinium in Castrum Vaiuodae Transilu. decenti pietate repositae quidem; at ab Milite eo veniente, amaro

piorum sensu, igne absumtae sunt. Cons. Aduersar. Prou. Tom. III.

l) Sub administ. temporal. Spect. D. CHRISTOPHORI SZETH, L. R. et Metropolitanae Vrbis Budensis Act. Iudicis, Gen. Prou. Syndici Substit. ac eiusdem Conuentus Syndici Apost. cuius iam pag. 13. meminimus.

m) Cons. isthic pag. 70. lit. h.

n) Itid. isthic. pag. 79. lit. i.

o) Itid. l. c. pag. 52. lit. g.

VII.

Conuentus Poseganus; S. Spiritus *a*)

In Dioecesi Zagrabiensi, b) Comitatu Posegano: c) cum lapsu Sec. 13. *verosimilius structus, d) ast altero duntaxat Seculo Fratribus Obsuer. traditus, e) a Turcis an.* 1544. *primum vastatus, tum an.* 1573. *alterum incensus, et in diutinam Residentiam redactus, f) tandem opera Patrum an.* 1708. *denuo restauratus, g) subinde suppressus, ast sub* 19. *April.* 1796. *N.* 7600. *pro Velicensi permutatus, sequaciter in nexu* 15. *Iulii* 1789. *N.* $\frac{28889}{26284}$ *cum duodecim Sacerdotibus et duobus Laicis clementer restitutus; Scholas Normal. ac partem Gymnasii Reg. prouidet. h*)

Lingua Illyr. *i*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Adalbertus Horváth, Illyr. Slauon.	30. Sept. 1783.	15. Sept. 1805.	15. Sept. 1806.
R. P. Andreas Liscsevich, Illyr. Slauon.	24. Nou. 1752.	14. Iul. 1772.	14. Iul. 1773.
M. V. P. Bonifacius Mojetzky, Slau. Hung.	6. Mart. 1789.	1. Iun. 1810.	17. Iul. 1811.
M. V. P. Basilius Paulovich, Slau. Hung.	12. Iul. 1785.	19. Oct. 1807.	19. Oct. 1808.
M. V. P. Ivo Abramovich, Illyr. Slauon.	23. Mart. 1795.	25. Ian. 1815.	23. Maii. 1816.
M. V. P. Martinus Gjurich, Illyr. Slauon.	1. Apr. 1803.	23. Oct. 1822.	11. Dec. 1825.

Germ. *k*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
2. Febr. 1809.	Illyr. Hung. Germ. Polon.	Guard. Conc. et Secret. Prou. Em. ac Biblioth.
25. Maii. 1775.	Illyr. Germ.	Sacerd. Iubil. Consult. Prou. Em. Distr. et Spirit. cum facult.
18. Oct. 1812.	Slau. Hung. Germ. Illyr.	Vicar. Discr. Sup. Sacr. Com. Mag. et Spirit. cum facult.
17. Oct. 1809.	Slau. Hung. Germ. Illyr.	Capellan. Milit. in Mezöhegyes.
22. Oct. 1820.	Illyr. Germ.	Magist. Prim. Schol. Nat. Conc. Illyr. Ann. et Protocoll.
27. Aug. 1826.	Illyr. Germ.	Mag. Secund. Schol. Nat. Conc. Illyr. Ann. et Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Peregrinus Heiler, Germ. Hung.	20. Apr. 1806.	1. Dec. 1823.	22. Apr. 1827.
M. V. P. Marcus Klasanovich, Illyr. Slauon.	10. Iun. 1803.	1. Dec. 1825.	12. Iun. 1827.
Fr. Ephrem Gaspary, Hung. C. Nagy-Hont.	22. Febr. 1786.	8. Iun. 1814.	8. Iun. 1815.
Fr. Valentin. Mishevich, Illyr. Slauon.	25. Iul. 1802.	18. Dec. 1824.	18. Oct. 1826.

a) *Posega* (in Pannon. Inf. dehinc Secunda) an Municipium, vel Ciuitas Rom. fuerit? tacentibus super eo monimentis, ignorare cogimur; de qua, si Tab. Peutinger. audias, nihil certi eruas. Doctissimus tamen Ritterus vet. *Inicerum*, ex Hodoeporico Antonin. itinere ab Hemona per Sisciam Sirm. heic statuit; cuius etiam Regium, Blandinian. Neapolitan. et Longolian. meminere. Atque id numeri Itinerarii, viis mediterraneis per flexum

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
31. Maii. 1829.	Hung. Germ. Illyr.	Prof. Lit. Hung. ac R. Gymn. Suppl. et Expos. Casuum.
28. Oct. 1827.	Illyr. Germ.	Prof. I. Gramm. Exh. Laicor. et Organist.
„	Hung. Slau. Germ. Illyr.	Laic. Coqu. Hortul. et ad seruit. Conuent.
„	Illyr. Germ.	Quaest. Organ. Suppl. Ianit. et Cellar.

(queis *Certissam* Tabula quoque memorat) ab Siscia vsque Cibalas CXL. M. P.=28. milliar. geogr. innuunt; perinde alterum Hodoeporici iter, Siscia (per *Variana*, *Aquas Balissas*, *Inicerum*, *et Strauiana*) Mursam vsque CXXXIIII. M. P. = 26⅔ milliar. geogr. idem suadet. Cons. Wesseling. Itin. Anton. pag. 265. Locus dehinc, ab propulsis Romanis, *Recatina απο τȣ* Rika, a fl. Picentina hodie Orljava praeterlabente (in vet. Topogr. Hung.

an. 1718.) verosimiliter indigenis dictus; ab Ostrogothis demum apud Sentiuan. Part. I. decad. 3. *Bassiana* (ast non illa, cuius Ptolem. Notit. Imp. ac Itiner. Antonin. intra Sirmium et Taurunum meminere, de qua inferius commentabimur) vocitatus; ab Hungaris autem Sec. 9. *Posago*, Sec. 11. *Posaga*, in Radonis Palatini Testam. an. 1057. (Timon. Lib. II. cap. 2. pag. 15. habet *Bosga*) apud Novotny vero Sciagr. Hung. Fascic. I. pag. 128. *Poieg* (nescimus vnde? nisi inde *Polje* campus Poseganus prodierit) nuncupatus; peramoenam, siluosis coronae instar cinctam montibus, Mursam inter ac Seruitium Rom. occupat plagam: quam ideo foecundissimum omnigenarum frugum pomarium regnicolae depraedicant, apud Mitterpacher et Piller Itin. Slauon. an. 1783. pag. 49. Posega, dom. 512. et incol. 4839. numerans; distat — *Essekino*: meridiem inter et occasum LXV. M. P. seu postis $6\frac{1}{2}$ = 13. milliar. geogr. — *Buda*: CCLVI. M. P. seu post. $25\frac{1}{2}$ = 51. milliar. geogr. — *Vienna* CCCCXXXVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. $43\frac{3}{4}$ = $87\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — Cum Hungarorum eorsum aduentu Prouinciae indigenas *Illyrios* fuisse, arguit eruditus Ludouicus Nagy, in Statist. Geogr. Hung. Tom. II. pag. 21. inquiens: *Hungaris partes has irruentibus, et Ciuitatem Poseganam ferro ac igne domantibus, a combustione* (Illyrica voce designante *Poxga*, Aoristi instar, combussit) *Posga*

seu Posegavár ab Arce habita, dicta. Vrbis gloriam vsque ad Alexandri M. epocham, fundamento solum prouocati ab Auctore Diplomatis Alexandrei Genti Slauae elargiti, et inter parietes Pragenses conficti, perducere; aut eam nomine *Valeriae*, contra Romanorum Scriptorum fidem, insignire, nullo pacto audemus: illud fortassis felicius ex Neumannianis numis tetradrachmis, hac in Prouincia repertis (vti ad Mursam) id praestituri. Praememorati Diplomatis contextus (ab Katanc. Geogr. vet. Part. I. pag. 230. inter supposititia iure relati) prae ceteris habet: *Alexander Philippi Regis Macedonum . . . Illustri Prosapiae Slauorum, et Linguae eorum pacem* etc. Vbi, quaeso! tempore Alexandri M. Slauorum vel Slauoniae nomen? quis vet. Scriptorum aut numorum aut titulorum aut cipporum illius eotum heic meminit? Scylace, Herodoto, Scymno, atque Q. Curtio (qui vitam Alexandri studiose conscripserat) eatenus prorsus tacentibus; quo loco ea, quae antea pag. 7. et 53. seq. protulimus, relegere haud pigeat. Maiorem isthaec Regio memoriam meretur ab suis Principibus *Batone* et *Pinees*, heic a Rom. deuictis, et in triumphum ductis (vt pag. 127.) vbi de illius posteris, e Regno Epigraphico quidpiam prolatu haud inamoenum censueris. In solo Budae veteris, teste Muratorio (qui e schedis Caponii Sicambriam vocat) lapis erat, in quo *Bato Nerita-*

nus fratri suo *Pacato Mucaris* monimentum fieri curauit: Miles fuit *Leg. II. Adiut. stipendiorum XVI. annorum XXV.* In alterutrum numerum irrepserit mendum; nam ab anno decimo octauo aetatis, lege veteri, conscribebantur milites: hunc nouennem fuisse oportet, cum nomen militiae daret, quod sine exemplo videtur; nisi opulentiae et nobilitatis gratia in Collegium educandae iuuentutis adeo mature adsumtum velis. Opulentiam indicat haereditas, quam fratri reliquit: *Ex testamento fieri curauit hs. n. DCCC.* vbi simplices sestertii intelligi nequeunt; quid enim denarii 200. nostri 60. floreni, seu pro haereditate seu pro monimento construendo facturi erant? Sensu medio accepti, numero in *mille* ducto, 60,000. fl. substantiam efficiunt, quae pro ea aetate vulgaris non est. Ex vtriusque porro nomine opinari subit, hos diuites adolescentes e stirpe Regum Pann. et Dalm. ortos fuisse, non diu post memoriam *Batonum.* Legionem II. Adiutricem instituit Vespasianus Imp. in Pannonia Inf. qui regnare coepit 60. annis posterius, quam Batones armis Rom. deuicti fuere: vnde adolescentes hi Batonis nepotes esse poterant, quorum alter se Naronen. alter Macaren. fuisse cognomine ostendunt. Simile nomen legitur in marmore Celeiano: *Batro Celeian.* cuius epigraphen Gruterus ex Appiano hausit; forsan et heic *Bato* scriptum erat. Sed neque prius

illud male habet: vtpote *audacem animo*, populari sermone (*ἀπὸ τȣ͂ vatren*), denotans; teste Katanc. l. c. pag. 507. — Hinc iam ad argumentum regredi libeat. Vrbis Poseganae veterem sub Romanis amplitudinem, ex repertis in agro Terstjanovcensi (quarto, per vicum *Bertelovce* ab Vrbe lapide) posterioribus Rom. *numis*, et quidem Antonini, Gordian. Maximian. Diocletian. Valentin. aeneis, Lucillae veró Aug. ac Neruae Imp. argenteis, metiri liceat; quos antememorati Reg. Scient. Vniu. Pest. Doctores, ac Decreto Regio exmissi illius plagae scrutatores apud Dominii Mitrovic Praefectum, cuius iuri ambae possessiones subsunt, semet oculis propiis lustrasse fatentur: quorum proinde *αυδεντιαν*, ceu originale, nec minoris quam epigraph. auctoritatis, monimentum, teste Schoenuisn. Antiquit. Pann. nemo absque temeritate impugnauerit. Eorum syllabum Patarol. in Notit. numism. Imp. pag. 214. seq. prodidit. Ciuitatem elegantem, mercatoribus admodum frequentem, ac 1000. domibus claram fuisse; ante centum duodecim annos scripsit Bombard. in Topogr. Hung. pag. 240. Sed ante eum adhuc remotiori aetate grandiorem Vrbem, totus Slauoniae Inf. Metropolim, ac decem mille domibus constantem; huius ac Cernek. Conu. vet. Chronicon, auctoritate Hist. Auuenim. del' Armi Imperial. contro Ribelli et Ottom. pag. 174. memorat.

In ipsa Vrbe medius assurgit collis, vetusta Arce coronatus; quem, fundamento praemissorum, ob subterraneum quoque ad Picentinam cuniculum, opere Rom. excitum arbitramur: Octauianus certe, ab expugnata an. ante Christ. 34. Siscia, et Germanicus in hanc Prouinciam aduersus *Batones* Princ. an. Christ. 8. cum Exercitu profectus, eam haud praeterierint, teste Dion. Hist. Lib. 45. Municipium, cum tota dehinc Regione, ab inundantibus Sec. 5. seq. gentibus dire vastatum ac per vices diuexatum exstitit; de quibus heic quidpiam memorare expedierit. Thurocius in Chron. Hung. Part. II. cap. 13. scribit: *Attilam* iam an. 401. ab Hunnis Regia dignitate ornatum fuisse, Hunnosque tunc temporis iam 28. annis in pacifica Pannoniarum possessione mansisse; ex aduerso Anonymus Belae R. Notarius, in Hist. de VII. Duc. Hung. cap. 1. Hunnorum et ipsius Regis Attilae in Pannonias aduentum nonnisi an. 451. adfigit. Ast, neuter rectum habet: certum enim est ex coaeuis ac aetate proximis Auctoribus, Attilam Regia potestate Hunnis imperare coepisse sub an. 434. certum praeterea, initio Regni Attilae non omnes Pannonias, sed *Sirmiensem* duntaxat cum parte Sauiae (hod. Slauoniam) Hunnis paruisse; idque vi foederis, hoc vel praecedente anno cum *Aetio* Rom. Occid. Duce initi. Imo ex Prisco Rhetore, qui legatione apud Attilam perfunctus erat, constat:

stat:

stat: ne Sirmien. quidem Pannon. totam eo tempore ab Hunnis possessam fuisse; cuius caput *Sirmium* adhuc a Romanis Orient. tenebatur, quod aegre tulit Attila. Itaque an. circ. 441. Sirmium, ab Apennio Praefecto Praetorio Illyrici fortiter defensum, arctissima cinxit obsidione, factoque adsultu cepit ac euertit. Huius excidii meminit ipse Priscus, referens controuersiam Attilam inter et Valentinianum Aug. exortam de *pateris aureis, post Sirmii excidium Romam delatis;* meminit etiam Iustinianus Imp. in Nouellis, vbi refert: Apennium Praetorio Praefectum *perdito Sirmio* profugisse Thessalonicam, eoque deinceps ipsam quoque Praefecturam Illyrici et Sacerdotalem honorem (idest ius Metropoliticum Episcopi) translata fuisse. Defuncto sub an. 454. Attila, cum inter eius filios Ellacum, Dengizichium, et Irnachum orta esset de Regno contentio; Reges barbararum nationum, Imperio Attilae prius obnoxii, iugum excussere. Primus contra Attilae filios insurrexit *Ardaricus* Gepidarum Rex, suoque exemplo alios ad idem audendum impulit: *In mutuum igitur armantur exitium, bellumque committitur in Pannonia iuxta flumen, cui nomen est Netad . . . Illic concursus factus est gentium variarum, quas Attila in sua ditione tenuerat;* inquit Iornandes, de Reb. Get. cap. 50. Adsunt Gepidae, Gothi, Sarmatae, Marcomanni, Quadi, Sueui,

Alani, Satagae, Heruli, Turcilingi siue Rugi propriis cum Regibus, aliaeque nationes barbarae; quarum pars Hunnis, pars Gepidis sese coniunxerunt: *Post multos grauesque conflictus, fauit Gepidis opinata victoria . . . Cessere itaque Hunni, quibus cedere putabatur vniuersitas; adeo dissidium perniciosa res est, vt diuisi corruerint, qui adunati viribus territabant*, ait idem l. c. Exinceps Gepidae ditionis dominatores euasere; qui Dengizichum, cum recollectis in Moesia copiis Vrbi *Bassianae* subinde circumfusum, denuo magna clade heic adfecerunt. Sub initium Sec. 6. Theodoricus *Ostrogothorum* Rex, duplici praelio ad Aquileiam et in campis Veronensibus deuicto Odoacre Herulorum Rege, Italiae Regno potitus Imperium in Pannonias quoque exercuit: quare Pannoniae Sirmien. pulsis hinc Gepidis, *Colosseum* Comitem praefecit; teste Cassiodoro Lect. variar. Lib. III. Mors Theodorici finem Gothico in Pannoniis Regno adtulit, an. 528. nam Iustinianus, qui tum Orienti imperabat Pannonias cum omni Illyrico sui esse iuris arbitratus, *Longobardos* isthuc euocauit cum Rege Audoino; queis successere *Auares*, an. 568. iure etiam in Dalmatiam extenso: hos vero armorum vi eiectos an. 797. excepere *Franci;* aliquando, fide Annal. Fulden. ad an. 827. etiam *Bulgari*. Regio tandem, an. 900. iuxta Luitprand. Lib. II. cap. 1. et Anonym.

cap. 42. ad *Hungaros* deuoluta (tametsi a *Graecis* subinde diuexaretur) primum Ducibus parebat, postea Regibus; paretque fidelis ac socia, ad praesens vsque tempus. — Iam ad Ciu. *Poseganam*, a qua tantisper digressi sumus; reuertamur. Illa, ab incolumi Hungarorum eorsum aduentu, suo vigori restitui videbatur; certe Sec. 11. illius altera expugnatio a Radone Palatino, tum Sec. 14. a Sigismundo R. contra eo profugum Ioann. Herichartum, tertio praesuscepta: totam Vrbem muro cinctam fuisse arguit. Breuem exinde commorationem eidem Sigismundo R. Hung. (datis abinde festo Trinitatis ad Tragurien. Literis) infaustum vero Hericharto Bano refugium, et tardius Turc. praefecto Scanderbego, Vlemani Persae filio; domicilium illam praebuisse; refert Szören. Vind, pag. 42. Cuius Municipium a Nicolao Duce Vjlak. quem Mathias Coru. regulum Bosniae praefecerat, aut eius filio Laurentio, ab Vladislao II. in ordinem redacto (de quo alibi ad *Vukovar.* disserendi campus erit) cum initio Sec. 15. communitum fuisse; ex Chorogr. Hung. Part. I. pag. 12. et Itin. Slauon. praecit. pag. 50. plures non vane arguunt. Ast, an. 1544. a Turcis captum, et an. 1573. altera vice vna cum Vrbe incensum, etsi gloriosis Leopoldi I. armis an. 1687. reuindicatum, ac postremis hisce Seculis Augg. Regum Hung. Clementia fotum; ob diutinum 143. annorum iugum, pristinam consi-

stentiam hactenus recuperare non potuit. Anno adhuc 1709. Commendantem Arcis (quam milites Germani incolebant) fuisse Comitem *Leopoldum Mamucca de Turri*, vti et an. 1710. Arcis Velicensis Commendantem *Nicolaum Ingord;* Diarium Soc. Iesu ad hunc an. meminit. Vnice, residuas Posegae insignis huius antiquitatis *ruinas*, iam nunc sereniore pro ea Prouincia coelo, maiori ex parte recentius demolitas; hodie dolemus: *Quae res, in tanta lapidum e vicino copia, iustam nobis reprehensionem habere videtur* — verbis doctiss. Duumuir. Itin. Slauon. cit. pag. 52. Ceterum Vrbs (an. 1791. Art. 30. postliminio reinarticulata) magnos insignesque subinde Viros pro vtraque Republica partim genuit, partim sinu suo fouit; ex his *Albertinus*, Stephani V. R. Hung. auunculus, circa an. 1260. Comes Poseganus et Dux Slauoniae, testibus Literis apud antiquissimam Vrsicin. seu Blagaian. Familiam adseruatis; nec non *Ladislaus*, alter Comes Poseganus ad an. 1437. apud Greiderer Chron. Francisc. Tom. I. Lib. 2. n. 367. qui Actis et commoratione sua, eidem splendorem addiderunt. Ex iis vero breuiter serie chronologica, memorantur: I. *Simon Mecich*, huius Prou. Concionator Generalis, Lector Iubil. sub Carolo VI. Caes. Reg. Theol. ac Consc. Consiliar. cuius Diplomate. dd. 2. Mart. 1731. ita depraedicatur: *Benigne considerantes eximias tuas Simon Mecich, quibus emines, animi*

ingeniique dotes, praestantem doctrinam et Religionis zelum, aliaque virtutum tuarum ornamenta; singulare praeterea tuum erga Nos et Aug. Domum nostram obseruantiae ac obsequii studium etc. — II. *Hieronymus Lipovcsich*, Lector Iubil. et an. 1766. Vicarius Prou. de quo vet. Chron. Prou. Part. II. pag. 223. ita: *Iste Dei populum valido sermone mouebat; edidit et Librum, ritibus ille pium.* — III. *Antonius Kanislich*, e Soc. Iesu, euoluto Sec. eruditissimis Operibus patriis inclarescens, ac Virgil. Illyr. iure nuncupatus; ob Rosaleidem metro Illyr. deductam, et an. 1780. Viennae reimpressam, ab Archi-Gymn. Sapient. Rom. Diploma emeruit: celebratus a Scriptoribus, praesertim Katanc. Oper. de Istr. — IV. *Iosephus Pavishevich*, Lector Iubil. et ab an. 1783. per duodenam Iter. Minister Prou. ac percelebris Bibliothecae Poseg. auctor; de quo Memorial. Prou. ad an. 1803. sic: *Virum dexteritate praeditum et prudentia ... ipse Moderator totius Ordinis Reuerendissimus P. Paschalis a Varisio agnoscens; vices ei suas concredidit.* etc. — V. *Antonius Mandich*, an. 1806. Episcopus Diakouariensis, de Throno ac Patria optime meritus, immortalis memoriae Praesul, huic Prouinciae insigniter addictus; de quo celebratissimus *Ios. Voltiggi* in Vocabul. tripl. Edit. Vienn. 1803. scripsit: *Antonius Mandich Episcopus ... primum Illyricae Linguae oraculum, sub cuius*

Praesidio Commissio Aulica hanc recentem Orthographiam Illyricam (e qua *y*, *cz*, et *sz*, ceu superflua perpetuum eliminantur) *decreuit; qui doctrina, prudentia, dexteritate in tractandis Regni negotiis inclaruit.* De eo Aug. Aulae, Exc. Dicast. Hung. et Rom. Curiae *egregias Contestationes* (nobis a Viro amicissimo, qui huic Excellentissimo Praesuli condam a Secretis fuerat, ex origine suppeditatas) paucis audire expedit. Imprimis Literae Cardinalis Carandini SS. Congr. Conc. Trid. Interpr. Praefecti, Roma sub 5. Non. Iul. 1807. praememorato *Antonio Mandich* Episcopo Diakouar. missae, in hunc modum prosequuntur: *Vix explicari verbis potest, quanta voluptate Ampl. Tuae Literae affecerint Summum Pontificem, quantamque attulerint delectationem Eminentissimis Patribus Trid. Iuris Interpretibus; ad quos earum Literarum cognitio pertinet. Felicem beatamque arbitrantur istam Christiani gregis partem, Tuae commissam sollicitudini; simul enim ac Episcopalis cura est demandata Tibi, illico Dioecesim inuisere, ac vbique boni Pastoris operam probare contendisti . . . In Clericorum Seminarium, illustri sane ad posteritatis memoriam exemplo, ita diuitias tuas contulisti, vt, quod nullum inueneras, illud et Alumnorum numero et disciplina, et Magistrorum doctrina ac copia, iam eniteat. Perge igitur in tam egregia libera-*

litate; qua in laude vtinam plures Tibi pares haberet Ecclesia Dei . . . Tuae porro virtutis constantia fretus Beatissimus Pater, confidit fore, vt vigilantia Tua grassantibus isthic erroribus quoddam veluti froenum iniiciatur; Teque omni ope adlaboraturum, vt puritas Fidei Catholicae nullum sentiat a temporum calamitate detrimentum: addit Idem, in eximiae suae erga Te charitatis pignus, Apostolicam Benedictionem, qua Te gregemque vniuersum iussit donari. Quod Eminentissimorum Patrum sit in amplitudinem Tuam Studium, communi omnium consensu patuit, cum in Te visi sunt formam intueri, ac laudare veri germanique Pastoris exemplar. Ego vero tantopere cupio aliquo Officio Tibi ostendere, et probare Iudicium meum de virtute Tua; vt putem beneficii vel maximi loco id omne mihi futurum, quod Amplitudo Tua voluerit vnquam mihi demandare. Alterum de eodem Praesule *Complacentiae Caes. Regiae* documentum praebet B. G. Intimatum Exc. Cons. L. R. Hung. dd. 12. Oct. 1807. N. 20690. eidem submissum, inter reliqua hisce: *Eo ceterum subnexo, quod Altefata Sua Maiestas SS. vna benigne praecipere dignata sit, vt Pltae. DVrae. eo, quod Seminarium suum Dioecesanum tam breui tempore ad plenam consistentiam perduxerit, Altissima peculiaris Caesareo-Regia Complacentia significetur; quae proinde Eidem Pltae. DVrae.*

praesentibus significatur. Tertium *fiduciae publicae* erga hunc Praesulem argumentum exhibuit Serenissimus Princeps et Archi-Dux IOSEPHVS Palatinus Hung. qui sub 24. Maii 1809. N. 1730. Episcopo Antonio Mandich benigne detulit Commissarii prouinciam: *Internam securitatem relate ad Turciam statuendi, massalem Insurrectionem hoc fine quo celerius organizandi, et approuisionem Praesidiorum* (requisitis naturalibus ac necessaria annona) *tempestiue procurandi.* Quartum denique vberrimum immortalium huius Praesulis *meritorum* monimentum Ipsa Sua Maiestas SS. clementer statuere dignata est, in Literis Fundation. Canonicatus VIII. Diakouar. sub 6. Decemb. 1811. his expresse: *Nos igitur humillimis supramemorati Episcopi Antonii Mandich precibus clementer inclinati, sed et in benignam reflexionem summentes, singularia Eiusdem de Augusto Throno nostro ac Ecclesiae Hung. cumprimis vero de credita sibi Dioecesi, cui detersis (quibus obsepta squallebat,) pulueribus laetiorem feliciorenque faciem assidua sollicitudine pastorali indidit, promerita* etc. E quibus, tam excellentis nostra aetate Praesulis memoria, aeternum perennabit.

b) Vid. isthic pag. 48. litt. b.

c) Comitatus *Poseganus*, nomen a Lib. Reg. Ciuitate Posega mutuans: Verocensi Comitatui ab ortu et septentrione; ab occasu Crisiensi; a me-

ridie vero Gradiscano Regimini Confin. iunctus. Prouincia haec longitudine quinque supra decem, latitudine autem ad quatuor milliaria protensa, fluuiisque piscosis: Biela, Illova, Longja, Orljava, Pakra, Trebesh, Toplica, et Velicsanka irrigua; praebet frumentum omnis generis, fructus item (inter quos memorabilis species pomorum *Serd-csika*) et pascua pecori alendo commodissima. Nec promontoria vite consita, agrosque Nicotiana satos, aut siluas, et thermas saluberrimas Daruuarienses ac Lipikienses (a Romanis relictas) heic desideraueris. Incolunt Regionem *Illyri*; agriculturae reique pecuariae plurimum addicti; quibus semet Hungari et Germani, nouis hinc inde coloniis in Prouinciam deductis, adiunxere. Duobus autem absoluitur Processibus: Superiori quippe, et Inferiori; numerat Vrbem Lib. Reg. 1. Oppida 9. pagos 252. praedia et diuerticula 16. incolas 84,249. Status personalis Magistratus Prouinciae: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus 1. Notarius Ord. 1. Vice-Notarii 2. Archiuarius 1. Exactor Rationum 1. Generalis Cassarum Perceptor 1. Vice-Perceptor 1. Particul. Perceptor 1. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Assessores salarisati 2. Iudices Nobilium Ord. 2. Vice-Iudices Nobil. 4. Iurassores Ord. 2. Cancellistae 3. Commissarius 1. queis accedunt: Geometra 1. Physicus Ord. 1. Chyrurgi 5. Locumtenens 1. Mororum Inspector 1.

Casarmarum Curatores 4. Obstetrices 2. — Supremi Comitis Officio fungitur : Excellentissimus ac Illustrissimus D. Comes NICOLAVS SZÉCHEN de Temerin, S. C. R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, Excelsae Camerae Regiae Hungarico-Aulicae Pro-Praeses, et ad Exc. Consilium R. L. Hung. Consiliarius. Ingremiatur Prouincia Dioecesi Zagrabiensi.

d) Domicilium Fratrum Velicae an. 1339. ex eiusdem Sigillo; *Deaci* vero seu Diakouarini an. 1347. ex Bulla Clement. VI. P. arguit Chron. Prou. an. 1823. pag. 74. Parile *Posegae* exstitisse non ambigimus; Vading. ac Hueber. testimonio fulti: huiusmodi Conuentus, ante vnion. Bull. Leonis X. 1517. ad Custodiam Zagrabiensem, tum an. 1506. ad Custodiam S. Ioannis Capistrani referentium. Huius Conuentus Ecclesiam iam an. 1285. a Ladislao IV. Rege Hung. structam fuisse; prodidit Protocoll. Conu. Poseg. pag. 1. Alium praeterea intra huius Prou. ambitum Fratrum Conuentum exstitisse in *Zudlak* Oppido Slauon. memorant vetusta Prou. MSS. in Aduersar. Lib. II. ac monimenta Prou. Hung. Appendix quidem Synodi Pazman. eundem exstructum praetendit an. 1494. ast maior fides habenda est antiquioribus et fere synchronis Prou. Hung. Scriptoribus: Petro Terebesdio, Mathaeo Kamancio, ac Francisco Gonzagae, qui omnes hunc Conuentum a Fr. Petro

Rácz tempore Benedicti Ministri an. 1488. coeptum fuisse consignarunt. Supererat adhuc hic Conuentus an. 1533. vti ex Tabula Capit. Varadien. an. huius liquet, in quo Guardianus institutus legitur P. Petrus de Croatia, fuitque sub Custodia Zagrabiensi. Desolatus dein post an. 1552. quo plura Monasteria diruta aut profanata fuere per barbaros.

e) Conuentum Poseganum circa dimidium Sec. 15. in manibus Fratrum Obsu. fuisse; e documento Ladislai Comitis Posegani apud Greiderer, Chron. Francisc. Tom. I. n. 367. quo *S. Iacobus de Marchia*, XIV. huius Prouin. Vicarius, an. 1437. ibidem praedicasse euincitur, arbitramur. Amplius id patescit e lapide, in muro Ecclesiae Pleternicensis (quinto cum dimidio ab Vrbe lapide) an. 1782. reperto, hac cum incisione: *Hanc. Ecclesiam. Renouarunt. Fratres. Minores. de Obseruantia. Anno MDXX.* de quo nos vberius in Chronico Prou. an. 1823. Sect. II. §. 13. pag. 331. vbi veterum quorundam Propugnaculorum (Decreto patrio deletorum) compluriumue mediae aetatis locorum mentionem non ingratam repereris; disseruimus.

f) *Antonius Matovich*, Episcopus Bosnensis circa an. 1573. Roma reuersus, ac in Conuentu Poseg. denatus, Turcis (inique de eo suspicantibus) occasionem praebuit Conuentum solo aequan-

di, ac Ecclesiam in fanum Mahomed. conuertendi; Patribus, ad Ecclesiolam SS. Philippi et Iacobi Apost. in *Vucsiak*, vnde residentialiter curam Pastoralem gerebant, vsque ad sereniora tempora retrusis. Cons. Chron. Prou. an. 1823. pag. 128.

g) Vid. Chron. Prou. an. 1766. §. 2. seq.

VIII.

Conuentus Essekinensis; S. Crucis Inuentae. *a*)

In Dioecesi Diakouariensi, *b*) *Comitatu Verocensi*: *c*) *iugo Turcarum praeexistens, sed ab iis an.* 1526. *ante cladem Mohacs. penitus euersus, et in forma Residentiae ad pagum Antin reiectus, d*)

Lingua Illyr.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Damianus Koch, Germ. Boh.	27. Aug. 1777.	15. Maii. 1803.	3. Maii. 1804.
M. V. P. Alexan. Kervarich, Illyr. Slauon.	3. Aug. 1795.	27. Iul. 1816.	28. Iul. 1817.

h) Sub administ. temporal. Spect. D. Ioannis Csoka, Incl. Comit. Poseg. Substituti Vice-Comitis, ac eiusdem Conuentus Syndici Apost. nec non Martini Mekvshar, Ciuis Poseg. et Substituti Synd.

i) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

k) Perind. isthic pag. 79. lit. i.

---

subinde restauratus, idem an. 1687. *ab excedente barbaro vastatus, ac denuo an.* 1705. *opera Patrum erectus, e*) *dehinc an.* 1786. *Decreto Imperantis Regio cum exigua PP. Iesuitarum Residentia permutatus, et sub* 24. *Iun.* 1789. *N.* $\frac{2\,5\,1\,6}{2\,3\,6\,1\,4}$ *cum quatuordecim Sacerdotibus et duobus Laicis clementer restabilitus; Reg. Gymnasium maius prouidet. f*)

g) Germ. *h*)

Annus. / Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
3. Febr. 1805.	Germ. Hung. Illyr.	Guard. Prof. Emer. R. Gymn. Dir. Loc. et Biblioth.
29. Iun. 1822.	Illyr. Germ.	Vicar. Discr. Conc. Illyr. Fest. Catech. Scholar. Nation. Super. Sacr. Com. Mag. ac Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Eugenius Mayerik, Slau. Hung.	30. Nou. 1789.	4. Oct. 1809.	27. Iun. 1811.
M. V. P. Aloysius Kutsera, Slau. Hung.	28. Oct. 1791.	29. Sept. 1814.	29. Sept. 1815.
M. V. P. Ioan. Loncsarevich, Illyr. Slauon.	28. Febr. 1795.	4. Nou. 1816.	20. Apr. 1820.
M. V. P. Michael Filipovich, Illyr. Slauon.	16. Oct. 1800.	17. Sept. 1819.	9. Nou. 1822.
M. V. P. Xistus Popp, Germ. Hung.	23. Apr. 1794.	10. Dec. 1820.	18. Dec. 1823.
M. V. P. Andreas Rastovich, Illyr. Hung.	4. Febr. 1793.	7. Dec. 1821.	5. Apr. 1825.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
4. Oct. 1812.	Slau. Illyr. Hung. Germ.	Prof. II. Human. Discr. Exhort. Gymn. Spirit. cum facult. et Expos. Casuum.
6. Ian. 1818.	Slau. Hung. Illyr.	Prof. I. Human. Discr. et Protocoll.
24. Iun. 1822.	Illyr. Germ.	Prof. III. Gramm. Conc. Illyr. Annual. et Exhort. Laicor.
8. Oct. 1824.	Illyr. Germ.	Prof. I. Gramm. Conc. Illyr. Ann. et Spirit. cum facult.
12. Sept. 1824.	Germ. Illyr. Hung.	Prof. IV. Gramm.
5. Iun. 1825.	Illyr. Hung. Germ. Slau.	Prof. II. Gramm. et Conc. Illyr. Annual.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
V. P. Gerardus Toth, Hung. C. Iaur.	6. Dec. 1786.	13. Apr. 1806.	6. Dec. 1807.
Fr. Guido Tiefenthal, Germ. Tyrol.	14. Maii. 1780.	14. Oct. 1810.	14. Oct. 1811.
Fr. Villibaldus Adler, Germ. Austr.	24. Ian. 1800.	14. Nou. 1825.	14. Nou. 1826.
Fr. Rupertus Ulram, Germ. Austr.	4. Aug. 1806.	13. Nou. 1826.	

a) *Essekinum*, Rom. *Mursa*, in Hodoepor. Cod. Reg. Neapolit. Blandinian. et Burdigalen. *Ciuitas*; in Tab. Schott. Ital. Victor. Eutrop. Socrat. ac epigraphis, *Colonia* nominatur. Hodie vniuersim dom. 1789. et incol. 11,077. numerans; distat — *Buda*: ad merid. CXC. M. P. seu postis 19 = 38. milliar. geogr.—*Vienna*: CCCLXXII½ M. P. seu post. 37¼ = 74½ mill. geogr. — Quum vero isthaec Vrbs Slauoniae hodiernae *Metropolis* recte

An-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
19. Nou. 1809.	Hung. Germ. Illyr.	Sacellan. Dom. Teniae.
"	Germ.	Laic. Cellar. Proc. Conuent. et VMag. Communit.
"	Germ.	Laic. Sart. Sacr. et Ianit.
"	Germ.	Laic. improf. Coqu. et ad seruit. Conuent.

statuatur; de hoc prius Regno paucis disserendi animus est: praesertim, quod illud posteriores quidam Recensentes minus adcurate descripserint. *Slauonia* hodierna Danubio, Drauo, et Sauo, ad occasum Croatiam vsque protensa, arctatur; quae Croatiae iuncta, et ab olim Regno Hung. adnexa, constituit *Illyricum Hung.* prout Ludouicus Nagy in Notit. Polit. Stat. Tom. II. pag. 8. post Timonem Hung. Nou. Part. II. cap. 17. egregie adse-

ruit. Regio (in qua acum magneticam 15. grad. versus occasum declinare, docuit alibi memoratus Caes. Reg. Consiliarius Taube Lib. I. §. 5.) sub Romanis ad Pannoniam Secundam pertinebat; perperam a quibusdam ad Pannoniam *Valeriam* (Mursa duntaxat vsque Brigantium sursum productam) deterius adhuc ad Pannoniam *Sauiam* hod. Croatiam, relata. Nam aperte Rufus, in Breuiar. cap. 8. scripsit: *Marcomanni et Quadi de locis Valeriae, quae sunt inter Danubium et Drauum, pulsi sunt; et limes inter Romanos ac barbaros ab Augusto per Vindeliciam, Noricum, Pannoniam, et Moesiam est constitutus.* Quod post Gallerii Caes. aetatem euenisse; suspicamur cum Schoenuisnero, Antiqu. Sabar. Lib. I. cap. 3. — In hac Regione praecipui duo montes a veteribus memorantur: I. *Albanus*, ad Drauum fl. cuius Notitiae Imp. meminere apud Katanc. Orb. Antiqu. cap. VIII. pag. 296. alpium Drenoucensium ac Nashicensium catenam efficiens; alii montem *Almash* suspicantur, sed in Tabula Theodos. non comparet. In vertice montis Nashicarum, vulgo *Karndia* (458. org. altitudinem aequantis) binas secus viam scaturigines prosilire, an. 1829. ibidem cum itineris sociis subsistentes conspeximus, et aquam gustauimus. In Albano Slauoniae monte haud longe ab Sirmiensi agro, fodinas etiam argenti olim exstitisse satis feraces; quaedam Regum Hung.

Diplomata manifestant. Certe, Camerae monetariae *vltra Drauum* mentionem facit iam Bela IV. in Diplomate an. 1256. quam in Prouincia Sirmien. fuisse, arguunt Literae Caroli Roberti, qui an. 1342. Cameram monetariam *Sirmien.* vna cum *Quinque-Ecclesien.* Magistro Chenpelini curandam dedit; item Diploma Ludouici I. qui an. 1346. Camerae monetariae *Sirmiensis* administrationem Magistro dicto de Szatmár commisit. In hac forte cusi sunt numi *Banales* dicti; quorum in Collectione Decimae Pontificiae, quam RR. D. Koller Hist. Episcopat. Quinque-Eccl. Tom. II. vulgauit, creberrima mentio occurrit, et quibus vtplurimum in Slauonia vtebantur. — II. *Almus*, in Sirmio; quem tractu longiore exprimit Tabula situ adcurato a Malata ad Burgenas: cuius e priscis meminerunt Dio Cassius, Vopiscus, Eutropius, Victor, et Hodoeporicon. Vnum, prae ceteris Eutropium, in Probo Aug. Lib. IX. cap. 11. audire libeat: *Opere*, inquit, *militari Almum montem apud Sirmium, et Aureum apud Moesiam superiorem, vineis conseuit, et prouincialibus colendas dedit.* Vinum eius ad Mathiae Coruini vsque tempora celebre fuit; neque hodie in postremis habendum. Iuga montis apud Illok adsurgunt, apud Kamenic altissima sunt (e quorum vertice, *Pogled* Lat. *Prospectus* dicto, hinc Sauum et planitiem ad eum patentem cum Seruiae parte, inde Danubium et late fusos *Bacs-*

kae campos, conspicere licet) ab Carlouicio sensim desinunt. In chartis antiquioribus *Arpataro* ac *Tartzal* vocatur; forsan Hungaris ita dictus. Recentiores mappae ne signant quidem, quod Danuilleum fecisse miramur: cum in antiquioribus tabulis eum videre potuerit, imprimis apud Ortelium, qui speciatim *Artaparo mons Almus* adscriptum habet. Incolis et omni populo Illyrico *Vrushka* aliis *Frushka* audit; quae vox non est in Geographiam relata, cum iam Verantius eam prodiderit in Opere tardius vulgato. Libet elegantissimum Scriptorem audire: *Apud Oppidum Karon* (hodie Karlovac) *mons Almus antiquis, nostris Frusca adpellatus, desinit; qui ab ora, quae Attyam et Vylachum* (Opatovac, et Illok) *Arces discriminat, incipit, vinoque singulari notus est, cuius vitem Probus Imp. primus ex Italia adlatam plantasse dicitur.* Fama eius Alexandriam Aegypti non peruenit, vt a Ptolemaeo signaretur; quod haud mirabere, si eum et a nostris mapparum fabris ignorari cogites. — Porro, tota Slauoniae Regio trino principali flumine cingitur: *Danubio* nempe, *Drauo*, et *Sauo*, de quibus heic pag. 29. seq. paucis commentati sumus; praecipui vero illius fluuii, etiam veteribus noti, habentur: I. *Bacuntius*, de quo Plinius Lib. III. cap. 22. memorato Colapi, ita profert: *Alter amnis Bacuntius, in Sauum Sirmio Oppido influit;* illius etiam Tabula

ac Notitiae Imp. meminere, in voce *Basante:* est hodie fluuius *Bosut*, in suo exortu *Bich* nuncupatus. — II. *Valdasus*, quem Plinius Lib. III. cap. 18. Danubio misceri docuit; eum Aur. Victor *Hiulcam* (ab Mannerti, e Sozimo, Hiulca diuersam) nuncupat, vocem popularem ori Latino adcommodans: nobis est *Vuka* fl. Oppidum Vukovar ostio bifariam secans. Nam Dio Cassius Lib. LV. cap. 32. scribit: *Batones Seuerum*, *πρὸς τοῖς Οὐολκάιοις ἕλεσι ad Volcaeas paludes castra ponentem*, *adgressos fuisse;* quem quidem locum Geographi, duce Ortelio, *Balatonem* interpretantur. Ast Pannonii Seuerum ex Moesia venientem adorti sunt, et Victor *Hiulcam* apud Cibalas statuit; Ennodio, in Paneg. ad Theod. est *Vlca*, tutela Gepidarum: cui consonat Tab. Peutinger. in qua ad X. M. P. a Cibali *Pont. Vlca* statuitur. Quo interuallo est *Vuka* fluuius, palustris totus, imprimis eo situ, quo hic pons constitit olim; quem paulo infra memorabimus. Patriae maiores flumen *Volco* dicebant (inde Anonymus Belae R. Notar. cap. 42. castri *Vlcau*, ab Hungaris capti, meminit) quae nuncupatio cum *Volcaeis* et magis cum *Vlca* conuenit, Pannoniis lupam significans. — III. *Picentina* fluuius, ab eiusdem nominis mansione Rom. vbi Praetorium Augg. signatur, dictus; cuius Itinerar. Antonini Aug. meminit, apud Wesseling. Hodoepor. Edit. Amstelod. an.

1735. pag. 260. quem ob *Iniceri* situm, a nobis in agro Posegano vtcunque repertum, hodie *Orljauam* interpretatur Bombardus Topogr. Hung. Part. III. cap. 3. pag. 239. — Abhinc vetustos Slauoniae incolas: *Pannonios* in genere, ac specia-tim *Amantinos*, *Succios* eosdem cum vet. *Sagatis*, partem item *Iassorum* (de quibus amplius ad Conu. Cernek. commentabimur) ac *Breucos*, tum *Ariuates* Pannoniam Sauiam incolentes, Aruatorum seu Croatarum maiores, a Plinio II. proditos Lib. III. cap. 28. et *Sirmienses* (omnes, a Strab. Libr. VII. pag. 313. et Appian. in Illyr. n. 14. inter *Illyrios* relatos) e monimentis heic statuimus; quorum nepotes hodie perseuerant sub communi *Illyriorum* nomine, mixti Hungaris coloniisque Germanicis: etsi nouissimis Patriae Recensentibus, posteriorum errore lapsis, aliter sentire placeat. Meridionalem Regionis plagam olim tenuisse *Amantinos* et *Sirmienses* (infra Iassios et Oseriatas, ex textu Ptolem. Geogr. Lib. II.) Sextus Ruf. in Breu. ita refert: *Amantinis inter Sauum et Drauum prostratis, regio Sauiensis et Secundorum Pann. loca obtenta sunt;* eosdem vero ad Sauum non procul Sirmio incoluisse, testatur Plinius Lib. III. cap. 28. inquiens: *Alter amnis Bacuntius in Sauum Sirmio Oppido influit; vbi Ciuitas Sirmiensium, et Amantinorum.* Nempe, in eo terrae tractu duae exstiterint Ciuitates, seu Communitates, aut Conuentus (quas hodie Prouin-

cias nuncupamus) *Sirmiensium* videlicet, et *Amantinorum;* quorum subinde Episcopus in conciliabulo Philippopolitano, an. 347. ab Arianis celebrato, ipse quoque Arianus, apud Hilar. Fragm. III. n. 29. ita subscriptus legitur: *Eulalius Episc. ab Amantias.* Hac de re exstat epigrapha in Putinci vico Sirmien. vestigiis Bassianae, in qua legitur: *Cemaes Liccaius P. Amantinus;* perperam in marmore *Famantinus*, vitio sculptoris F. pro P. *patria:* nam postea diserte scribitur, *Gente Vndius.* Amantini, Sirmiensibus vicini (iuxta memoratos, Plinii et Sext. Ruf textus) post Iasos hac Regione praecipui fuisse videntur; vnde sic adpellati? non facile decreuerimus. Si e voce Latina censere libet, amicitiam colentes (*priatelji*) intuebimur: ast melius putamus, eos sic a Romanis vocatos, quod plana montibus vacua colerent loca, tamquam *Amontanos* dixeris; vt a Breucis, qui montes tenuere, distinguerentur. *Amantinorum* iam Scylax Cariand. quinque cum dimidio ante Chr. Seculis meminit, in periplo ex Vers. Holstein. inquiens: *Orici Amantiae Regionem incolunt; Amantienses autem Illyrii, a Bulinis hucusque pertingunt.* Porro, orientalem huius Regionis partem habuisse *Scordiscos*, (Gallorum, vt quidam volunt, genus) memorant Scriptores, apud Engel Hist. Hung. Part. II. pag. 218. ex quo Salag. de Stat. Ciu. Pann. *Gallicum* subinde idioma ipsis indigenis adscripsit;

sed eo successu, quo alii alibi Graecum Romanumque. Hanc Hungariae partem perinde Hunni, Gepidae, Gothi, Auares, Franci, Slaui, Graeci, etc. (vid. isthic pag. 137. lit. c) tenebant: mirum tamen! his dialectis, ac praesertim Francica, ob Regionem, aetate media a quibusdam *Francochorium* vocitatam, hodie incolas non vti? Incursus et colonias gentium, siue relictas siue adductas, quas plerique perperam, cum extremo validae Gentis, qualis *Pannonica* erat, excidio isthic commisere, non moramur; saltem argumentum historice dirimendum arbitramur. Latus Danubii vtrumque Mysi ac Getae, Thracum nati, promiscue olim tenuere, dum Romani, hac regione subacta, eos, qui laeuum Istri latus adcolerent, Dacos; qui dextrum (vbi expost Pannonia) Mysos nuncupari iussissent. Hos ii ab Istri ostiis ad vsque Saui influxum produxere: quo spatio, ad ripam Danubii, a Sauo primos Strabo *Scordiscos* locat, ad Margum vsque; inde *Autariatas;* tum, quod in duas erant diuisi partes, iterum *Scordiscos;* his *Triballos* iungit; post hos *Mysi* sunt, inquit Geogr. Lib. VII. pag. 318. Autariatae postea, Triballis, qui maiorem huius ripae occupauerant partem sub Alexandri M. aeuum, in orientem retrusis, heic incoluere (omnes hi a Geogr. l. c. Genti Illyr. adscripti) Alii demum Scordisci, *Gallorum* (vt placet) genus, huc ab Delphica delati clade, in an. V. C. 467. incidente, Iustin. Lib.

XXXII. cap. 3. victis Autariatis hic loci suas posuere sedes, Geogr. l. c. et Flor. Lib. III. 4. prolatas dein ad Thracios vsque, Poeonios, ac Illyricos montes. Strab. l. c. et Appian. in Illyr. Getis autem eos continuo impetentibus, ac postea Romanis, redacti sunt ad incitas tam hi quam ceteri in Thracia Galli; vt omne illud formidabile Gallorum nomen in paucis duntaxat Scordiscis, iisque mediterraneis, ad Scardum (Liu. Lib. XL. cap. 57.) et Claudium (Plin. Hist. Nat. Lib. III. cap. 28.) montes, sub aetatem Augusti, residuum fuerit: excisos namque, et *ad imam redactos conditionem*, ait Strab. l. c. pag. 515. Vnde fit, vt Plinius Danubii ab Sauo adcolas recensens, nullos memoret Scordiscos et Autariatas; sed et Strabo, tamquam rem antiquam, narrat de istis. — Iam recentiorum, de hodiernis Slauoniae incolis, placita audire libeat. Imprimis diligentissimus *Schaffarik*, in Hist. Lit. Slau. edit. Bud. 1826. (quam in isthoc percelebri Literaturae philologicae merito, Lingua, vt oportuisset, Latina haud scriptam, dolemus) Part. I. Sect. 1. §. 31. pag. 262. ita commentatur: „Das Slawonische (*innuere voluerit* Slawische) in dem ungrischen K. Slawonien ist keine besondere slawische Mundart, sondern nur eine Nuance der serbisch-dalmatischen. Die Slawonier griechischen Ritus gebrauchen im Schreiben die kyrillischen Schriftzeichen . . . Die katholischen Slawonier hingegen bedienen sich des

lateinischen Alphabets, nach einer eigenen, der dalmatischen und kroatischen am nächsten kommenden Combination. Sie haben nämlich das *s* für *c*, *x* für Ж; *z* für З, *c* für Ц, *ch* für шь od. h. mit den Dalmatinern; da hingegen das *gy* statt der dalmatischen *dj*, *gj*; *ly* statt *lj*; *ny* statt *nj*, *ch* statt *sc* mit den Kroaten gemein. „Egregius nempe Scriptor, vt nobis, duce Iornande, *Illyricum* nomen, septem et amplius Seculis Slauo vetustius (vid. heic pag. 2. seq.) praeripiat, partem pro toto adsummit; cum tamen et *Thraces* (maiores Illyriorum) iam sub Sesostre, an. V. C. 241. ante Chr. 991. iuxta Petau. Rat. temp. Tom. II. pag. 367. atque Dario, teste Herodoto Lib. IV. Hist. pag. 251. et *Pannonii* (maiores hod. Slauonitarum) iam sub Romanis, iuxta isthic pag. 52. seq. adducta, antequam orbis Slauicus *Cyrillum* (cuius inuentum ipse Dobrowsky Praef. de Lingu. Slau. pag. *b*. ad Sec. 9. reiicit) vel nouisset, propria Literatura claruerint: cuius Orthographiam, vel ex vnico Sec. 15. Epitaphio Catharinae Bosnen. Reginae, heic pag. 56. producto; quin aliorsum digredi oporteat, arguas. — Alter, huius meriti Recensens, est *Csaplovics*, in Recens. Hungar. an. 1829. Part. I. pag. 163. asserens: „Slawonien ... das übrige ist alles serbisch, und schockzisch;" tum Tomka, Szaszka, Seuerini, et recentiores quidam alii (Notit. Polit. Stat. Hung. Tom. 2. pag. 7.) ita: *Slauonia*,

Tót Orszdg, Slowenska Zeme . . . *a Slauis, Serbis seu Rascianis, Croatis, atque Valachis, et paucis Germanorum Hungarorumue coloniis inhabitata.* Ad haec euacuanda vel ea, quae isthic pag. 59. seq. produximus, sufficerent; sed ad seriem regrediamur. D. *Csaplovics*, vtpote anteuersis annis in Slavonia Shokcios inter ac Serblos longius diuersatus, grandius operae pretium fecisset, si nobis Serblicae ac Shokciae dialecti differentiam radicalem exhibuisset: quam *nec Iudaeus Apella unquam crediderit* (Horat. Lib. I. Serm. Satyr. 5.) ab egregio Philologo Katancio Comment. de Istr. cap. VII. n. 14. ad rauim castigatus. Alterum vero topographicum casum haud Patriae Scriptoribus (alias praeclaris et diligentibus) sed aut exteris Linguae Gentisque ignaris. Recensentibus, aut sinistris quibuscunque relationibus, ad eos eatenus perductis, historico pectore succensere cogimur: *Quaelibet quippe Gens et Natio rem suam, velut propriam ac domesticam, melius nosse praesummitur;* inquiebat olim Praesul Sirmien. Ladislaus Szörenyi, in Vindic. Sirm. pag. 179. Rectius Taube scripsit de Slauon. Lib. I. pag. 4. inquiens: „Eigentlich begreift der Name Illyrien alle Völker aus Groß=Illyrien, sie mögen der lateinischen oder griechischen Kirche zugethan seyn;" tum l. c. §. 47. pag. 59. hisce: „Die Slawonier bestehen aus den natürlichen Einwohnern und aus Neuankömmlingen.

Zu jenen rechne ich nicht nur die alten Einwohner des Landes, sondern auch die Illyrier, welche aus Albanien, Dalmatien, Croatien, Bosnien, Serwien und anderen Landschaften hieher gekommen sind, und auch noch täglich kommen. Denn, sie machen alle ein Volk aus und haben einerley Sprache, Gemüthsart, Sitten und Gebräuche . . . Die Hauptsprache des Landes ist die illyrische, ebendieselbe, welche in Albanien, Dalmatien, Croatien, Bosnien, Serwien, und in einem Theile der Bulgarey, als die Muttersprache, jedoch nach vielerley Mundarten geredet wird. Zwischen allen diesen Mundarten ist ungefähr ein solcher Unterschied, als zwischen der sächsischen, fränkischen, rheinländischen, schwäbischen, bayerschen, und östreichischen Mundart ... Sie ist noch die Muttersprache jener tapfern Arnauten, welche auf dem Gebirge Zeraunis in Albanien wohnen. Wo die illyrische Sprache am zierlichsten und reinesten geredet werde, ist noch streitig: doch räumen die meisten diesen Vorzug dem Herzogthume Syrmien ein, in welchem die beste Mundart zu finden seyn soll." Tum Cl. Sperl, in Lexico Hübner. Edit. Graecen. an. 1820. Part. II. pag. 1132. sic . „In Slawonien, unrichtig Sklawonien, Einwohner 470,000. (Taube l. c. pag. 57. an. 1777. numerauit 235,000. consequenter, spatio annorum quadraginta trium, minus: dimidio) die Slawonische Militärgränze allein 208,000. theils Raitzen (auch Illyrier genannt) theils Ungarn, Deutsche etc." Quorum ductu, et sole me-

ridiano clariore experientia, e recentissimis diligens Patriae Statista Iosephus Aszaláy, *Illyrios* perinde nuncupauit Tab. VII. Id recte quidem; an non enim tam Serbli (exceptis ecclesiasticis Orient. Ritus libris) quam Shokcii vnam eandemque linguam Illyricam nitidissime loquantur, ceu natiui Thracum nepotes? *Illyrius Hungariae*, *Slauonita*, *Dalmata*, *Bulgarus*, *Bosnensis*, *Maritimo - littoralis*, *Serblus*, ac (vt Csaplovicio l. c. pag. 206. placet) *Bunjevcius*; vno ore vnum idioma pure Illyricum proferunt: eccur igitur, e diuersitate ac partialitate locorum vel religionum, in vna eademque eiusdem labii Natione diuersae simul et partiales dialecti aut denominationes confinguntur? Tametsi in nomine Shokciorum Bunjevciorumque quidpiam vetustius, quam hodie vulgus opinetur, suspexeris. Illud in antiquis *Succiis* (Illyriis *Sok*, a succo audit) Thraciae populo, Dardanis vicino, qui Bessorum exemplo in haec adpulerint loca, iure quaesieris; quorum Ammian. Marcell. Lib. XXI. cap. 10. seq. meminit, et de quibus Socrates Lib. I. cap. 22. adposite: *Exinde ab oriente diuulsus est occidens, et communis inter vtrosque limes fuit mons Succorum, qui Illyrios Thracosue disterminat.* Hassius quoque *Succios* apud Sardicam veterem, inter fontes Iskor et Marica, memorauit. Cons. Salag. Lib. III. pag. 303. Idem de *Bunjevciis* inferendum statuimus; quos (non

obstantibus quibusdam posterioribus, sub tempus Belae IV. Leopoldi I. Caroli VI. ac M. Theres. e Dalmatia, Bosnia, Bulgaria, Seruiaque coloniis excitis, horsumue traductis; de quibus vid. Taube cap I. §. 46.) partim heic Pannoniorum partim laeuo Istri latere Dacorum posteros iure censemus: apud quos plura *Batonis* Principis Pannonici (de quo Tiberius triumphum ad Carnuntum egerat) signa repereris; vti: *Bács*, *Baja*, *Báta*, *Bátaszék*, *Batina* etc. quae profecto antiquiora esse vocabula videntur, quam vt origo eorum ad Hungaricam aetatem referri debeat; imprimis quod nihil Hungarici sonant. Cons. Antiqu. Katanc. l. c. pag. 136. Abhinc Shokcios, prout et Serblos, Bunjevciosue vnum saltem validae Nationis ramum efficere, neminem ignorare arbitramur; quem, suppreso communi Populi *Illyriciani* nomine, quingentis amplius ante Christum natum annis (antequam seu Scytharum, seu Celtarum, seu Sarmatarum nomen vetustissimi Scriptores memorassent) a Scylace Carianden. prodito, et vt olim a Romanis, sic hodie ab Regnantibus, *Illyrici* nuncupatione honorato (Cons. Tract. Pacif. Paris. 30. Maii an. 1814. et Pradt, de Congress. Vienn. an. 1815. Part. II. cap. 17.) ab Imperatoribus item Regibusue Hung. difficillimis etiam Reipublicae temporibus retento, atque specialibus Diplomatibus Leopoldi I. an. 1703. Iosephi I. an. 1705. Caroli VI. an. 1722.

et Aug. M. Theresiae an. 1741. clementer subuecto, tum a maioribus nostris hactenus Scriptoribusue constanter vsuato (Cons. Forgach. Comment. Rer. Hung. Lib. XVI. pag. 417. vbi Kerechénium e *Slauonia Illyrica* oriundum docet) vniuersalitati Gentis heic alibiue tantopere meritae, erga infundatam posteriorum Recensentium opinionem, arbitrarie imponere nequaquam licet. Cons. Katanc. l. c. cap. VI. n. 7. Priscos certe Reges Hung. priscorum perinde nominum tenaces fuisse; arguit inscriptio Diplom. Fundation. Abbatiae de Tihan, ab Andrea I. an. 1055. ita: *Andreas . . . Pannoniorum inuictus Rex.* — Atque, vt olim Napoleon temere vsurpabat; sic hodie conuenientius Aug. FRANCISCVS I. Imp. et Rex Hung. Regem perinde *Illyrici* semet gloriose compellat in Diplomatibus, Rescriptisque publicis. Vid. Decr. 1. Oct. 1829. tum ab an. 1815. Schemat. Hung. pag. 2. — Sed vbi *Slauoniae* nomen, et quae huius aetas? Graeci Scriptores, quos Byzantinos adpellamus, non prodidere: Dalmatiam enim, Pannoniam, Mysiam, Thraciam, suis nominibus compellant, et post Constantinum Porphyrog. Chorbatiam, Serbliam, Bulgariam; tacito Slauoniae vocabulo. Quos Graeci *Chrobatos*, eos Latini *Slauos* (ante Imperii lapsum) nuncupauere; obseruante Seuerini Comment. pag. 96. neque enim apud hos nomen Chrobatorum leges. In-

de quoque factum, vt Chrobatia Graecorum in *Slauoniam* apud Latinos migrarit; et, si monimenta illius temporis bene lustres, non alteram, quam quae Chrobatis competat, Slauoniam primo dictam comperies: tametsi hoc nomen paullo ante Turcae aduentum in Dalmatiam quoque, Bosniam, Seruiam, et Hungariae fines occiduos atque australes, propagatum videas. Cons. Diplom. Vladislai II. an. 1496. Ast harum Regionum populi Illyrici semet hoc nomine neutiquam compellant; soli australia Carpati iuga adcolentes, et quorum in plana concessere coloniae, ad vtramque Danubii ripam, *Slouacos* se fatentur: quod nuncupationis genus, vnde habeant? viderint, qui hac denominatione gloriantur. — Heic loci Bombardum, Topogr. Hung. vet. Part. I. pag. 23. audire libeat: *Seculo sexto Longobardi an.* 527. *in Pannoniam fere incolis destitutam venere* . . . *Sub eadem tempora, suffragante Lucio de Regn. Dalmat. Lib. I. cap.* 9. *et Cromero in Hist. Polem. e Sarmatia Slaui, atque hos inter primores Croatae, exinde Serbli a Romanis Serui adpellati, ac tandem Bulgari Mysiam Dalmatiamque occupant; Croatis, Porphyrog. cap.* 32. *occidentalem Dalmatiae partem vna cum Sauia attribuit.* Tum ibidem Part. II. pag. 231. prosequitur: *Slauoniae propriae nulla apud probatiores Scriptores mentio, nisi post an.* 1105. *cum in legiti-*

mum

mum Dalmatiae Regem inauguratus est Colomanus ; tunc quippe a communi Slauorum denominatione Hungari nouum Regnum Slauoniam compellauere. In modico textu, errata plurima; a posterioribus cateruatim amplexa. Romani Pannonios amplam Gentem in Patria hac reperere, vt autochthones; neque enim vllus vnquam veterum Pannonios heic aduenas somniauit. Pannonia cum indigenis mansit sub Gothis, Gepidis, Longobardis, Auaribus, Graecis; quorum nulli vniuersam tenuere Prouinciam, vti ea Romanis dominantibus finiebatur. Omnes hae barbarae gentes huc aliunde venere, partim dilapsae alio, partim isthic profligatae et concisae; paucis fortasse, qui mores et linguam indigenarum adsumsere, exceptis: Slauorum autem e Sarmatia horsum aduentum nemo e priscis notauit, teste Pubitska Chron. ad an. 480. *Slauoniae* quidem nomen primus prodidisse videtur Auctor Conuers. Carant. §. 14. eamque apud Carantanos (hodie Carnos) statuit; queis libertatem, excusso Auarum iugo, *Samo* an. 630. restituit, quemque incassum Prayus (Assemanum secutus) cum Vinidis apud Balthicum quaerit, in Annal. Auar. ad an. 623. contra veterum, imprimis, qui de conuersione Carantanorum Sec. 9. scripserant, auctoritatem. Vid. Pubitska, pag. 213. Ast Menander, iam ad an. 576. huius Regionis, de qua agimus, incolas *Slauinos* memorat,

quod se duce Laurentio gloriosos (*ἀπό τε slavni*) aduersus Chaganum Auarum Principem exhibuissent; ex quo ipsi Prouinciae nomen *Slauoniae* adhaeserit: tametsi illud ex epigrapha an. 170. incisa, et ab Orbino Regn. Slau. pag. 104. producta, vetustius arguas. Id firmat eiusdem ducis responsum, in Excerpt. Legat. pag. 76. Chagano datum: *Quis hominum*, inquit, *est*, *qui solis radiis tepescit*, *qui nostram Prouinciam sibi possit subigere et domare? Aliorum enim regionis dominatum adquirere solemus*, *non alii nostrae; qui dominatus nos certo manet*, *donec erunt bella et enses.* Hos Slauinos Prayus l. c. an. ad. 579. et ex eo Pubitska ad an. 576. Murae fontes inter et Istriam locant; verum, quia dicit Menander, Chaganum apud Sirmium in vlteriorem Saui ripam, laeuam scilicet, egressum viros et pagos Slauinorum igne ferroque vastasse, apud Pray. l. c. pag. 210. statuimus: Slauinos Menandri esse posteros veterum *Succiorum* expost *Sagatarum Pannonicorum* dictorum, quos Iornandes Rer. Goth. cap. 53. in Pannonia inferiori (quorum Vrbs Bassiana, hod. *Posega;* iuxta pag. 220.) constituit; Dengizichio Attilae filio obnoxios. Profecto ipsa Laurentii oratio monstrat, Slauinos ei subiectos superiori quoque tempore liberos patrio in solo perstitisse, barbaris gentibus, vbi hae subinde praeualuere, tributa pendentes; atque hi

sunt hodierni *Shokcii* et *Horvati*, dialecto linguae ab Sarmatis diuersi. Nemo Sagatarum, nemo Slauinorum Menandri in haec loca ad Sec. 6. migrationem notauit; queis Procopius, Iornandes, et Diaconus (apud Katanc. Specim. Geogr. Pannon. §. 6.) *Sauios Sisciosque* iungunt: proditis, vti vetustius ita illa aetate ac postea, heic linguae Illyr. vestigiis, alibi ad pag. 53. seq. recitatis. Illyrii sane erant isthic olim, qui et hodie; suntque aliarum nationum instar, nepotes maiorum suorum, qui idem gessere nomen: quorum lingua olim ea ipsa erat (si paucas, e Gentium commixtione causatas, vicissitudines demas) quae nunc *Illyrica* nuncupatur. Nam I. eadem prorsus ratione dicunt hodie, vti ante hos 352. annos dixere: *Katarini Kraljici Bosanskoj;* in Epitaph. apud Lambec. Bibl. Vind. Lib. I. pag. 92. — II. Ante 812. annos: *Bjexite! eto Cessar;* apud Cedren. an. 1018. in Reb. Basil. — III. Ante 1300. circiter annos: *Vjivice! shta nosishmi jedinoga Otroka. God. IIII.* apud Com. Marsil. Oper. Danub. in Sirm. Tom. II. fig. 42. n. 7. — IV. Ante 1535. annos: *Nas sve utishi;* apud Harduin. in Hist. Num. Augg. — V. Ante 1800. et amplius an. *Βωγαίωνον*, *Bog' je ono*, *Menin'brieg*, *Poltin'brieg;* apud Strab. Lib. VII. pag. 298. — VI. Ante 2008. annos: *Bila Zora*; apud Liu. Hist. Lib. XLIV. cap. 26. — Perinde Illyrii hodie *scribunt*, et efferunt sua vt olim; de quibus quaedam

specimina tam vocum quam agnominum diplomaticorum, prout scripta sunt, heic damus. Et quidem I. Specimen vocum Diplomati subuectarum: I. Sub Andrea II. R. in Testam. Com. Behich an. 1220. occurrunt *Mata*, *Micha*; ac in eiusdem Regis Diplomate an. 1220. *Widhor*, *Wolkov*, *Wrachula*, *Mlaka*, *Miloia*, ex autographo Aduersar. Prou. Lib. XVIII. n. 11. vbi Spiessianam lectionem non moramur. Tum, sub eodem Rege Andrea an. 1234. *Udvarnici*; et *Dushenici* (apud Lehotzky Stemmatogr. Hung. Tom. II. pag. 112.) e quibus pro Orthographia Illyriorum, *c* absque *z* hodie scribentium, firmum ducitur argumentum; item sub Bela IV. an. 1244. *Vichidol*, in Cod. Dipl. Hung. Tom. IV. Vol. 1. — II. Specimen agnominum diplomaticorum: I. Sub Colomano R. *Orsich:* terror Bulgarorum, caesus an. 1100. ad Cassouiam; cuius descendentes Barones an. 1675. tum Comites an. 1744. — II. Sub Andrea II. *Vodicsa*: Comites in Croatia an. 1218. qui Regem per Dalmatiam in Palaestinam comitabantur; apud Pray I. pag. 210. — III. Sub Bela IV. *Subich* de Marmogna, Busan, et Lika, antenati Familiae Zrinianae: in aquirenda Iadra, Bosnia, et Dalmatia Regibus adstiterunt; quos Bela Rex an. 1246. singulari encomio laudat, apud Lucium Lib. IV. cap. 9. — IV. Sub Venceslao R. *Draskovics*: cuius antenati Hudina et Dragos Belae IV. contra Tarta-

ros adsistunt; in Diplom. Kercselic. pag. 237. — V. Sub Carolo I. *Keglevich* de Buzin; ex iis heroes ad Krupam an. 1564. et Comites de Posega; apud Rattkai pag. 40. Item *Iakusics* de Orboua in Com. Poseg. cuius nepos an. 1451. socius Hunyadianus; apud Katon. XIII. pag. 788. — VI. Sub Ludouico I. *Vrankovich* serius *Brankovich*; seu a Coruo, Illyr. *Vrana* (quem pro Insigni gerebant) seu a defensione portae, Illyr. *branu branit*, sic dicti: e quibus Lazarus an. 1342. Princeps Seruiae creatus, tenuit Belgradum et Machouiam, caesus ad *Kosovo*, ac sepultus in Claustro Ravenic an. 1349. apud Lehotzky l. c. pag. 435. — VII. Sub Sigismundo R. *Grassalkovich*: iam an. 1405. memorabilis; cuius laudes contexuit Schuartzius Praef. ad Dissert. Topeltin. — VIII. Sub Vladislao I. *Marnavich:* Comes de Svonik, Starosta Rasciae, et Vicarius Vajuoda vltimi Regis Bosn. Thomae; apud Kercselic. pag. 272. — IX. Sub Mathia I. *Thomassevich* R. Bosn. ac ibidem Proceres: *Kossarich*, *Iablanovich*, *Stanich*, *Thomanovich*, *Gubretich*, *Vuchich*, *Vesselich*, etc. in Lit. eiusdem Reg. Bosn. an. 1459. quarum *ἀπόγραφον* in Conuen. Fojnicen. hodiedum adseruatur; quo loco etiam cons. Chron. Prou. an. 1823. Sect. II. pag. 266. — X. Sub Vladislao II. *Spissich*: armales obtinet an. 1503. cum *Dragissich*, et Missnich; apud Katon. XI. pag. 357. Item *Pa-*

tatich de Zajezda, dictus olim *Grasech* an. 1507. cuius nepos Petrus, heros cum Zrinio ad Szigeth, an. 1555. obtinet arcem Nyivo in Com. Posega; plura de iis Zedler in Lexic. Tom. XXVI. — XI. Sub Ferdinando I. *Vragovich*: Praefectus Zagrabiae an. 1527. cuius antenatus Colomanum R. equis raptum saluasse narratur, in Ungr. Magaz. III. pag. 128. Item *Iurisics*: Zrinio e Szigeth erumpenti vexillum praetulit; cuius Diploma meritaque leguntur apud Pray V. pag. 262. Tum *Kolonics*, de Kolegrad in Bosnia; cuius Familiae Schema exponit Lehotzky l. c pag. 218. — XII. Sub Rudolpho R. *Milkovics*: ex Dalmatia an. 1606. sub vexillo Archi-Ducis Maximiliani in Poloniam iuit, captus, abinde euadens fluuium Vizla transfretando, omnia fidei suae commissa feliciter executus fuit; bello Turcico in diuersis expeditionibus viriliter pugnauit, summaque dexteritate arcem Köpcsén curae suae creditam in fide Regi debita conseruauit: obque merita Rex eundem cum descendentibus in numerum Regni Nobilium denuo assumsit, apud Lehotzky l. c. pag. 240. — XIII. Sub Ferdinando II. *Dvornikovich*: cuius Art. 37. an. 1622. meminit; de quo vid. Wagner Annal. Lib. II. — XIV. Sub Leopoldo I. *Iurovich*: an. 1662. pro Insignibus obtinet falconem in rupe expansis alis, et leonem cum framea; de quo cons. Lehotzky l. c. pag. 204. vbi *plura* insuper huiusmodi agnomina

diplomatica legeris. E quibus tute inferimus: veteres Hungaros cum adsociatis conciuibus Slauino-Illyris, finales *ch* et *cs* promiscue (plus tamen *ch*) adhibuisse; vt alibi, ad Conu. Cernek. dicturi sumus. Quare, qui Slauino-Illyricorum populorum migrationes ab septentrione vmbrisque Cimeriis, seu vagina Iornandis, horsum ad Heraclii Imp. tempora) antiquis Pannonibus velut momento a terra absorptis) temere confingunt, aut veterum Illyriorum idioma iam Gallicum iam Graecum Latinumque comminiscuntur, vel sub Hungaris aliorsum exulasse somniant; ii cum Argonautis vagari, aut nouos mundos pro arbitrio fingere, nobis videntur. Cons. isthic epigraphas veterisque aeui numos, quos hac Recensione de lingua Slauino-Illyria sparsim produximus; certe, ipse Schlözerus (rerum Slauinarum Scriptor diligentissimus, Hist. Septentr. pag. 276.) eorum ignorantiam arguit, qui *Slauinam* gentem Sec. 6. primum isthuc venisse putant. Illyrios itaque, dum ad condiscendam aeque linguam *Hungaricam Germanicam*, *Italamue* (sensu B. Decreti Aul. dd. 7. Nou. 1829.) pro communi Patriae huius cultura promouenda, exstimulandos iam pag. 78. censuimus; proprii quoque Idiomatis (tam late diffusi) cultum curare debere, arbitramur. Super quo singularem Suae Maiestatis Caesareo-Regiae Voluntatem, medio Exc. Consilii R. L.

Hung. dd. 18. Maii 1784. N. 11409. alte expressam, audire libeat: *Notum est, Illyricam quoque cum multiplicibus illius dialectis, adeo in vsu esse, vt alia* (praeter *Latinam;* ex adductis, in Extractu Repraesentationum Incl. Comitatuum Hung. isthic pag. 65. seq. recitato, fundamentis) *pro communi in publicis haberi omnino nequeat . . . Cuiusmodi consilium Sua Maiestas Sacratissima non ea mente iniuit, vt nationales Linguas exstirpatum eat, siue vt variae in Regno Hung. Prouinciisque adnexis degentes Nationes vsum natiui sui sermonis deponant atque alium condiscant.* Exinceps, literatus Philologus Ios. Voltiggi in Praefat. Vocabul. tripl. Edit. Vienn. 1803. de Lingua Illyr. palam proloquitur: „Omnes recensitae dialecti Slauino — Illyricae Gentis vniuersae nullam stricte offerunt Literaturam (si forte *Russ.* conatus demas) cum aliis cultarum Nationum comparandam, quae adhuc vagiunt in prima infantia: suntque pene aetatis, cuius fuit *Italica* sub finem 13. Sec. ante Dantem, Petrarcham, et Boccaccium; et *Gallica* longe serius post dimidium 17. Sec. ante Petrum Cornellium, Molierum, ac Racinum; et *Germanica* versus vigesimum annum 18. Sec. ante Gottsched, Gessner, Haller, Gellert, Hagedorn, Lessing, aliosque magnos viros . . . *Hungari* sapienter omnem impendunt operam, vt totam eorum Linguam in vnum commune Voca-

bularium conferant; plures magnanimi Viri et doctrina et suppeditatis mediis cum perenni eorum gloria concurrunt ad hunc pene incultum agrum excolendum, vnde non exiguos iam detulere fructus. Tales sunt: Révaj, Rainisch, Váhly, Grossing, Görög . . . Nomen genusque *Illyriorum*, iuxta Petauii Chronologiam, iam exstat tredecim fere Seculis ante aeram vulgarem: concurrant igitur docti, Mecoenates, et ipsa suprema Auctoritas ad hanc Linguam excolendam dilatandamque; qua hisce temporibus mercatores, viatores, milites, ac publicis muneribus fungentes, ad omnem euentum maximopere indigent. Vnus e multis perhibeat hanc in rem testimonium Franc. Baro de Carnea-Steffaneo Foroiulien. ab Aulicis Consiliis Regius cum summa auctoritate per Istriam, Dalmatiam, Albaniam Legatus, qui animaduertit, praeter Italicam Linguam etiam *Illyricam* esse scitu necessariam; idipsum de Hungaria, Croatia, Slauonia, aliisque Prouinciis dicendum . . . Quare, vrgendae sunt nobiles et cultae Personae, vt Illyrice iugiter loquentes natiuis fruantur deliciis: *Quo huius veterrimae ac pulcerrimae Linguae diminutio, et fortassis aliquando interitus, anteuertatur.*" — Iam nunc ad ipsius Regionis, a qua paullulum digressi sumus, vberiorem descriptionem properandum restat. *Slauoniam* doctissimus Buxtorff Lexic. Vniu. Part. VI.

pag. 368. ita paucis describit: „Slawonien, ein Europäisch-Land, unter welchem Nahmen die alten Ungarn das eigentlich sogenannte Slawonien, Croatien, Dalmatien, Bosnien, Servien und Bulgarien begriffen. Es gieng von dem Flusse Draw an, bis an den Venetianischen Meer-Busen. Anjetzo aber versteht man durch das Königreich Slawonien nur denjenigen Theil von dem alten Pannonien, welcher zwischen der Saw und Draw liegt. Es grenzet gegen Morgen an die Donau, gegen Mittag an Servien und Bosnien, von welchen es die Saw unterscheidet, gegen Abend an Steyermark und Croatien, gegen Mitternacht aber an Nieder-Ungarn, wovon es durch die Draw abgesondert wird. Dieses Land erstreckt sich von Copranitz an in der westlichen Gegend bis an den Ausfluß der Drawe in die Donau, ist 50. deutsche Meilen lang, und 12. breit. . . Slawonier waren meistentheils der Römischen Kirche zugethan, verrichteten aber den Gottesdienst in ihrer eigenen Sprache, welche vor Zeiten sehr gemein war, und an weit mehr Orten geredet wurde, als einige andere europäische Sprachen... Ja die dialecti von dieser Sprache gehen fast bis an Constantinopel. Die Slawonische Sprache ist auch unter den Türken sehr gebräuchlich . . . Slawonien ist sehr fruchtbar an Wein und Viehzucht, und hat viel Bergwercke. Das darinnen wohnende Volk ist dermassen zum Kriege geneigt, daß sie oft beten, Gott wolle sie mit dem Schwerdt in der Hand sterben lassen.“

Ceterum Slauonia (hodie tribus Comitatibus: Verocen. Sirmien. ac Poseg. definita) iam Sec. 9. ab Hungaris occupata fuit, teste Anonym. Belae R. Not. cap. 42. scribente; *Hungaros castrum Posaga et castrum Vlcau* cepisse; nomen Sirmii iam ex ipso situ Geographico praeferens, apud Novotny Sciagr. Hung. Fascic. I. pag. 115. agnomine *Slauoniae*, penes Pannoniam Sauiam (fere vsque ad Sec. 15.) exhaerente, testibus Istvánffio, Verbecio, ac Petheo apud Timon. Part. II. cap. 17. vnde Steph. Broderic. in descript. Hung. aperte protulit: *Citerior Hung. Valko, Posegam, et Sirmium, tres insignes Prouincias, quas nos Comitatus vocamus, a Slauonia diuellens.* Regionem certe S. Stephano R. paruisse, ex eius Diplomate fund. Episc. Quinque-Eccl. an. 1009. constat; quam subinde amissam Rado Palat. Sec. 11. iterum recuperauit, quamque Leges patriae Art. 7. 1477. et 16. 1498. *Partem Hung. Inferioris* vocitant: varias subinde vicissitudines experiri coacta. Basilius Porphyr. Imp. Graec. subacta Seruia et superiori Slauoniae parte etiam Sirmium, vbi *Nestor* Iupanus praeerat, tenuisse perhibetur; apud Katona, ad. an. 1073. Salomon Rex Hung. Belgradum, Sirmium, et quae circa Sauum amnem fuere Oppida, quaeque ad Istrum iacebant Ciuitates, occupauit; perinde Geisa D. obtenta Belgradi munitione, victis abeundi veniam concessit Graecis, et

a Michaële Duca Constantinopoli Coronam (quam hodierni S. Diadematis inferiorem cingulum esse asserunt) denuo obtinuit, apud Decsy, Horanyi et Katona; qui exinde Salamonem inter et Geisam diuortium exarsisse, putant. Reddito postea Byzantinis Belgrado Sirmium Hungariae accessit; quod tanto firmius eidem adhaesit, dum Ladislaus et Colomanus Croatiam ac Dalmatiam sui iuris effecere. Scriptores ad an. 1096. in Sirmii tractu *Maleuillam* fortalitium Hungaricum nominant, quod hodie Semlinum putatur; in quo *Guz* Comes constitutus, toti Regioni intendebat. — Porro, an. 1127. quo Stephanus et Almus aemulatione de Regno contendebant, Regio intra Danubium et Sauum triste belli theatrum euasit; *Zeugminum* (hodie Semlinum) pro muro inexpugnabili partibus luctantibus stetit, et Stephanus alterum Belgradi victor euasit. Manuel Imp. Graec. an. 1152. Geisam II. armis validioribus petiit, et occupata regione etiam Zeugminum adacta vi expugnauit; perinde Stephanus III. nihil armis proficiendo pacem cum Byzantinis inire coactus, eisdem Prouinciam cum tractu Sirmiensi concessit: at, an. 1165. sub Bela III. omnia amissa S. Coronae Hung. accessere. Fruebatur Regio restaurata quiete, absque dominii permutatione, vsque ad an. 1442. quo Turcae prima vice Regno Hung. Belgradum ademerunt, Slauonia interea Regni dignitatem conse-

cuta. Prima mentio *Regni Slauoniae* in Decretis Regum Hung. an. 1403. Art. 2. an. 1454. Art. 9. an. 1464. Art. 13. et an. 1471. Art. 6. quo tria Regna: *Dalmatiae*, *Croatiae*, *et Slauoniae*, nominantur, occurrit. Recuperatum subinde Belgradum, Turcae an. 1456. alterum expugnant, et an. 1471. primum in Slauoniam irruunt; tum an. 1473. repulsi, iterum post triennium eandem populantur, atque an. 1484. armistitio durante, sub Bajazete non minore damno afficiunt. — Abhinc Slauonia an. 1490. *Ioanni Coruino*, ne Coronam Regni adpeteret, sub Vladislao concessa fuit; excepto Sirmio, quod a Mathiae I. aetate *Laurentius de Vjlak* Ducatus nomine tenebat. Sed ne Coruinus (improbo Laurentii exemplo) intumesceret; Vladislaus an. 1492. titulum Slauoniae assumsit, iura Maiestatica sibi firmauit, et Ioannes Slauoniam *Bani* nomine administrauit, testibus Comitiorum Actis an. praecit. Demum Vladislaus II. an. 1496. *Insignia Slauoniae* noua contulit, Regno tres vertagos in campo argenteo (*Croatiae* duos clatros rubros, *Dalmatiae* autem tria leonum capita) adiudicans, Regnumque inter Drauum et Sauum constitutum suum adpellans; testibus Palma Specim. Herald. pag. 59. et Kercselic. Notit. Praelim. pag. 301. — Iam Regno Slauoniae, ita a gloriosissimis Hung. Regibus ad florem euecto, barbaries dehinc Turcica enorme vulnus inflixit;

Belgradum enim an. 1521. denuo a Turcis Regno ereptum, viam quasi procurauit Slauoniae incursibus eorum deuastandae: quae ab clade Mohacsiana eisdem ex integro parere coepit. Abinde in Regni Statu magnae conuersiones enatae: Comitatus quippe Veroca, Posega, Sirmium, et Valpo suo Praef. Turc. qui Posegae residebat, paruere; Comitatus vero Varasd. Zagrab. ac Cris. portio Slauoniae Superior. Austriae Protectioni sese deuouens, ab an. 1562. nomine *Croatiae* compellari coepit. Itaque Slauonia, longo Turcarum dominatu annis 176. amplius pressa, nobilitate exhausta popularibusque diminuta exstitit: cuius incolae a moribus cum lacte haustis vt plurimum desciuere; vnice a Religiosis huius Prouinciae Patribus (quorum non pauci vitae dispendium eapropter passi) inter summas calamitates in *Fide* ac *Religione* conseruati, testibus Diplomatibus Augg. Impp. et Regum Hung. nec non publicis documentis, in Chronico Prou. an. 1823. Sect. I. recitatis. Ipsi feracissimi agri in siluas et bestiarum latibula, antiquata sub barbaro cuiusuis rei cultura, abierunt; quin imo plures incolae, laboris ac industriae (vnde barbaris accessio fiebat) pertaesi, latrociniis viuere; potentiores pecude et pecunia exuere, non raro vita etiam priuare, sicque impune grassari adsueuerunt. Leopoldus I. ab liberatis a seruitute Turcica Regno Hung. Partibus-

que eidem adnexis, *Magnus* iure compellatus; annis quindecim (nempe ab an. 1683. vsque 1698.) cum barbaro bella gessit, et feliciter Slauonia potitus est. Turcae quidem expugnato iterum Belgrado, an. 1690. in Slauoniam denuo irruerunt; ast ad *Slankamenum* ingenti praelio fusi, eandem deserere coacti sunt: donec tandem pace Carlouicensi, die 26. Iun. 1699. feliciter conclusa, Slauonia S. Coronae postliminio adlecta penitus conquieuisset. Dehinc, primum per Exc. Consilium Hungarico-Aulicum an. 1745. agente vel maxime Comite *Alexandro Patachich*, organizatio vt aiunt, seu potius noua institutio trium Comitatuum Slauoniae exordium sumsit; in qua, quid ad ius militare, quid ad ciuile et onus contributionis; quidue ad Nobilitatis possessiones pertineret? discriminari denuo ac reordinari coepit: quod negotium an. 1747. ad eam, quam hodie videmus, perfectionem peruenit, et an. 1751. sanctionem tulit. — Slauonia olim naturae donis florens, diuturno Turcarum iugo pressa, inculta euasit, et circa an. 1736. exteris ob depraedationis metum imperuia, medio Aulicae Commissionis per dispersarum domorum coordinationem, militarium Contuberniorum regulationem, ac colonorum vtcunque reductionem; securitatem vndique nacta, nouo quasi regionis instituto respirare coepit. Magnam hinc colluuiem *Trenkius* in cohortem hostibus certe formidabilem,

nec minus pacatis ciuibus quaqua mouebat execrabilem eduxit; tum multis in commune bonum suo exercitu exantlatis factis, seipsum accusationibus et repetundarum rerum non immunem fecit. Atque hinc prouenit communis illa exterorum ac Patriae quoque Scriptorum quorundam contra *Slauoniae Illyrios* (tamquam latrociniis, furtis, caedi, ignauiae, ceterisue vitiis, vt olim sic hodie deditos) obuersa querimonia, vt quasi ad priscam maiorum suorum, veterum quippe *Pannoniorum*, barbariem rediisse viderentur; de quibus olim Dio Cassius, Prouinciae Praefectus, sic scribebat: *Omnium mortalium vitam durissimam agunt; neque enim terra neque aëre fruuntur temperatis, non oleum non vinum, excepto paucissimo eoque acidissimo adhibent; per hiemem asperrimam hordeum solum et milium edunt: fortissimi igitur ob haec omnia habentur; iracundi maxime nec non truculentissimi sunt, quippe nullo suauioris vitae lenocinio irretiti.* Enim vero Regionem, accedente serius Romana cultura, ipsis dehinc Romanis eatenus delicatissimis in deliciis fuisse; tot Vrbium, Coloniarum, Imperatorum, Praetorum, Senatorum, Praefectorum, Nobiliumue Familiarum Romanarum heic mansiones vbertim demonstrant. Depulsis Romanis Prouinciam, ab aduenis Gentibus depastam rebarbaratamque, successiue Hungarorum Reges haud exiguo flori restituerunt; testibus ab

Sec.

Sec. 11. quamplurimis Castris excitis, Oppidis restauratis, Coloniis adauctis, nec non complurium Procerum ac Nobilium isthic commoratione. Supremum denuo florenti Regioni excidium minabatur rabies Turcica; cuius iugo diuturno haud exigua Prouinciae inflicta fuisse vulnera, vltro fatemur. Ast feliciori post expulsum barbarum, praesertim ab aeuo Aug. M. Theresiae, Regionis organizatione (vbi et fundos hodie pro virili excultos, et incolas ad humanitatem comparatos, ac publicae vndique tranquillitati intentos, suspexeris) serenioris huius epochae quaerimoniam euacuari expertus miraberis, quasi nepotes veterum progenitorum Thracum Mysorumque (demonstrante Katanc. de Istr. cap. VII.) heic reperturus; de quibus Homerus Iliad. Lib. XIII. eleganter: *Ipse autem* (Iupiter) *retro vertit oculos fulgidos*, — *Seorsim equestrium Thracum intuens terram*, — *Mysorumque cominus pugnantium*, *et illustrium*, *equimulgorum*, — *Lacte viuentium*, *longaeuorumque*, *iustissimorum hominum.* Dominatus vero Turcici et paulo post, ante reuectam in Prouincia regulationem, tempora barbarie referta haud moramur; queis Engel Hist. Hung. Part. II. de Slauoniae Illyriis commentans, pag. 247. hisce satisfecit: „Ich kann bey dieser Gelegenheit nicht umhin, mich eines schon längst gefaßten, und durch mehrere Beobachtung, selbst durch Kenntniß der Illyrier bestä-

tigten Gedankens zu entledigen. Man sollte nemlich doch aufhören, den National-Character mit dem historischen und geographischen Character eines Volks zu verwechseln, und auf die Rechnung des erstern zu schreiben, was blos dem letztern zur Last fällt. Man hat den Slawischen Nationen insgesammt Hang zur Knechtschaft, Trägheit und Trunkenheit vorgeworfen, aber hat man wohl bedacht, ob nicht die Slawischen Völker von jeher entweder Unterthanen oder Nachbarn solcher rohen Asiatischen Völker gewesen, bey denen jene Laster wie zu Hause waren? Hat man die geographische Lage der Slawischen Länder genug beherzigt, wodurch diese nie zur nachbarschaftlichen Berührung mit den feinen Griechen, mit den wissenschaftlichen Kriegern und Staatsmännern, mit den Römern, (gleich den Britten, Galliern, Iberiern, Germaniern) gelangt sind? Hat man die Art hinlänglich betrachtet, wie auch jetzt noch die Illyrische Nation, da, wo sich dieselbe in andern Ländern niedergelassen hat, behandelt wird? Hat man endlich wohl die Erfahrung erwogen, daß, seitdem hie und da doch endlich auch für die Bildung der Nation gesorgt wird, dieselbe nicht nur unter ihrem Militär (z. E. Gwosdanowich, Dawidowich, Szechujatz, Papilla, Vukassowich, Knesewich, Ljubibratich, Zdelanowich, ꝛc) und unter ihrer Geistlichkeit ... Stratimirowitsch, Erzbischof von Karlowitz, Petrowitsch, Bischof von Temeswar, Paul Avacumovich, Bischof und ein guter Historiker, Stephan

Awacumovich, Archimandrit von Gergeteg, ein guter Jurist, Raitsch *rc.* sondern auch in ihrem Adel- und Mittelstande (z. E. Tököly, Terlaitsch, Obradowitsch *rc.*) . . . tapfern, einsichtsvolle, helle, aufgeklärte moralische Männer und gute Schriftsteller aufzuweisen hat?" Perinde alium exterum Scriptorem (sed, qui e Commissione Aulica in Slauonia longius diuersatus, incolarum caracterem penitius didicit) Caes. Reg. Consiliarium Taube saepe memoratum §. 50. eatenus audire libeat: „Die Illyrier sind unter dem türkischen Joche verwildert: sie haben die Laster ihrer Beherrscher, aber nicht die Tugenden derselben angenommen. Diejenigen, welche Syrmien bewohnen, sind unter allen noch am besten geartet. Man kann sagen, daß sie in Ansehung der Croaten und Dalmatier Engel sind. Alle Illyrier in den östreichischen und türkischen Ländern haben viele Verschlagenheit, Mutterwitz und Verstellung: die Bauern sind nicht so dumm und einfältig, keine solche Tölpel, als in anderen Ländern. In der Religion sind sie eifrig, ja! fast abergläubig, und haben für ihre Geistliche nicht nur die allergrößte Ehrfurcht, sondern auch einen blinden Gehorsam. Nicht halb so viele Illyrier, als Franzosen, Italiener und Deutsche fallen von Glauben ab und nehmen den Turban an: da sie doch stärker, als jene, dazu angereizt werden. Nichts können sie weniger, als Ungerechtigkeit ertragen. Die allerschärfste Strafe wird einen Illyrier nicht aufbrin-

gen, wenn er sich schuldig weiß: aber die allerleichteste wird ihm auf das äußerste erbittern, wenn ihm sein Gewissen sagt, daß er unschuldig sey. Mit ihnen nicht durch die Finger sehen, aber allen Schein der Ungerechtigkeit meiden, ist der sicherste Weg für einen Oberen, ihre Liebe und Neigung zu gewinnen. Wer solche gewonnen hat: der kann versichert seyn, daß ihm seine Untergebenen bis in den Tod getreu bleiben und für ihn durch das Feuer laufen werden. Die Haupttugenden der Illyrier sind: Treue gegen den Landesherrn, Gastfreyheit, ein unerschrockener Muth und eine Herzhaftigkeit, die allen Gefahren Trotz bietet, Neigung zum Krieg und vorzügliche Tapferkeit in demselben. Die Illyrier, welche in den östreichischen Landen seßhaft sind, haben an den Empörungen keinen Theil genommen: obschon sie dazu durch große Verheissungen angereizt wurden. Unter anderen versprachen ihnen die Anführer, sie zu einen freyen unabhängigen Volke zu machen: wie die noch zu Karlowitz vorhandene Urkunden und Briefe ergeben . . . Wenn man Esseck, Peterwardein, und Semlin ausnimmt: so trift ein Reisender hier eben so wenig, als in der Türkey, Gasthöfe und Herbergen an. Doch dieser Mangel wird durch die Gastfreyheit der Klöster und der begüterten Einwohner vollkommen ersetzet, welche froh sind, wenn sie Gesellschaft haben, und von den Reisenden etwas neues hören können. Ein gewisser Edelman, dessen Schloß an der Landstrasse auf einer Höhe liegt,

pflegte die Vorbeireisenden mit einem Sprachrohr selbst einzuladen, daß sie bey ihm einkehren möchten. Die alte deutsche Gastfreyheit wohnt nunmehr in Slawonien." Huic, de Slauonitarum hospitalitate, quiddam consimile narrant celebratissimi Duumuiri ac Reg. Scient. Vniu. Hung. Doctores, Piller et Mitterpacher Itin. Slauon. an. 1782. pag. 74. sequentibus: „Ad Pagum (circa Posegam) reduces; cum in chorte rustici paulisper consedissemus, et iam reditum in Vrbem pararemus, amice nobiscum rusticus expostulare, quod pro tecto pabuloque equis concesso, ne eam quidem gratiam redderemus, vt se proprio in cubili salutaremus. Aequa nobis visa reprehensio: surgimus, ingredimur; cum ecce! mensam stratam; sedilia disposita, cibós iam illatos reperimus. Quamquam manducare non libuit, singulari tamen, et inexpectatae viri humanitati tribuere debuimus, vt accumberemus. Erat dies Sabbathi, lautitiis nullibi, nedum in casa rustica aptus; et erant tamen tres cibi appositi: cucumeres in lamellas secti, atque pipere et aceto conditi; piscis fumo suffitus modico cum iure; et quoddam pulmenti genus Genti proprium, quod *Cicvara* adpellant. Hoc postremum, velut nouum, experiri placuit: cumque degustare solum constituissemus, iam etiam pene totum e patina extersimus; adeo gustu iucundum visum est." Vid. isthic, quae de Confin. Milit. Slauon. ad Conu. Brod. pro-

loquemur. — In reliquo, Novotny Sciagr. Hung. Fascic. I. pag. 116. Slauoniam hodiernam ita describit: *Situs Regionis, iocantis quasi naturae lusu ad varietatem et amoenitatem constitutus, a montibus quoddam aequor oculis imperuium pandit: non desunt opacae valles, riui prata irrigantes, luci fructiferarum arborum, colles vitibus consiti; vnde (si lacunae et stagna, industria ac labore tollerentur) Slauonia, ideam Paradisi referre posse asseritur.* Certe, illius solum procreat: I. *Frumenta* omnis generis; triticum vero ex grano 20. multiplicatum refert. — II. Frumentum *Saracenicum*, vulgo *Kukuruz* (quod a decima liberum est) magis colitur; et annis fauentioribus 2000. multiplicatum reddit. — III. *Tabacae*, praeter id quod in vsum et consumtionem domesticam cedit; 130,000. Centenarios in euectionis tabulis numerat. — IV. Copiam prunorum e lucis et quasi siluis colligit; quorum magna quantitas ope distillationis in speciem liquoris *Slivovica* dicti abit, aut pecori saginando inseruit. — V. *Amigdalorum*, *castanearum*, *pomorum*, et *ficuum* arbores, sub tam clementi coelo (si melior cultura accederet) magnum fructibus collectis commercii articulum efficere possent. — VI. Vicinia Carlouicen. absinthiaco *vino* celebris; Sirmium, olim vini gloria non ignotum, perinde hodie rubra (montis Policiani saporem aromaticum immitantia) habet. —

VII. Siluae *glandiferae* millia suilli pecoris saginant; aut baccarum quercinarum copiam subministrant. — VIII. *Bombicum* cultura, iam an. 1761. inducta, egregium hodie articulum instituit; exinde an. 1782. Comitat. Poseganus 2,367. fl. percepisse refertur. — IX. Nec pecoris *buceri*, armentorumue defectum heic subuersari; Nagy-Kanisa, Sopronium, ac quaestores (Austrii quoque) Semlinum vsque et Neogradiscam penetrantes, testari possunt. — X. Piscationi Sauus, Drauus, ac Danubius (ex quo huso sursum quoque defertur) lucrum, consideratione dignum, adferunt. — XI. Siluae, praeter variam ferinam, etiam cuniculos (Germ. Sturz-Kaninchen, Illyr. *Kuna*) alunt; e quorum exuuiis nobiliores cum Hungaris sua pellicea fulciunt. — XII. Vti ab olim salutaribus *thermis* in Daruuar et Lippik; sic ab aliquot annis *furnis* quoque vitriis, atque publicis lapide stratis *viis* (praesertim in Com. Posegano toto, Sirmio Inf. et Confiniariis Regim. Gradiscano ac Brodensi) hodie gloriatur. Amplius cons. Sciagr. Hung. l. c. Atque vberiorem huiusmodi non modicae in Prouincia culturae promotionem, post impigros Patacsichii aliorumque conatus, Excell. D. Comissario Reg. IANKOVICH de Daruuar attribuunt antememorati Duumuiri Reg. Scient. Vniu. Hung. Doctores l. c. in Praef. ita eum alloquentes: *Non ignoramus, id Tibi vnice in votis esse, quod huic Pro-*

uinciae, a Te breui temporis spatio ad stuporem excultae atque ornatae, nil eorum, quae ingenio, arte, et regendi scientia comparari solent, adiicere negligas; eamque perfectis, quae natura sponte offert, donis locupletes. Cuius egregios conatus nobiles illius Patriae Viri, tam prouinciales quam militares, hodie viritim aemulantur. — Faciem Regionis, ante hos quinquaginta tres annos, Consil. Taube l. c. §. 6. seq. his paucis descripsit: „Slawonien ist ein Land, welches allererst vor 20. Jahren (scripsit Auctor an. 1777. consequenter ante an. 53. queis additi 20. efficiunt = 73. annos: abinde ad non exiguum florem, tam Regnantis Clementia quam Confiniorum Milit. regulatione, Slauoniam hodie pertigisse; quisque expertus mirabitur) aus dem Chaos gezogen und erschaffen zu seyn scheint: sintemahl der menschliche Fleiß bißher noch wenig der Natur zu Hülfe gekommen ist. Wie viele Schätze der Natur liegen noch in dunkeln begraben, oder werden doch nicht recht bearbeitet und gehörig benutzt. Wer dieses höchst gesegnete Land durchreiset; der findet allenthalben entweder grundlose Sümpfe, Moräste und stehende Seen, oder unwegsame Gebirge mit gähen abhängigen Klüften und tiefen Thälern, oder ungeheure und düstere Wälder, oder weite und ganz flache Ebenen, die das Aug nicht übersehen kann. Eben so sah es vor Alters in Deutschland aus: Terra in vniuersum aut siluis horrida, aut paludibus foeda;

Tacitus de Mor. Germ. cap. V. Inzwischen scheint hier die holde Natur zu lachen: sie stellet allenthalben die angenehmsten Aussichten dar, welche die Augen bezaubern. Die Wälder sind 8. Monathe im Jahre stets frisch und grünend; nichts scheint verwelkt zu seyn und die Erde schmücket sich unaufhörlich mit neuen Blumen. Die Hügel sind mit alten Schlössern oder mit Wein bedeckt und die Thäler mit Gärten, welche die Natur selbst gepflanzet hat. Ein großer Strom zeiget sich in einer mäßigen Entfernung; ein silberfarbener Bach stürzet sich in der Nähe von den Felsen herab; die Luft erschallet entweder von seinem Gemurmel oder vom Gesang der Vögel. Kurz! das Land hat ein romanhaftes Ansehen. Wohin man sich nur wendet, werden die Augen durch neue Annehmlichkeiten in der wunderbaren Mannichfaltigkeit von bezauberten Gegenständen belustiget . . Kein Land ist reichlicher mit warmen Bädern, Gesundbrunnen und heilsamen Wässern gesegnet, als der gebirgige Theil von Slawonien. Die kleine] aus dem Gebirge kommendeit Flüsse und Bäche haben so viele in ihnen oft aufsprudelnde warme Quellen, daß sie auch mitten im Winter bey der strängsten Kälte nicht zufrieren. Als ich im Jäner 1777. über das slawonische Gebirg im Schlitten reisete, stand Reaumurs Wetterglas beständig einige Grade unter den Gefrierpunkt. Und doch fand ich die Bäche offen und sah Fische, Krebse, Frösche und Schlangen darin schwimmen. Die berühmtesten Bäder sind zu

Daruwar und Pakraz. Man könnte 50. warme Bäder in Slawonien und Sirmien anlegen . . . Das ganze Land ist mit mancherley kräftigen und gewürzhaften Arzney-Kräutern bedeckt. Alle Apotheken in Deutschland könnten von hier aus mit Kräutern und Wurzeln versorgt werden. Allein es geschieht gerade das Widerspiel. Kräuter zu sammeln, ist für einen Illyrier viel zu mühsam; und deswegen müssen die Apotheker dasjenige, was sie brauchen, aus Deutschland verschreiben. An Erdschwämmen, Mörcheln, Trüffeln u. d. m. ist ein Uiberfluß. Es giebt hier auch vielerley wilde Farbekräuter, mit welchen man sowohl sehr schön als dauerhaft und haltbar färben kann. Dieß ist ein Geheimniß der Weiber. Da sie sich gern das Gesicht anstreichen (nempe, tum temporis; hodie Sec. 19. nullo exemplo) so wissen sie aus Wurzeln eine Schminke zu machen, welche viel natürlicher und schöner, als die französische ist, nicht halb so viel kostet und sich gar nicht abwaschen läßt. Möchte doch diese Schminke in Wien, Paris, und London ewig unbekannt bleiben!" — Porro, Regionis mores ac vitae rationem, praememorati Reg. Scient. Vniu. Hung. Doctores, publice eatenus commissionati, Piller et Mitterpacher (quorum recensione adcuratiorem, pro nostra illius Patriae notitia, nullibi legeris) Itin. Slauon. an. 1782. pag. 116. seq. ita complexi sunt: „Prouinciam incolunt Illyrii Slauones, siue *Slavonci* hodie adpellati; quam nun-

cupationem eos ab Illyrico vocabulo *Slava*, cuius est *gloriae* significatio, traxisse quidam existimant: a perpetua, et quasi propria Genti, armorum gloria. Sed, neque de gente, neque de nominibus disceptatio nobis est: illud tamen praeterire non possumus, eos, qui superiorem Prouinciae tractum a *Pakrac* vsque ad fluuium *Illouam* inhabitant, *Valachos* adpellari; propter quod eos Consil. *Taube* e Valachia eo immigrasse autumat. Sed id nobis non placet; quod non sit credibile adeo omnia primae originis siue decora siue vitia vel longissimi temporis tractu obliterari potuisse, vt nihil eorum supersit: nullo, ne in lingua quidem, cuius tardissima semper est obliuio, vestigio superstite. Rectius idcirco nobis opinari videntur, qui eos e Bosnia Morlachiae maritimae, seu ad mare Adriaticum adsita, accersunt; suffragante iis et populari opinione, et quibusdam veteris moris, ac praecipue vestitus muliebris in populo reliquiis, nec dissentiente nomine . . . Sed haec, et his similia Historici inquirunt. Quicumque Prouinciae sunt indigenae, ii proceri plerumque sunt incrementi, corpore nec obeso nec rursus macerrimo; sed tamen macro viciniore. Vestitus viris ab illo Hungarorum parum diuersus, aestate plerumque lineus, indusio fere ad genua pertingente, atque ad lumbos zona adstricto; cui laneam breuem, raro candidam, saepissime fuscam et quasi adusti coloris tunicam, rubeo

aut caeruleo marginatam superinduunt, quotiescumque decentius vestiuntur. Barbam nullus, mystaces plurimi alunt; capillum retro religant, neque vnquam neglectum habent. Caput integunt panneo quodam operimenti genere, coni truncati aut semi-elliptoidis cauae figura; rubei, vel caerulei coloris. Nec minus foeminarum lineus est vestitus, praeter lanea varii coloris plerumque virgata semicinctia, quae bina semper deferunt ante et retro intectae, quasi sic togam supplere velint. Caput linteo non integunt solum, sed obuoluunt, sola facie conspicua. Cum ornatius induuntur, corpori nigram sine manicis tunicam, pedibus lanea diuersis coloribus varia tibialia aptant. Sed capitis praecipuus est ornatus, praeprimis puellis; quibus rubeum rotundae formae capitis ornamentum potius, quam integumentum pro velo est. Insigne illis est, crinem dentibus animalium, et plurimis diuersae figurae colorisque lamellis e taenia pendulis discriminare, rubeamque, quam dixi vittam, et collum, atque aures ornare. Hieme viri aeque ac mulieres pelliti sunt. Quorum regio montana est, ii quondam raras inter se iunctas sedes habebant, habitationibus diuersi discretique: Sed hodie vicos nostrum in morem locant connexis aedificiis, curantibus id possessionum dominis, vt publicae non minus quam priuatae colonorum securitati consultum sit; cui quo magis prospectum

esset, in praecipuo cuiusuis pagi foro aedicula posita est, in quam in vasta tempestate correpere possint, qui nocte excubias agunt, quas coloni inter se partiuntur, pluribus in singulas noctes deputatis, vt numerum faciant. Domos a solo attollunt, struuntque e perquadratis et dolatis tignis, teguntque plerumque assulis, raro ad tecta stramentorum vsu. Fumarium ipsum materiatum faciunt, exaltantque in formam turris, et exornant. Intus omnia terra oblinunt poliuntque, et postremo calce percurrunt, vt candidentur. Calcem non a calcariis emunt, sed ipsi in vsus coquunt; obuia ad eam vbique materia. Est autem fornacis haec constructio: Sepem erigunt rotundo ambitu ita, vt locum claudat; hanc alio rursum sepimento, relicto interuallo, circumueniunt: inter duas sepes, quod interuacat, argilla explent. In cauum machinae lapides ingerunt, sed ita, vt eos a fundo in formam camerae disponant, sub qua ignem accendunt, aditu per solum fossione patefacto. Domus forma longa est, fronte media retracta, vbi porticus est. In eum ternae portae patent, vna a medio, qua in culinam, atque ex ea hinc in promptuarium, inde in conclaue patris-familias intratur; duae aliae ab vtroque prominente latere, quorum alterum recipiendo cuicumque aduenae hospiti aptatum est, alterum coenaculo, quod et vniuersae familiae commune est: conuenientibus in id domesticis vi-

ris, mulieribusque ad conficienda opera, quaecumque domi siue interdiu, siue ad lucubrationes vespertinas fieri possunt. Id etiam solum est, in quo d hibernis mensibus, igne in fornace creato, calorem inferri patiuntur; nam noctes in frigido tolerant. Si paterfamilias siue fratres siue filios coniugatos habeat, secreto, intra eadem tamen septa, loco singulis coniugiis singula cubicula aedificat, in quae res suas conferre, et sibi solis habere queant. Interiora conclauium sola mundities ornat, cuius Gens omnis est studiosissima. Fundos sibi adtributos inter filiosfamilias numquam partiuntur, neque hi mortuo patre a se discedunt; propter quod vicena saepe coniugia eadem in domo cohabitantia in vnam familiam coalescunt, et plerumque sine querela conuiuunt. Familiae communibus suffragiis praeficiunt, quem regendi scientia ceteris praecellere existimant, et *Seniorem* (*Stareshina*) adpellant, qua in electione iudicio, commendationique mortui decessoris plurimum tribuunt; nec raro euenit, vt, qui aetate ceteris inferior est, auctoritate superior euadat. Eum omnes velut patrem obseruant, et velut superiorem verentur; eumdem tamen, si aut rem familiarem segniter curet, aut pacem inter domesticos tueri nesciat, aut vitia contrahat, non raro destituunt, et reluctantem etiam, interpellato fundi domino, in ordinem redigunt. *Senioris* est opera siue domestica siue rustica

subiectis imperare, quid in agro, prato, vinea, pomarioque faciundum, constituere; qui fructus in vsum reponi, qui ad emtorem transferri debeant, discernere; quae quisque in commune contulerat, custodire, apteque, cum vsus fuerit, rursum depromere; aes alienum, si quod necessitate contractum sit, expungere; quae Regi, domino, militi debentur, tempestiue praestare; escam familiae, et lanam in vestimenta prouidere; segnes admonere, opera facientibus saepe interuenire, peccantes plectere, et vel maxime, ne quid peccetur, cauere. In ea tot curarum turba, ne quid minus recte administretur, aliquos e familiaribus, nonnunquam etiam omnes in consilio habet, cum quid consulere vult; quod Dominicis plerumque diebus sublata mensa fit: quo etiam tempore suum cuique opus in septenos fere dies imperatur. Non dissimilis est ordinatio inter mulieres: quaecumque domus gubernatrix, ac materfamilias esse iubetur, ea labores inter mulieres partitur, e quibus per vices ad parandos cibos, coquendum panem, mulgendas boues etc. sibi adsciscit; cuius etiam est curare, ne quid prolibus domi, foris pecorum pastoribus desit. Sed praecipua mulierum cura est vestitum sibi, marito, prolibusque, et si qui in familia viduati sint, parare. Nam in vestitum nihil e communi peculio confertur, excepta lana, quam plerumque a b ex-

teris mercari coguntur. De lino autem curare, ad foeminas non communiter omnes, sed singulas pertinet, propter quod etiam singulis pars agri in lini sementum conceditur, quanta priuatis cuiuscuis necessitatibus congruere videtur. Mensa omnes communi vtuntur, sed alii post alios: primi accumbunt viri; his satiatis succedunt mulieres; postremis prolibus cibi inferuntur. Si quis aut hospes inuitatus, aut peregre aduenięns in domum receptus sit; ei hospitali in conclaui conuiuium adparatur, plerumque nullo, praeter familiae seniorem, assidente. Ad somnum se comparanti hospiti, priusquam exuitur, vna mulierum pedes calida lauat, linteoque abstergit. Quicumque adolescentiam excessere, fere in lecto non sine plumeis culcitis stragulisque cubant; iuuentus dura in humo, subiecto siue linteo siue veste, sternitur, vt corpus a teneris duretur. Est autem omnis Gens hospitalitatis laude praecipua, fereque in eam conuenit, quod *Tacitus* de Germanis tradidit: *Conuictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget; quemcumque mortalium arcere tecto nefas habetur, pro fortuna quisque apparatis epulis excipit.* Cum defecere, quae adparentur, penuriam patienter tolerant; quoad messis horreis, et vindemia cellis illata est, rursumque epulas redintegrant. Ciborum non magna varietas: aestate plurimum hortensibus, et diuersis e farina

cibis

cibis sustinentur; hieme carnibus, praecipue suillis: quamquam, si est multitudo *brassicae capitatae*, plurimam partem cibariorum per hiemem rustici vindicant, foliis eius tenuiter sectis, suoque in iure fermentatis. Nec minus cucurbitae eorum cibaria adiuuant: eas deraso cortice cum aqua coquunt, et cum emollitae sunt, cremore lactis condiunt; earumdem pulpamen in longas lamellas sectum, atque vel fermentatum, vel sole siccatum, in seros vsus reponunt. Quaecunque e farina siue e tritico, siue e zea Mays extrita conficiunt, ea fere cum lacte concoqui patiuntur; saepe autem solo lardo liquato perfundunt: in condimentis frequens nucis iuglandis, minutim obtritae, vsus est. Die Natiuitati Domini sacro nullus est, qui non suem siue aniculum, siue nefrendem, non in partes sectum, sed integrum, igni assum, mensae suae inferri curet; neque negligunt partem aliquam ex eo recisam vel fundi Domino, si in vicino habitet, vel sacrorum Administro mittere. Ad potum vinum, magis autem exaltatum e prunis liquorem adprobant; quorum, si desint, defectum sola aqua supplet. Labores virorum a peracta bruma in serum autumnum agrarii sunt; hieme, praeter quotidianam pecorum curationem, in eo fere occupantur, vt aedificia sepesque, et instrumenta, siue quae in opere laborauerint, refecta, siue quae caries vetustasque inutilia fecerit,

nouis recentibusque suppleta habeant. Neque enim rusticorum quispiam est, qui currus, vehicula, aratra, et quaecunque sunt lignea instrumenta, a lignariis potius emere, quam ipse sibi facere velit. Nec indecorum existimant tibialia, digitaliaque e laneis filis contexere; quandocunque ab alio opere vacui sunt. Iuuentus aestate pecora ad pastum exeuntia sequitur manibus nunquam ab opere vacuis; cum eas potius aut fila ducendo, aut textum quodcunque faciendo distentas habeat. Non alibi negotiosiores esse *mulieres* arbitramur, quam in Slauonia. Praeterquam enim, quod in operum rusticorum partem a viris aduocentur, domumque et famil. administrandam habeant, totius praeterea lanei lineique vestitus illarum est procuratio. Idcirco quibusuis grauioribus operibus netrinam interponunt, et subseciua quaeuis tempora studiose consectantur, vt suorum filorum pensum absoluant, raro vel in plateas publicas sine colo lateri adhaerente prodeuntes, neque, si forte a puteo reduces laeua vrceum portent, dextram a fuso abstinentes. Neque contentae fila ducere, etiam textrinam ipsae faciunt, textilia quaeuis e lino lanaque opera, rudi in machina, non rudi manu perficientes. Tinctoriam etiam sibi vindicant, exercentque felici successu; sed nullo siue materiarum tincturis idonearum, siue colorum varietate, solis fere, quos *primos* dicere solemus,

contentae. Ad rubeum vtuntur radicibus *rubiae* in puluerem contusis, atque cum aqua coctis, sed ita, vt nunquam inferuescat, addito plerumque modico ligni brasili decocto, vt color inclarescat. Cum lanam inficere volunt, eam in aquam ab igne calentem pariter cum rubia indunt, componuntque ita, vt ius lanae superueniat, et tres dies noctesque super leni semper igne patiuntur, saepius eam rudicula versantes, atque a fundo commouentes. Cum colorem combibit, exemtam e balneo lanam intorquent, componuntque per fasces in sicco, et mundo lintre, quoad ius, e quo exiuit, subiectis lignis inferueat. In id deinde singulos fasciculos, sed retortos, modice immergunt, rursumque exemtos in lintre sternunt, atque illico cinere e crematis vitium sarmentis residuo conspergunt, vt penetrentur, obruuntque feruente rubiae iure; in quo, foliis iuglandis obtectos aliquot adhuc horis seruant. Postea liquida in aqua lauant siccantque, et habent ad vsus paratos. Prius autem, quam tingunt, lanam praeparant, vt colorem adprehendat; eapropter eam in calida, ad quam secalinum fermentum (*Kvas* id adpellant) et alumen minute obtritum addunt, per octonos dies macerant, quoad luteum ex ea colorem trahat. Rubiam tinctoriam coloni plerumque ipsi colunt. Non multum dissimilis est ratio, qua lanam flauo tingunt, nisi quod in ea tincturae pa-

randae fermento abstinent, balneo ex alumine, et sale communi parato. Ad flauum colorem praecipua illis est *genista tinctoria*, non florum solum panicula, sed etiam foliis, et caudice ad tingendum vtilis. Eam in minutas particulas concisam, posteaquam noctem vnam in aqua macerauerint, subdito igne coquunt, quoad candidetur, quod est eius maturitatis signum. Dum inferuet adhuc, lanam eo immergunt, tenentque non diutius, quam sat sit, vt percoquatur, illicoque exemtam in lixiuium e quocunque cinere paratum, sed purum liquidumque conferunt; nec diutius, quam in colorato iure seruant. Tum intorquent, vt humorem dimittat, siccantque sine lotura. Est illis etiam non infrequens corticis pyri siluestris, foliorumque betulae albae, et amygdali persicae ad luteum colorem vsus: viridem e flauo ceruleoque contemperant, quem postremum ex isatide non sua, sed emta habent; atro inficiunt cortice fraxini excelsioris cum scobe ferri, et vitriolo concocto. Linum crebro aqua conspersum in sole candidant, neque coloribus tingunt; si qua tamen vestis varia placeat, eam acu pingunt, gossypinis filis omnem colorum varietatem praebentibus. Haec cum certa fide teneamus, immerito otium laborisque taedium in gente *Slauonitarum* vniuerse reprehendi existimamus; in qua mulieres quidem fere magis (quam vires ferant) occupari indubium

est, viros autem, si quando ab opere vacantes reperiantur, laboris non fuga, sed inopia vacare satis certo constat: quod tenuis cuiuis Familiae adtributus agellus plurimorum, in eius cultum manus conferentium, virorum operam non exposcat, quin abnuat etiam. Quid faciant consumtis in agro, et vinea laboribus in regione, in qua occupationes hominibus magis optare, quam reperire liceat, fereque rebus, quas difficili labore pepererint, emtor quaerendus sit? Artes maxime necessarias coloni ipsi exercent, voluptuarias ignorant, nullo seu privato seu publico detrimento; mercaturam, qui faciant, pauci sunt, nec dubium, quin ea quaestuosa esse non possit apud Gentem, in qua necessitates paucae sunt, commoditates non curantur, nec alterius cuiuspiam rei, quam aeris, maior est inopia. Commercium cum exteris exiguum, fereque pro solis tantum Nicotianae foliis, et pro serico aliqua pecunia redit. Nam frumenta ad exterum emtorem non alias facile transferre possunt, quam cum homines in Italia fames incessit. Nobis in hac felicissimae positionis Prouincia in eo peccari videtur, quod non cessent coloni solas tantum frumentorum segetes in agris excolere, quae et emtorem raro inueniant, et venditae etiam agricolam non admodum locupletent, et magnam hominum partem ab opere vacuam relinquant. Quanto rectius agros a frumentis resti-

biles iis seminum generibus obsererent, quae vicinis in Regionibus aut nunquam, aut raro coluntur, quaeque, cum assiduam iustamue culturam foris acceperint, tectis illata nouam domi curam, nouamque administrationem exposcant, quoad in id formentur, vt merx vendibilis fiant? Atque id in hac Prouincia ex parte iam facere tentarunt, cultu Nicotianae feliciter coepto, promotoque; in quo tamen maximopere damnamus, quod, cum Posegana Nicotiana vbique celebri fama sit, eam nihili procuratam, neque ad diuersos eius vsus formatam vendant, malintque lucrum, quod e forma, adhibitaque ei conditurae ratione maius redit, quam e materia, alienis potius concedere, quam sibi parare. Nil minus quaestuosa Prouinciae esse posset plantarum tincturis idonearum cultura, in iisque praecipue rubiae, et isatidis. Sed nobis prae illa lini nulla et naturae soli, et Gentis textrinam tam copiose sciteque facientis indoli, et facili mercatui magis adcommodata cultura videtur; quoniam siue occupatio hominibus quaeritur, illa lini administratio a prima eius semente vsque dum e machina textoria exeat, plurimorum manus distendit; siue quaestus proritat, is e linositate expectari potest maximus, quod spes sit vicinas regiones omnem lineae rei vsuram depensuras. Omni autem ea in re antiquissima esse debet cura de semine, quod Slauones probum non

habent, tum de omni lini siue foris in agro, siue domi sub tecto procuratione, postea de netrina textrinaque, ac postremo de probissima eius candidandi ratione. Quae res tam diuersae non tam praeceptis docentium, quam imitatione praeeuntium magistrorum condiscuntur; quos idcirco e regionibus, quarum lineae vestes plurimum laudantur, accersere oportebit. In prolium educatione nihil magnopere dictu dignum habent: eas matres, ni quid obstet, binas etiam trinasque ad vbera admittunt; non tamen negligunt eas aliis praeterea alimentis fouere, quorum praecipuum est farina, ac mollis cucurbitae medulla cum lacte concocta. De farinoso pulmenti genere, quoniam apud nos quoque est in vsu, tacendum non arbitramur: id *Kesselmayero* perniciosum, et pluribus forte mortibus, quorum caussae ignorantur, damnatum videri, quod tenellus infantium stomachus glutinosum neque fermento edomitum farinae lentorem conficere nequeat. *Opusc. sceti. II. pag.* 315. Celebris tamen *Bergii* diuersa est ab hac sententia: cum enim sumat partes nutrimento aptas frumento in spiritum extenuari, atque in auras dilabi, quoscumque melius pulmento, quam pane nutriri existimat. *Schwed. Abhandl. XXXV. pag.* 26. Nostrum non est hanc litem dirimere. Infantes fasciis circumueniunt, componuntque in cunis, cum iam quadrimestres sunt, eos secum ad agrum

deferunt, atque, ni cunas quoque deportauerunt, in linteo ex arbore suspendunt. . . Scholae iuuentuti rusticae primum anno 1758. *Kutjevae* aperiri coepere, nec multo post aliis in locis; et sunt iam non pauci, qui scribere non minus quam legere nouerint, eaque condidicerint, quae simplicitati rusticae conueniant. Lusus genti proprii pauci sunt: Iuuenes aut soli trochum flagellis ante se agunt, aut plures in duas aduersas velut acies distributi orbem ligneum baculis in diuersa propellunt; quaecunque acies orbem, et cum eo aduersam partem ante se agit, victoriam retulit. Viris solenne est lapidem ad metam iacere; quo in exercitationis genere eo vires confirmantur, vt qui a lapide coeperit, in saxo desinat. Instrumenta musica fere non alia, quam haec duo: vtriculus solo cum brachiis pressu tibiam animans, et lyra quaternis, vel senis chordis vocalis. Modulatio tristis potius placet, quam laeta; choreae graues, et placidae, quas non raro absque illo instrumentorum illicio ad sonos praeeuntis cuiuspiam cantus instituunt. Res veterum suorum Regum, Ducumque praeclare gestas canere amant, easque carminis et rhytmi legibus implicatas habent. Morborum in plebe non magna varietas: adulta aestate febribus, mensibus Augusto et Ianuario dysenteria, Decembri et Ianuario pleuritide, Februario denique et Martio malignis febribus tentantur. Eo-

rum morborum causas, quamquam satis in aperto esse videantur, nostrae disquisitioni concedere non audemus. Medicamenta, quorum apud plebem vsus est, haec fere rescire potuimus. In febribus praecipua illis est *Gentiana centaurea*, cuius flores foliaque, quanta tribus digitis complecti possunt, modice obtrita lenissimo super igne cum aqua coquunt; ea, si a ieiuno bibatur, et stomachum confirmare, et febres depellere fertur. Sed his curandis etiam radicem plantaginis aqua coctam adhibent; eiusdem plantaginis semen dysenteriam curat, cui etiam medentur seminibus *verbasci blattariae* ouis cum butyro incoctis. Aduersus hydropem remedium est aqua, cum qua baccas iuniperi concoqui patiuntur; eam ad vsus seruant. Quandocunque dein aeger sitim leuare desiderat, ex aqua hac ad poculum transfundunt, et prius, quam porrigunt, succum e radice *bryoniae* recente radula comminutae exprimunt, eumque potui instillant. Cum hac alteram etiam curationem adhibere non negligunt: saponem Venetum in spiritu vini colliquescere sinunt, eoque, quasi vnguento, plantas pedum aegri saepe perlinunt. Aduersus splenis tumores potus lactis, cui *saluiam* incoquunt, salubris habetur. Vulnera sanant foliis *plantaginis angustifoliae* superimpositis, curantque, vt vetera, et sicca folia nouis recentibusque permutentur eousque, dum plaga cicatricem ducat.

Si vulnus iusto plus manans arteriam laesam esse indicet, primum obtritis *achilleae millefolii*, tum plantaginis foliis obtegunt, quoad coalescat. Si quod membrum feruefacto quocunque liquore perfusum sit, bulbum *alii cepae* in lamellas secant, easque qua noxa pertinet, adplicant, et linteo obligant. Alii oua coquunt, vt indurentur ea deinde detracto putamine minutim concisa, et in igne frixa linteolo obuoluunt comprimuntque, vt liquorem, quem oleum oui adpellant, reddant; qui recenti butyro temperatus pro vnguento est, quod laesis partibus, detracta prius cuticula, sub qua inanitas facta est, adhibent. Si qua parte membrum quoduis adustum est, eo primum lineam spiritu vini madentem laciniam adplicant, quoad cutis inflata rumpatur; tum butyro e bubulo lacte coacto vngunt, consperguntque puluere, in quem carbones tiliae obtriuerunt. Cancri curandi haec a quibusdam tenetur ratio: primum erinaceum, deinde talpam quoque in ignem iniiciunt, vt viui crementur; extracta e rogo cadauera in puluerem conterunt, amborumque cineres in vnum commiscent, vt pariter sint in vsu. Cumprimum cancri indicia adparent, vulnus bubulo felle mane et vespere perfunditur, et dein reposito in id animalium cinere conspergitur, impositoque quocunque folio obligatur. Si pertinax malum medicinam hanc respuat, *beccabungam* cum aqua ebullire sinunt;

tum vas ab igne remotum cancerato membro subiiciunt ita, vt vulnus vapore aquae inhaletur. Cum deinde aqua iam intepescit, ea vulnus lauatur. Curatio haec eousque iteratur, quoad nullum serpentis mali vestigium supersit. Postea emplastro vulnus illinunt; Id consit ex aequis veteris lardi et recentis sebi partibus leni igne liquatis, addita modica cerae flauae, et minore adhuc thuris, et colophoniae quantitate." Haec celebratissimi Duumuiri Doctores praememorati, de Slauonia hactenus. — Ceterum, in Slauonia numerum *Incolarum* Engel l. c. pag. 244. seq. (tres Slauon. Comitatus, cum tribus Regiminibus Confin. complexus) cum respectiuis mansionibus ad an. 1785. sequentem statuit: Ciuit. 2. Oppid. 27. pag. 873. incol. 452,965. Diligens autem Ludou. Nagy, Statista recentior l. c. Tom. II. hunc calculum pro an. 1829. depromit: Ciuit. 2. Oppid. 48. pag. 878. incol. 570,230. Igitur, e collato vtriusque Scriptoris calculo: Oppid. 21. pag. 5. incol. 117,265. spatio quadraginta quatuor annorum plures numerantur. — Regni Slauoniae in politicis ac iudiciariis administratio hodie eadem est, quae in Croatia. Exc. Tabula *Banalis*, cui Banus Regia praeest auctoritate, transmissas e Comitatibus aut aliunde causas grauiores stato tempore examinat, easque nonnunquam curatioris certitudinis causa ad Regiam et inde ad Septemuiralem trans-

mittit Tabulam. Altera vero Tabula est *Iudiciaria* Regnorum Dalm. Croat. et Slauon. quae suis concernentibus causis occupatur, et ad Tab. Banalem (Forum Lib. Ciuitatum partim ad Magistrum Tauernicorum partim ad illam, lege antiqua) prouocat. Speciale *Illyrici Consilium* an. 1707. constitutum, an. 1779. denuo sublatum exstitit. Tabula *Banalis* constat: Praeside 1. Officii Banalis Locumtenente 1. Regnorum Dalm. Croat. et Slauon. Magistro ac Proto-Notario 1. Assessoribus 8. Protocollista 1. Archiuario Regni 1. Expeditore 1. et pauperum Aduocato 1. cum residuis; Tabula vero Iudiciaria conflatur: e Praeside 1. Assessoribus 4. Notariis 3. totidemque Cancellistis, ac reliquis. Hodie supremam, in Croatia et Slauonia, *Bani* dignitatem tenet: Excellentissimus D. Comes IGNATIVS GYVLAY de Maros-Németh, et Nádaska, Ins. Ordinum Leopoldi Imperatoris, Alexandri Neuszky Russici, Aquilae Rubrae Borussici, Iosephi Maximiliani Bauarici Magnae Crucis Eques, Theresiani vero Commendator, Regnorum Croatiae, Dalmatiae, et Slauoniae Banus, eorundemque Regnorum, Confiniorum Collapianorum, et Vunnanorum Supremus Capitaneus, S. C. et R. A. M. Camerarius, et Actualis Intimus Status, prout et Excelsi Consilii R. L. H. Consiliarius, Generalis Rei Tormentariae Praefectus, vnius Legionis Pedestris Ordinis Militiae Hungaricae, duo-

rum demum Pedestrium Regiminum Banalium Proprietarius Colonellus, per Regnum Bohemiae Supremus Armorum Caesareo-Regiorum Praefectus, nec non Excelsae Tabulae Banalis Praeses. — Vniuersum Slauoniae Regnum tribus ingremiatur Dioecesibus: quippe Bosnen. seu Diakouár. cum Sirmien. Can. vnitae; item *Zagrabien.* et Quinque-Ecclesien. Illi vero, qui Orient. Eccl. sacris addicti sunt, proprium Archi-Episcopum et Metropolitam Carlouicii residentem venerantur; qui hodie est: Excellentissimus ac Reuerendissimus D. Stephanvs Stratimirovich de Kulpin, Ins. Ordinis Leopoldi Imper. Magnae Crucis Eques, Orientalis Ecclesiae Graeci Ritus non vnitorum Archi-Episcopus Carlouicensis, et Metropolita, S. C. et R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, Eruditae Societatis Scientiarum Göttingensis Membrum Honorarium. — Abhinc iam ad ipsius Regni Metropolis, Ciuitatis quippe *Essekio-Mursensis* recensionem, a qua digressi sumus, regredimur. Essek, Rom. *Mursam* ab Augusto Caes. circa an. Chr. 8. conditam esse, vulgo ferunt; sed Epigraphe dom. clare habet: *D. Hadriano Mursens. Cond. suo.* Atque inde Stephanus: *Μοῦρσα, πόλις Παιονιας, κτίσμα Ἀδριανοῦ — Mursa, vrbs Pannoniae, opus Hadriani,* ideo forte, quia ab eodem iura Colon. acceperit; vnde etiam a Ptolem. Geogr. Lib. II. cap. 16. Colonia appellatur. Mursam, cum

aduersa Draui ripa ponte *lapideo*, vbi nunc molendina ad inf. Suburbium prostant, iunctam fuisse; plures e vet. vestigiis arguunt, in Chron. Prou. pag. 233. Quod opus dum Hadriano admittimus, priscam Vrbis existentiam non negamus; cuius frequens apud Scriptores profanos aeque ac Eccl. occurrit mentio. *Ingenuum*, Pannoniae Rectorem (vnum e 30. Tyrann. qui sub Gallieno Imp. Rom. inuaserant) apud Mursam victum occisumque, scribit Pollio in trigint. Tyrann. *Vetranio*, Magister militum, in Pannonia apud Mursam Imperium corripuisse, sed a Constantio eorsum adcurrente omnibus exutus fuisse; scribitur, apud Aurel. Victor. in epitom. et Zosim. Lib. II. cap. 43. Mursa, in Notit. Imp. sub disposit. Duc. Pann. II. Ripar. nominatur, vbi Praefectus Classis Istric. resedisse adstruitur: quam memorabiliorem reddidit insignis clades *Magnentii* vsurpatoris Imp. circa dimidium Sec. 4. ab Constantio Aug. causata; de qua passim Scriptor. Zosim. l. c. cap. 45. Socrat. Lib. II. cap. 32. et Sozom. Lib. IV. cap. 7. Errore tamen lapsos Socrat. ac Sozom. censemus, dum id atrox proelium ad Mursam *Galliae* castellum accidisse scribunt; nam Zosim. Sulp. Seuer. et Iulian. Aug. illam pugnam non in Gallia sed in Pannonia commissam testantur: id, quod ipsi praememorati bini exerrantes Scriptores alias innuunt, dum *Valentem* Episcopum Mursensem Antistiti-

bus Pannon. perpetuo accensent. Mursam in solo Quinque-Ecclesiensi perperam locat Auentin. Annal. Boj. Lib. II. cap. 46. n. 5. inquiens : *In Illyr. nouus emersit Tyrann. apud Mursam Pann. vrbem . . . Quinque-Ecclesias nunc vulgus appellat;* quod Iulian. Aug. Zosim. Notit. Imp. Itiner. Antonin. ac Epigraph. testimoniis aperti erroris conuincitur. Primus enim Orat. I. pag. 36. seq. aciem Constantii ita instructam aperte refert, vt ad dextram haberet flumen *Drauum*, a quo Quinque-Eccl. fere 20. M. P. distant; idem alter l. c. pag. 49. iter Imp. per Cibalim metiendo, recenset; auctor vero Notit. Imp. Quinque-Eccl. in Pann. Valer. (trans-Drauum vsque Brigantium definitam) haud vero in Pannonia II. Ripar. vti Mursam, locat; epigraphae demum et numi tetradrachmi, pecuniae *Audoleontis* Poeonum R. similes, heic loci Essek reperti (apud. Katanc. Columm. Milliar. ac Geogr. vet. epigraph. Tom. I. pag. 476.) quos post Alexandri M. aetatem, ab Gallorum in Moesia vicinisque prouinciis tumultu, ad normam veteris pecuniae Graec. fuisse procusos, recte coniicit Neumann. l. c. non solum quoduis dubium eatenus tollunt, quin imo vetustatem loci palam indicant. Cons. Schoenuisn. Comment. Geogr. Pann. Rip. Part. I. pag. 59. quo nemo melius de Vrbe disseruit; declinante subinde Imp. communem cum Prouincia Sirmiensi cataclismum a barbaris exper-

ta. Demum Sec. 16. a dominatoribus Turcis (opera 20,000. Christianorum subiugatorum) communita; sed Sec. 17. ligneo ponte, 8565. Dardam vsque passibus longo, a Ducibus Lotharingiae et Bauariae machinis disiecto hosteque expulso, a nostris in meliorem ordinem redacta, tum tribus Suburbiis cum Fortalitio (oper. holland. an. 1710. structo, et 30,000. armatorum capace) adaucta, ac solido aggere ab aduersa Draui ripa vsque Beliam an. 1775. e ruderibus vet. Mursae excito instructa, commodiorique supra flumen ponte adornata, hodie insigne Slauoniae emporium euasit. Cons. Novótny Sciagr. Hung. Fascic. I. pag. 125. Singulare Instrumentum Capituli Eccl. S. Petri de Posega an. 1497. *Castelli Essek ac possessionis similiter Essek, et partium eiusdem in Comitatu de Orbaz existentium*, meminit; quo lis quaedam, inter Familias *Desseöfi de Cernek et Theruk de Cernek*, in Curia Regia obmota, dirimitur. Vid. MSS. Diplom. Prou. Tom. I. Huius Vrbis gnatum *Ioannem ab Essek*, an. 1539. fuisse Quinque-Eccl. Episcopum hoc nomine IV. Diplomata et Consist. Vaticani Acta prodiderunt; apud Koller Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. V. pag. 237. De vicinia Vrbis Essek. Cl. Duumuiri saepe memorati Itin. Slauon. pag. 22. haec adnotarunt: „Ingens illa aquarum moles, quae peruetusta arcis Kolosuár rudera circumit, eius est ambitus,

vt

vt a ripa ad arcem, cum breuissima est, duarum horarum sit nauigatio . . . E medio lacu exigua emergit insula, hominibus (praeterquam piscatoribus) inhospita; in ea et horti vestigia superesse feruntur, et arbores pomiferae, et mira crassitudine vites a seculo forte depositae, quae plurimas stupenda mole sapore autem suauissimo vuas singulis annis perferunt. Eandem aterrimi crassitudine brachii humani angues frequentare dicuntur; mites adeo et innocui, vt piscatoribus somni causa humi stratis mediis sine noxa interiaceant: propter quod eorum aliquem mactare nefas ducitur, ne caede vnius irritati ceteri mansuetudinem deponant." — Abinde Mursa prosequitur Tabula Itin. Rom. viam Cibalim et Sirmium versus, sociis Hodoepor. nullum cum via ripensi (quam alibi legemus) nexum exhibens; qua memorantur: *1. Ad Labores Pontulcae*, seu in Burdigalen. *Mutatio Leutuoano;* quem locum Iac. Gothofred. eundem cum Cibali esse putat, siue ob Constantini aduersus Licin. pugnam, siue ob Seuerum Imp. e Moesia aduentantem isthic a Pannon. adortum, siue ob vallum Constantii aduersus Magnent. a fl. Vlcau vsque ad Bacuntium productum, ac hodie visibile: quod Wesselingio iure displicet. Nam, Rom. pons *Hiulca* in Tab. Itin. ad X. M. P. a Cibali eiectus est, quo intervallo est eiusdem nominis Vlcau (Vuka) fl. palu-

stris: ad quem, demonstrante Hirschvogelio, erat olim castrum *Herman*, cuius rudera in lacunis illis (inde fortasse mutuauit *Lutoanum*, cuius vestigia hodie *Lanka* vicus seruet) actutum superant; et quidem eo situ, quo hic pons constitit olim, circa *Merkushica* vicum, ut Hasius recte signauit. — II. *Cibalis* (quam perperam Timon cum Budalia confuderat) in Tab. Municip. Zosim. Oppid. Hodoepor. Ciu. quam Sentiuan in Valpo, Lazi Morovich, Danuill. Svilaj, Mannert. Mikaiovci, alii alibi posuere. Nos hodie *Vinkovce* pro veteri Cibali firmiter tenemus; auctoritate Lapidis, dum fundamenta pro noua Ecclesia Parochiali foderentur ibidem eruti, cum hac epigrapha: *Lib. et Liber. Sacr. M. Vlpio Fronto Aemil. Dec. Mun. Cib. Fec.* ex quo Vinkovcium partem fuisse extremam Ciuitatis Cibalensis, cuius reliquum corpus sese per colles versus *Ivankovo* ac *Nusthar* porrexerit, recte inferimus; comite Zosim. Lib. II. cap. 18. et 49. Id, quod amplius firmat alter Lapis Rom. ibidem ad exortum intra hortos, ducentis amplius passibus a priori dissitos, in platea vulgo Germanica an. 1823. effossus ac hodie in triclinio capitalium Praefecturae excubiarum consistens; cum hac epigrapha: *D. M. C. Aponio. Memmio. Celeri. Tribuno. Militum. Leg. Primae. Italicae. Iulia Pia. Coniugi. Bene-Merenti. Et Aponia - Callitia. Fratr.* Cibalim Valens, Va-

lentinianus, et Gratianus Impp. suo natali, Constantinus M. autem ac Constantius Impp. gloriosis victoriis nobilitarunt; quo loco, florentibus Hung. rebus, ante cladem Mohacsianam steterit vrbecula *Palina* dicta, cuius gnatus Georgius Palinaeus Episcopus Bosnensis Iuris Scient. clarus, clade Mohacsiana 1526. cum plurimis aliis interiit. Cons. Istuanf. Lib. VIII. pag. 130. Perinde veteris *Episcopatus Cibalen.* plures meminere; iam Sec. 3. sub Decio Imp. martyrio coronatum *Donatum* Episcopum Cibal. scribit Lazi. Comment. Reip. Rom. Lib. II. cap. 2. sed, vnde id didicerit? more suo non prodit. Timon autem Imag. Hung. Lib. I. cap. 10. quoddam Decretum Cornelii P. an. 254. laudat, cui Episcopus Cibal. absque nomine subscriptus sit; quod ab eruditis merito exploditur. Certius, *Eusebium* Cibal. Episcopum sub Valeriano et Gallieno Impp. ac *Pollionem*, Primicerium Lectorem Eccl. Cibal. an. Christi 304. martyrio adfectos, testantur authentica Acta MM. apud Ruinart. pag. 159. edition. Veronen. ex quibus de existentia Episcopatus Cibal. circa dimidium Sec. 4. ambigi nequit; quem iam cum lapsu Sec. 4. incursu barbarorum et Arianorum fraudibus interiisse, suspicamur. — III. *Cansilena*, in Burdigal. *Mut. Celena*, hodie rectius *Orolich;* quamuis vico *Celletouz* (Cxeletovci) sonus quidem cum Celena conueniat, at non situs. — IV. *Vlmospaneta*, Hodoepor.

Vlmos vicus, Simlero Iltz Illacs, Danuill. Shtitar, Mannert. Martinci; nobis situ ac mensura hodierni *Tovarnik*, vbi nonnulla substructionum vestigia reperiuntur. — V. *Spaneta*, hodie *Erdevik* pagus; in quo Statiu. Milit. Equit. erant. — VI. *Budalia*, in Burdigal. *Mut. Vedulia*, in quibusdam *Bubalia* praue scribitur, hodie *Mangjelos* vicus, ob iustam mensurae distantiam; infra quem insignia patriae *Decii* Imp. teste Eutrop. vestigia superant, a Comite Marsil. memorata: inde via Sirmium vsque digreditur.

b) Praeprius quaedam de veteri Episcopatu *Mursensi* condam Essekiensi florente, ad hodiernum *Diakouar.* nunc relato; paucis memorare libeat. Farlatus Hist. Illyr. Sacr. auctoritate Hesychii Episc. Salonit. inductus scribit: S. Clementem, Petri Apost. discipulum, Mursae Christum praedicasse, sedemque Episcopalem illic erexisse; cui sententiae, grauibus inducti motiuis, haud refragamur: tametsi, vsque ad See. 4. nullum Antistitem nominare sciamus. Antelato autem Sec. memoria ac nomen in Hist. Eccl. frequentissime occurrit Mursensis Episcopi *Valentis*, natione Graeci, sed perfidi Ariani, lupi potius quam pastoris; de quo S. Athanasius Epist. ad Episc. Aegypt. et Lyb. n. 7. scribit: *Vt nouitium catechismo ab Ario institutum fuisse.* Cui adsociatur *Vrsacius* Singidunensis hodie Belgradiensis Episcopus, perinde na-

tione Graecus; de quibus Synodus Alexandrin. c. I. n. 13. haec: *Miserunt duos, aetate et moribus iuniores, Vrsac.* (in Moesia) *ac Valent.* (in Pann.) *Episc. . . . Nec recusarunt, licet Iudices essent, testes fieri;* tum Concilium Sardicen. apud Sozom. Lib. II. cap. 27. de iisdem: *Quibus ne minimum quidem gradum Clericatus quispiam contulisset.* Parilibus contribulibus insuper duo accessere perfidiae testes, *Germinius* quippe Sirmiensis etiam natione Graecus, et *Gaius* Cibalensis natione Pann. Episcopi; omnes quatuor tandem in Concilio Rom. sub Damaso P. an. 369. *excommunicati, depositi, ac ex Ecclesia Orthodoxa eiecti,* promeritam poenam sustinentes. Cons. Athan. Epl. ad Afros. edit. Colon. Quod vero hi, Arii adseclae, tantam sibi sumserint confidentiam, vt Rempublicam sacram permiscerent, portentoso sane mendacio effecerat *Valens* Mursiae Episc. Cum enim Constantius Imp. an. 353. cum *Magnentio* de summa potestate concertans, sub initium pugnae aedem Martyrum nobilem (quae sub Vrbe Mursa posita fuit) subiisset, et anxius exitum rei operiretur; ille ex occulto, quid gereretur edoctus, primus de fuga hostis indicauit. Vbi vero Imperator de indice quaesiisset, respondit: *Ex bono genio iucundum id nuncium se accepisse;* quapropter Constantius palam postea profitebatur: *Se Valentis meritis, non virtute Exercitus vicisse;* vt in Hist. Sacr. narrat Sulpit. Se-

uerus. Quoniam vero hic Princeps in Pannoniam frequens veniebat; non piget eius elogium, ex Timone Imag. vet. Hung. Lib. I. cap. 10. heic subtexere: *Constantius, Constantini M. degener filius, a caede generi sui Principatum auspicatus, vni denique pepercit Iuliano; maxime degeneri, maxime indigno vita. Vnum Deum non rite coluit, plurimos execratus; pertinax Arianus, de Christo non pessime meritus. Namque, neminem sibi auctorauit; nisi Christo quoquo modo auctoratum. Aliquando de Religione binas formulas comprobauit; quarum alteram in Oriente, alteram in Occidente obseruari iussit: ita iniquior in Orientem, dum aequior. Sibi nomen aeterni adsciscebat, Dei Filio demebat; non credidit, sed experiundo didicit, se mortalem esse. Ante obitum Ariano ritu ablutus, cum omnes percuperet, nullam eluit maculam. A Gregorio Naz. laudatus est; sed solum cum Iuliano, desertore Christiano, collatus: adeo nullum decus habuit sine exceptione. Valeat iam cum fatidico Valente suo.* — Nunc de Episcopatu *Bosnensi*, seu ad dimidium Sec. 17. *Diakouariensi*, quidpiam proloqui liceat; cuius vet. initia ad dimidium Sec. 6. cum quibusdam perperam referre, aut quosdam Antistites (quorum plerique ritus Graeci, vel *Patarenorum* labe infecti) cum Luccar. Orbin. et Farlat. recitare, hic loci haud vacat. Ad initium Sec. 13. illius existentiam, tem-

pore *Vgrini* Archi-Episcopi Coloc. agnoscimus, ex Literis Honorii III. P. an. 1227. ad eundem datis; etsi prima illius Antistitis Cath. in Lit. Gregorii IX. ad an. 1234. mentio occurrat; quare Ferrario de Reb. Hung. Part. III. Lib. 1. primum huius Dioecesis Episc. *Ioann. Teuton.* ex Ord. S. P. Dominici ad an. 1238. statuenti, non adstipulamur. Cel. Pray Specim. Hierarch. Hung. Part. II. pag. 429. ad citat. an. nominat *Pousam* Episcopum Bosn. et *Oliuerium* Sirmiensem Episc. l. c. pag. 383. vsque ad an. 1262. producit; sed primus non Pousa ast *Ponso*, alterius autem loco *Otymino*, in Diplomate quo Bela IV. Praepositurам B. V. M. de Thurocz pro Ord. Praemonstr. erigit, an. 1252. vterque, ille Bosnensis hic Sirmiensis Episcopus subscriptus legitur, apud Fridvaldszky pag. 55. Horum Praesulum sedem condam trans Sauum in Bosnia constitutam fuisse, nullum est dubium; sed quo loco erecta? non perinde cognitum. Communi opinione ad hodiernum oppidum *Seralium* refertur, vnde in omnem late Bosniam Episc. iurisd. commodum pertinere potuit; ex quo liquet, aliam olim Episcopatus Bosn. quam hodie sit, faciem fuisse. Nunc a loco, vbi residet, *Diakouariensis* fere audit, et ab an. 1773. Sirmiensi *Canonice* iungitur; a dimidio Sec. 13. auctoritate Innocentii IV. Metropolitae Coloc. obnoxius. Illius Statisticum Complexum habes heic pag. 124. lit. b.

c) Vid. isthic pag. 50. lit. c.

d) Sub. Turc. tempus ibidem cautum erat animarum Curatoribus residere; ideo, Domicilio Fratrum euerso, Patres ex erecta in vico *Antin* Residentia horsum, diuinorum causa, sub Turcica veste continuo excurrisse memorantur, in Chron. Prou. an. 1766. §. V. pag. 253. Non displiceat heic loci duos insignes Viros, quos felix prouincia Mursensis in solo suo peperit, vnum pietate alterum eruditione clarum; commemorare. Primus est A. R. P. *Alexander Tomikovich*, huius Ord. ac Prou. Ex-Minister Prouincialis Senior, natus 25. Ian. an. 1743. Essekini in Ciuitate inferiori; de qua illud Propertii Lib. I. Eleg. 8. iure protuleris: *An tibi sum gelida vilior Illyria?* In bona senectute an. aetatis suae 87. ibidem denatus; cui Prouincia an. 1829. publicis Literis inter reliqua ita parentabat: „Vultis, Fratres mei! illius regendi gubernandique principium, tam in Guardianatu diuturno ac Consultoratu quam Prouincialatu retentum, amplius nosse? isthoc sequenti enarratione edocebo. Aurelianus Imp. aetatis suae tricessimo septimo, in Cypro Regis cuiusdam epitaphium reperit huiusmodi: *Haec mihi gubernandi ratio; quod obtinere potui virtute, non quaesiui habere fraude; quod pace, hoc non bello; quod prece, id nequaquam minis; quod corrigere in priuato, nequaquam correxi in publico; quod admonitionibus, hoc nequaquam poenis; consolatus sum amicos, vitaui*

inimicos; nemini poenam statui, cui prius non ignouissem. Epitaphium aureis literis nostro Alexandro (in quo omnia concentrarunt) exscindendum! epitaphium, omnium Praepositorum cordibus insculpendum! Exinceps, humili, morata, recta, simpliciue sua vitae ratione Seniculus Alexander omnium sibi conciliauit beneuolentiam vberiorem, suorumque Fratrum corda ac voluntates ita rapuit, vt vix vnus vni carior fuerit, quam ille esset his omnibus; vnde ab Inclyta Superiore Studiorum Directione Regia Zagrabiensi, ceu egregiis in prouecta plane aetate eatenus dotibus instructus, ad eiatis Caesareo-Regii Gymnasii Essekinensis Directoratum (cunctis adplaudentibus, illo vno deprecante) an. 1813. honorifice postulatus fuerat. Quod munus etsi fatiscentibus senectutis viribus, serius fortiter deprecari necessitaretur; publicam nihilominus ab eadem Superiore Studiorum Directione Regia, pro antlatis meritis et actiua impositi muneris exactitudine, reportauit contestationem sub 3. Dec. 1821. N. $\frac{4}{5}\frac{9}{1}\frac{9}{2}$. inter reliqua hisce: *Quod munus A. R. Paternitas Vestra, a gestis in sacro Ordine officiis et meritis clara, nec minus pro non vulgari eruditione, Religionis zelo, iudicii maturitate, ad regendum hocce publicae Educationis Institutum formata . . . Spatio annorum octo egregie solerterque, atque cum plena Directionis huius Literariae satisfactione et*

complacentia obiuit . . . Vir vtpote, qui aetatem suam in publicis seruitiis et Ecclesia Dei vtilissime vna ac feliciter consumauit, quemque (nisi grandior aetas necessitatem imponeret) Institutum Literarium non absque dolore et Educationis publicae iactura amitteret; ex quo, ob singularia merita in Principem ac Patriam fidelissime posita, aliasue praeclaras et laudabiles animi dotes, Eandem A. R. Paternitatem Vestram omni commendatione et altiori Gratia dignam, hisce sub Officii Sigillo recognoscimus. In quorum sequelam perinde Inclyta Comitatus Verocensis Vniuersitas, generaliter an. 1815. congregata, nostrum Decanum (facti prorsus nescium, neque vnquam honorum quorumcunque cupidum) publico suae Tabulae Assessoratu, qua Localem Caes. Reg. Gymnasii Directorem honorare concupiuit; id quod noster Vir Religiosus, Minoritico Spiritu singulariter animatus (ad percommode sistenda inuidi subinde pectoris, temereue garrientis oris fluenta) perhumane, rei conscius, oblatum detrectauit, animose respuit, solenni protestatione reiecit, taliterque complurium, venerabilem simplicis Senis canitiem eatenus sugillantium ora obturauit. Homines quippe mortales, praemonente Saluatore, estucam aliquando in alieno oculo discernunt, in suo vero nec trabem vident; quare, adposite Vates Sulmonensis Lib. II. Trist. v. 33. cecinit: *Si*

quoties homines peccant, sua fulmina mittat-Iupiter; exiguo tempore inermis erit. Ast, quidquidquid sit, illud prorsus egregium erat a nostro Decano, non tantum religiosae modestiae quantum christiani speciminis facinus, ab adolescentibus ediscendum, a iuuenibus practicandum, a senibus (aeternitati potius, quam terrae, propioribus) cuiuscunque status conditionisue, pro virili imitandum! contemtu quippe honorum Seculi, ad tutiora collocamur; iuxta illud Bythi apud Lysimachum: *Stet, quicunque volet, Aulae culmine lubrico, me dulcis saturet quies;* Vnde Seneca, Lib. de tranquill. cap. 10. adposite subnectit: *Non inuideamus altius stantibus; quae excelsa videntur, praerupta sunt.* E contemtu igitur mundani honoris virtutem elicere posteros edocuit noster Alexander, et quod mundo arduum videtur, exemplo roborauit proprio; secundum percelebre Silii Italici, de Bell. Pun. Lib. II. monitum: *Ardua virtutem profert via, pergite primi.* Praeiuit profecto egregius Tomikovich impigra animi viriumque contentione praeterea in vigiliis, laboribus, patientia, aequanimitate, prudentia, sinceritate, candore, modestia, paupertate, fraternitate, eutrapelia, humanitate, moribus, conuersatione, puritate, deuotione, oratione, ac iugi suorum et quorumcunque accedentium dilectione; vt quasi anxius quaeras: an is ab Ecclesiasticis Virisque secularibus magis, quam

a suis (qui eum vsque ad finem dilexerant) redamabilitate praeuentus fuerit? . . . Vir suauis, et longa memoria dignus! qui septem summis Pontificibus; quatuor Imperantibus; dominatori Europae, ac restitutae Paci; duobus Iubilaeis vniuersalibus, tertioque Monarchiae Austriacae; Generali Synodo Nationali Hungaricae; Incorporationi Conuentuum Austriae; nouemdecim Capitulis Prouincialibus; triginta nouem Congregationibus Intermediis; ac Municipalibus Prouinciae Statutis typo vulgatis, superuixit." etc. — Alter est R. P. *Math. Petrus Regal. Katancsich*, eiusdem perinde Ord. ac Prou. Alumnus, AA. LL. et Philosoph. Doctor, in Reg. Scient. Vniuersit. Hung. Antiquit. ac Numism. Professor, atque Biblioth. Reg. Custos Emerit. *Iouallii* seu Valpouae supra Essekinum in Slauonia an. 1750. natus, et an. 1825. Budae mortuus: in Recensionibus Historicis, Philologicis, Geographicis, Topographicis, Numariis, Epigraphicis, Antiquariis, aliisque Scientiis Politicis hac aetate nemini *secundus*; heic a nobis saepissime memoratus (quo nos, 25. annorum interuallo, in multis profecisse; grati profitemur) insignia conscripsit Opera, quorum seriem isthic subiicimus. Typis iam vulgata prostant: I. *Dissertatio de Columna milliaria ad Essekum reperta;* Essekini 1782. in 4. min. II. *Poskocsnica Pana i Thalie*, *na cernomu*

berdu; etc. Essekini 1788. III. *In veterem Croatorum Patriam indagatio Philologica*; Zagrabiae 1790. in 4. min. IV. *Fructus autumnales* in iugo Parnassi Pannonii maxima parte lecti, Latia et Illyrica cheli decori; Zagrabiae 1791. in 8. V. *Specimen Philologiae et Geographiae Pannoniorum*; in quo de origine, lingua, et literatura Croatorum, simul de Sisciae, Andautonii, Neuioduni, Poetouionis Vrbium olim in Pannonia celebrium et his interiectarum via militari mansionum, situ disseritur: Zagrabiae 1795. in. 4. VI. *Tentamen publicum ex Numismatica veteri* utriusque Semestris; in Regia Vniuersitate Pestinensi habitum: 1797. aeque in 8. VII. *De Istro eiusque adcolis commentatio*, in qua autochthones Illyrii ex genere Thracio, adducuntur; item alia apud Illyrios, a primis rerum publicarum temporibus ad nostram vsque aetatem, praesertim quod originem, linguam et litterarum eorundem spectat, deducuntur: Budae 1798. in 4. VIII. *Elementa Numismaticae veteris*; e Germanico sermone in Latinum pro vsu Auditorum translata: Budae 1799. in 8. IX. *Istri adcolarum Illyrici nominis Geographia Epigraphica*; e veteribus numis, marmoribus, tabellis missionum, gemmis, operibus figlinis, et idgenus aliis epigraphicis monimentis contexta; Pestini, principio Seculi huius: Volum. 2. X. *Orbis vetus e Tabula Theo-*

dosii Imp. picta; ad Systema Geographicum recentius reductus, et illustratus: cum Indice locorum veterum et hodiernorum: Pestini sub annum 1803. Volum. 2. — Typis autem parata prelum exspectant sequentia: I. *Istri adcolarum Illyrici nominis Geographia vetus;* a primis rerum publicarum temporibus, ad occasum vsque Imperii Romani, secundum systema gustus recentioris elaborata; ab anno 1784. ad 1798. II. *Geographia Ptolemaei*, ad Graecum exemplar, commentario illustrata; Pestini an. 1807. seq. III. *Eiusdem Geographia e Graeco Illyrice reddita;* subiunctis vocibus Graecis, et varietate lectionis; Pestini 1803. Volum. 1. IV. *Plinii Geographia*, veluti promtuarium antiquae Geographiae, singulari studio elaborata; Principi dicata: Pestini ab an. 1804. ad 1809. Volum. 2. V. *Strabonis Geographia*, commentario illustrata; Budae 1810. vsque 1813. Volum. 2. VI. *Herodoti Geographia*, commentario illustrata; Budae 1813. seq. Volum. 1. VII. *Mosis Geographia*, commentario illustrata, Budae 1815. seq. Volum. 1. VIII. *Sacra Scriptura, veteris et noui Testamenti;* ad fidem Vulgatae a Sacra Sede Romana probatae, adhibitis Graecis et Hebraicis fontibus; Illyrice, dialecto Bosnensi reddita: Budae 1809. vsque 1816. IX. *Prolusio in Literaturam aeui medii:* Cap. I. Denarius Banalis, Cyrilli caractere insignis; §phis 10. illustratus.

Cap. II. Literatura Cyrilli ; §phis 7. Cap. III. Literatura Glagolitica §phis 6. Cap. IV. Literatura Latina Seculi vndecimi, e Casula diui Stephani Regis, Cruce aurea, Gizelae nummis, sigillis, aliisque Epigraphiae monimentis; §phis 7. Budae 1820. Volum. 1. X. *De Poësi Illyrica libellus*, ad leges Aestheticae exactus; cum Rosaleide Kanizlichii emendata: Budae 1817. Cap. III. quorum I. §phis 4. II. §phis 5. III. §phis 3. constat; Volum. 1. XI. *Memoria Belgradi*, olim Singiduni; a priscis temporibus ad recentiorem vsque aetatem perducta: Zagrabiae 1789. Volum. 1. XII. *Memoria Valpo*; Arcis, Oppidi, Dynastiae, Scriptoris, ab aeuo praesenti ad florentem vsque Imperii Romani aetatem; e sacris vna et profanis rerum monimentis deducta: Budae 1817. seq. Volum. 2. XIII. *Etymologicon Illyricum, ad leges Philologiae dialecto Bosnensi exactum;* in quo vocabula tam domestica, quam peregrina, vsu recepta, cum suis etymis adferuntur, illustrium gentis Scriptorum testimonio firmata, cum adcurata syllabarum dimensione: ad calcem Index Latino-Illyrius, et quaedam grammaticae obseruationes. Budae, 1815. constanti ac pertinaci studio elaboratum; pag. 1340. Volum. 2. XIV. Accedunt *Aduersaria Philologiae varia;* praesertim itinerum per Hungariam, Slauoniam, Croatiam susceptorum, ad Oppida aetatis Romanae exploran-

dum cum interuallis locorum geometricis, rei naturalis, sacrae, politicae, obseruatis. XV. *Tabulae* Geographicae, Chronographicae, Topographicae, propria manu depictae, in quibus eminet *Theodosiana*, aeuum Antonini Philosophi exhibens, XXI. ped. Viennen. producta, cuius Geographia singulari commentario illustrata est. — De Katancio nostro, Incl. Typog. Reg. Scient. Vniu. Hung. Instit. ad illius Geogr. vet. Tom. I. ita proloquitur: *Ex illis* (enumeratis nempe Operibus) *ad Viri huius eruditionem, et herculeum, quem exantlauit laborem, tuto iudicium ferre potes, maiorem illum fuisse quam sua tenuerit aetas; Opera illius partim typis vulgata partim in MSS. relicta, affatim loquuntur.* Magistratus vero Academicus Reg. Scient. Vniuersit. Hung. sub 16. Oct. 1810. N. 447. suum de Katancii Geographia votum sic depromit: *Cum idem Manuscriptum insignem eruditae Antiquitatis notitiam, multasque praeclaras ad illustrandam veteris aeui Geographiam et Ethnologiam obseruationes contineat, non possumus non manifestare desiderium nostrum habendi illius, pro Bibliotheca Regiae huius Scientiarum Vniuersitatis.* Ceterum, insigne in patriam literasque amoeniores viri studium; ex illius Literis, Excelso Consilio R. L. Hung. 30. Nou. 1799. submissis, arguas: *Interea, cum supplicans summo in res Antiquarias ac Numismaticas, imprimis Patriam concernentes, feratur*

tur ardore; occurrent argumenta non pauca alia, in quibus elucubrandis operam suam in Patriae ornamentum locare queat. Eius Manibus bene precemur!

e) Chron. Prou. praecit. §. VII. pag. 235.

f) Sub administr. temporal. D. IOANNIS NEP. ZACH, Ciuis Essek. ac eiusdem Conuentus Syndici Apost.

g) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

h) Vid. isthic pag. 79. lit. i.

IX.

Conuentus Sharengradiensis; SS. Petri et Pauli Apost. *a*)

In Dioeeesi Sirmiensi, b) Comitatu Sirmiensi: c) Sec. 16. *probabilius praeexistens, d) et a depopulatione Turc. verosimilius ex Atthya* (hodie Opatovac) *horsum translatus, e) ac quibusdam Patribus, Salinis e Bosnia eo commeantibus, adauctus, f) tum a propulsis Turcis iterum diuexatus, g) ast opera Patrum, reuecta illorsum Colonia, an.* 1698. *denuo restauratus, h) et sub* 24. *Iun.* 1789. *N.* $\frac{2}{2}\frac{5}{3}\frac{1}{6}\frac{6}{1}\frac{}{4}$ *cum duodecim Sacerdotibus duobusque Laicis clementer restabilitus; condam Nouitiatum curans, Parochiam ab olim prouidet. i*)

Lingua

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Adamus Horváth, Illyr. Slauon.	20. Apr. 1782.	20. Maii. 1804.	20. Maii. 1805.
M. V. P. Lucas Terzich, Illyr. Slauon.	24. Iul. 1803.	29. Sept. 1821.	3. Oct 1824.
M. V. P. Hermenegild. Dults, Hung. C. Barany.	9. Dec. 1784.	9. Maii. 1807.	9. Maii. 1808.
M. V. P. Hugolinus Borbely, Slau. Hung.	22. Nou. 1782.	19. Oct. 1807.	19. Oct. 1808.
V. P. Simon Heutmanek, Boh. C. Chrud.	25. Oct. 1793.	30. Iun. 1812.	27. Oct. 1814.
V. P. Annicet. Gyarmathy, Hung. C. Bacs.	25. Aug. 1805.	1. Oct. 1823.	25. Nou. 1826.

Illyr. *k*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
26. Dec. 1806.	Illyr. Hung. Germ.	Guard. Conc. Em. Administr. Paroch. et Rect. Schol. Nat.
2. Sept. 1826.	Illyr. Germ.	Vicar. Conc. Illyr. Dom. Discr. Coop. Paroch. Catech. Exh. Laicor. et Spirit. cum facult.
15. Sept. 1809.	Hung. Germ. Illyr.	Adm. Paroch. in Bosovich.
13. Nou. 1808.	Slau. Hung. Germ.	Capell. I. Leg. Hung. Ped. L. B. de Mecséry.
4. Oct. 1818.	Germ. Boh. Illyr.	Exposit. Casuum, Biblioth. Protocoll. et Coadi. Conuent.
12. Oct. 1828.	Hung. Illyr. Germ.	Coop. Par. et Coadi. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Ladislaus Preller, Hung. C. Barany.	1. Apr. 1789.	3. Sept. 1811.	5. Sept. 1812.
Fr. Clemens Kirchner, Germ. Hung.	25. Sept. 1800.	4. Oct. 1820.	4. Oct. 1821.
Fr. Demetrius Veit, Boh. C. Chrud.	20. Oct. 1803.	3. Sept. 1827.	

a) *Sharengradinum*, olim *Vochin*, Oppidum antiquum esse, rudera ipsa Arcis et vetus Conuentus structura demonstrant; illam antiquitas pene destruxit, et Danubius e septentrione praeterfluens medietatem euertit: locus hic mirae fertilitatis est, rerum omnium ad humanas necessitates spectantium abundantiam largiens. Sharengrad, dom. 197. et incol. 1234. numerans; distat — *Essekino:* ad meridiem XLV. M. P. seu postis $4\frac{1}{2}$ = 9. milliar. geogr. — *Buda*: CCXXXV. M. P. seu post. $23\frac{1}{2}$ = 47. mill. geogr. — *Vienna:* CCCCXVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. $41\frac{3}{4}$ = $83\frac{1}{2}$ mill.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
"	Hung. Illyr. Germ.	Laic. Sacr. et Comm. VMag.
"	Germ. Illyr.	Laic. Coqu. Hort. et Proc. Conuent.
"	Germ.	Laic. improf. Cellar. Ianit. et ad seruit. Conuent.

geogr. — Heic condam Abbatiam *S. Catharinae* fuisse; tam monimenta patriae Regumque Diplomata, quam continuata illius in nominationibus Regiis memoria, prodidere: cuius desolatum hodie propugnaculum, e variegato latere constructum (vnde illi agnomen, *απο τȣ sharen*) Sec. 14. neutiquam antiquius censemus.

b) Vid. isthic. pag. 116. lit. b.

c) Perinde isthic pag. 124. lit. c. — Nos in hac Recensione plurium *Imperatorum Romanorum* sparsim meminimus; quorum breuem Syllabum heic ad Prouinciam Sirmiensem (quam Ro-

mani in *deliciis* habebant) in gratiam Historiophilorum eorumque Fratrum, queis Fastorum Rom. volumina euoluere haud vacat, contexere placuit. Romanam rem a C. Iulio Caesare vsque ad M. Aurelium vnicus habuit Imperator; eo primum tempore duos vna princeps Roma vidit, cum idem sibi Hadriani iussu L. Verum in collegam assumsisset. Nulla tunc tamen diuisio rerum est habita, sed ambo simul vnanimiter praefuere, ac si non duo fuissent sed vnus tantum: continuo res rediit ad vnum vsque ad Caracallam et Getam Septimii filios, ambos Imperatores dictos; et quidem diuiso per matrem Iuliam imperio, vt ille occidentalibus Prouinciis hic autem orientalibus potiretur. Post hosce rerum haec Imperiique diuisio seruata non fuit; et quamuis non semel bini fuerint Imperatores, vt Pupienus et Balbinus Philippus, Decius, Volusianus cum filiis: Imperium tamen ipsi pro indiuiso tenuere. Diocletiano autem ad rerum fastigium euecto an. 284. visum est interesse Reipublicae et alterum creare, qui Romanam ditionem longe lateque diffusam et barbarorum insultibus plurimis diuersisque in locis obnoxiam, moderaretur: igitur ipse sibi elegit in collegam Maximianum Herculium, quem Occidenti praefecit, Oriente sibi reseruato. Ab istis inde electi sunt gemini titulo Caesaris, nimirum Constantius et Maximianus; qui sibi rursum Maximinum et Seue-

rum, inque huius locum Licinium, adiunxerunt: ita Romanum Imperium per annos circiter 40. plures agnouit dominos, donec totum vni Constantino M. an. 324. cessisset. Ab hoc celebris illa definita est Imperii in Occidentale ac Orientale diuisio, selectumque ac restauratum Byzantium; vt sedes esset orientalium Imperatorum, sicut Roma occidentalium. Haec deinceps distinctio viguit ita, vt vno aut altero tantum exceptis, qui soli regnarunt, bini semper fuerint vsque ad Augustulum Imperatores: hoc autem in ordinem redacto an. 476. Orientalis Imperii solummodo nomen perseuerauit, Occidentalis vero abolitum est; instituto a Gothis primum, deinde a Longobardis in Italia Regno, euersaque non semel Roma, et cum ea Imperii Romani in occidente ditionibus ac dignitate prorsus excisis. Durauit *interstitium* Occidentalis Imperii annis 324. nempe vsque ad Carolum M. qui a Pontifice imperialem coronam accepit et Occidentis salutatus est Imperator. Habuit tunc denuo Romanum Imperium Principes geminos; nam licet nonnulli ex Imperatorum albo Orientales post Carolum M. expungere conentur: iniuria tamen et frustra contendunt, cum iidem et Imperatoris nomen et ornamenta et Orientalis Imperii sedem semper obtinuerint. Occidentale Imperium, in Carolo renatum, post 1006. annos in Francisco II. denuo desiit; Orientale vero, a Con-

stantino M. an. 330. coeptum, et sub Constantino XI. an. 1453. euersum (vniuersim 1123. annis consistens) capta a Mahomete II. Constantinopoli in iura cecidit barbarorum. — Iam nunc de *obiter hac Recensione memoratis* quibusdam Imperatoribus Rom. tum Graec. pauca isthic proferre liceat. — I. *Caius Iulius Caesar*, e nobili gente Iulia Romana, victis Pompeio ac Pompeianis partibus, actisque quinque triumphis, accepta inter alios honores Dictatura perpetua et Imperatoris nomine adsumto, Romani Imperii principia iecit, anno ante natum Chr. 46. Princeps mirae fortitudinis in rebus bellicis, nec pacis artibus minor; eloquentissimus insuper, qui et plura disertissime scripsit, et Fastorum celebratissimam illam correctionem edidit, qua anni tempora, suis sedibus prauo intercalationum (quae tunc vsu erant) ordine deturbata restituit: innumera quoque bella tam in barbaros quam in ciues suos, feliciter profligauit. Facta in eum Romae conspiratione confossus est in Senatu tribus et viginti vulneribus, an. aetatis 56. imperii 4. M. Bruto et C. Cassio coniuratorum principibus, iuxta Plutarch. ac Sueton. in Caesar. Post. C. I. Caesaris necem rerum summam inter se diuisere Octauianus, Lepidus, et Antonius; a quibus celebris ille *Triumuiratus* institutus, qui 14. circiter annis durauit. Lepidus ignauus ac iners nominetenus tantum dominatu

potitus est, ad priuatam vitam cito redactus; Antonius autem vesano amore Cleopatrae captus, ideoque repudiata Octauia sorore Augusti coniuge sua, eiusdem collegae hostem se professus est: ideo inter eosdem ad arma ventum, et collata vtrinque nauali manu apud Actium Epiri promontorium, fugiente ex infausti exitus metu Cleopatra, fugit ipse quoque Antonius in Aegyptum. Ast ibidem Alexandriae ab Augusto obsessus, et ab omnibus relictus sibi vulnus intulit, ac in manibus Cleopatrae exspirauit; quae deteriora praemetuens, admotae aspidis morsu e viuis excessit. Cons. Appian. Cell. ciu. Lib. V. Flor. Lib. IV. cap. 6. Patercul. Lib. II. et Sueton. in Aug. cap. 17. — II. *Octauianus*, Thurinus prima aetate cognominatus, ex equestri ac tandem Senatoria familia, a C. I. Caesare adoptatus et Caesar nominatus, Rempublicam vniuersam solus obtinuit a morte Antonii, an. ante Chr. 30. tum *Augustus* in septimo suo Consulatu dictus est, tertio postquam coeperat anno ab Antonii morte imperare. Princeps hic Romanae quidem alter post I. Caesarem euersor libertatis, virtutibus tamen et optime domi forisque gestis adeo laudabilis; vt inuectum sit dicterium: ipsum aut nunquam nasci, aut nunquam mori debuisse. Vrbem mirum in modum restaurauit, et magnificis auxit aedificiis, inter quae celebriora Pantheon et templum Quirini;

praetereaque legibus et institutis sapientissimis communiuit. Obiit Nolae ex profluuio ventris (dubium, an. ex ficubus veneno illitis) anno aetatis circiter 76. imperii 44. Cons. Tacit. Annal. Lib. I. et Sueton. in Aug. — III. *Tiberius*, e gente Claudia Romae nobili, ab Augusto vitrico adoptatus; imperium post eundem consecutus est an. Chr. 14. Virtutum et vitiorum pene omnium exercitia miscuit, et professus est: hinc enim humanitatem, modestiam, frugalitatem, liberalitatem, prudentiam adfectauit; inde vero ebriositate, tyrannide, libidinibus, simulatione, ac mendacio praesertim, malum Principem egit. Decessit Miseni; crediturque a Caio Caligula nepote suo suffocatus, anno aetatis 78. imperii 23. Cons. Sueton. in Tib. Tacit. Annal. Lib. I. Paterc. Lib. II. — IV. *Nerua Cocceius*, nobili genere ex oppido Narniensi natus, ab interfectoribus Domitiani Imperator salutatus est an. Chr. 96. Princeps omnino laudabilis, et pacis artibus insignis; cum vero propter senium fere despiceretur, Traianum adoptauit: obiit stomachi dolore correptus, anno aetatis iuxta plerosque 65. imperii 1. cum dimidio circiter. Cons. Xiphilin. in Nerua. et Sext. Aur. Vict. — V. *Traianus Vlpius*, ex vrbe Hispaniae Italica vulgo Siuiglia, Neruam (a quo fuerat adoptatus) excepit an. Chr. 98. Imperium tanta virtutum omnium professione administrauit, vt

inde Optimi cognomen obtinuerit: Germanos repressit, Dacosque non semel vicit, contra quos pro gerendo commodius bello celebrem illum in Danubio pontem exstruxit; Armenos quoque, Parthos, Iudaeos, aliosque populos profligauit; indeque Germanicus, Parthicus, et Dacicus nominatus est, vt patet ex numis. In Italiam ex Asia dum reuerti parat, obiit apud Selinuntem Ciliciae (quae Vrbs ab eodem postea dicta est) anno aetatis 64. imperii 19. cum dimidio. Cons. Xiphilin. in Traian. — VI. *Aelius Hadrianus*, gente Hispanus, Romae tamen natus, siue iuxta quosdam in agro Piceno; Plotinae opera Traiani mentitus adoptionem, imperium assecutus est an. 117. atque ex Asia reuersus, Traiani (quem comitatus fuerat) cineres vrna aurea clausos triumphali curru Romam inuexit. Imperator humanitate, memoria, ingenio praestantissimus, amore ac studio erga Rempublicam incomparabilis; non tamen sine aliquo vitio, vtpote truculentia quandoque et inuidia. Iudaeos tumultuantes repressit, Vrbemque Ierosolymam Aeliam Capitolinam nominauit; Prouincias pene omnes Imperii incredibili laborum tolerantia peragrauit, murumque celebrem in Britannia mirae longitudinis perduxit: obiit ex hydrope apud Baias, anno aetatis 62. imperii 21. Cons. Xiphil. Spart. in Hadr. — VII. *Marcus Aurelius Antoninus*, ab Antonino Pio praedecessore

iussu Hadriani adoptatus, eidem suffectus est an. 161. Honestate vitae Imperatores omnes fere supergressus, studiis (praesertim Philosophiae) supra modum addictus fuit; vnde etiam *Philosophus* est dictus. Parthos, Britannos, Cattos, Marcomannos vicit; aduersus quos praecipue bellaturus, cum defecisset aerarium, ornamentorum imperialium auctionem in foro Traiani fecit, vendiditque omnia tum Palatii tum suimet ipsius mobilia, ne extra ordinem quidquam a Prouinciis exigeret. Obiit Vindobonae in Pannonia, anno aetatis 59. imperii 19. Cons. Capitol. in Anton. Phil. — VIII. *Lucius Verus*, Aelii Caesaris filius, a M. Aurelio adoptatus, cum eodem imperauit: Princeps luxuriae deditus, flauaeque suae comae cultor studiosissimus; a M. Aurelio ad bellum Parthicum missus, illud idem ipse per Legatos gessit, deliciis Asiae nimium captus. Obiit apoplexia correptus in expeditione contra Germanos, dum in lectica gestaretur inter Altinum et Concordiam, anno aetatis 42. imperii 11. Cons. Capitol. in Vero. — IX. *Lucilla*, M. Aurelii et Faustinae filia, L. Veri vxor; quo mortuo nupsit Pompeiano: femina impudica, a fratre Commodo in exilium missa, et inde occisa. Cons. Capitol. l. c. — X. *Lucius Aurelius Commodus*, patri M. Aurelio successit an. 180. Princeps obscoenitatibus, scurrilitate, aliisque vitiis inquinatissimus: per Legatos vicit Britannos, et

Parthos; sibique statim Parthici nomen vsurpauit. Cum nomina quorundam occidendorum in libello scripsisset, hicque in Nartiae concubinae manus deuenisset, ipsa (re detecta iis, qui scripti fuerant) necem cum iisdem viro parauit; primo eidem venenum vino odoratissimo mixtum propinatum est, sed magna ex parte per vomitum illud ipse reiecit; quare iussus ad ipsum ingredi Narcissus validissimus palaestrita, eundem suffocauit anno aetatis 32. imperii 13. Cons. Lamprid. in Com. Herod. Lib. I. — XI. *Septimius Seuerus Pertinax* cognomine, genere Afer; cum Didius Iulianus male probaretur in Imperio, adclamatus est a Germanicis Legionibus prope Carnuntum (hodie Petronellam) anno 193. Princeps liberalis, bellicosus, et literatus: Pantheon Romae restituit; vicit Pescennium, et Albinum; domuit Parthos et Adiabenos, ac de iisdem victis agnomen reportauit; Britannos quoque subegit, et vallum per mediam Insulam ad 130. milliaria perduxit. Obiit Eboraci in Anglia, stomachi cruditate ex plurimo esu oppressus, anno aetatis 66. imperii 18. Cons. Spart. in Seu. — XII. *Iulia* (in numis cognominata *Pia*, *Felix*, *Domna*) secunda vxor Seueri Imp. Getam et Caracallam duasque filias genuit, iuxta meliorem opinionem: femina impudica ac impuritatis monstrum, quae sese etiam incestu cum Caracalla faedauit; cuius audita nece, mortem ipsa sibi intulit Antio-

chiae, Cons. Spart. l. c. — XIII. *M. Aurelius Bassianus Antonius Caracalla*, a quodam vestis genere ad talos vsque demissae (quam militibus dedit et populo) dictus, Seueri Imp. et Iuliae Aug. filius; patrem excepit an. 211. In pueritia optimae indolis fuit, sed mox in pessimum mutatus, rapax, crudelis, et immanis factus est; ob perpetuum cum fratre dissidium, diuiso per matrem Imperio, Europam et meridionales Prouincias obtinuit: sed consortis impatiens eundem interfecit. Suscepta autem expeditione aduersus Parthos, ipse occisus a Centurione Martiali prope Carras, dum leuando ventri operam daret, anno aetatis 29. imperii 7. Cons. Spart. in Carac. — XIV. *Septimius Antonius Geta*, Caracallae frater; diuisione orientales Prouincias obtinuit. Fuit gulosus et moribus quidem asperis, non tamen omnino damnandis; studiis etiam non mediocriter indulgens: occisus a fratre in matris gremio, anno aetatis 22. imperii mense 11. Cons. Spart. in. Get. — XV. *Iulius Maximinus*, e Thracia pastor olim et opilio; sublato Alexandro Imp. a militibus adclamatus prope Moguntiam, imperium adsecutus est an. 235. Corpore fuit procerus, membris validissimus, moribus ferus et immanis, bibax supra modum ac vorax; crudelissimus item, tam in milites Senatoresque quam etiam in suos, quos omnes tolli curauit, ut ignobilitas sui generis celaretur: Germaniam trans-

rhenanam ad 400. milliaria deuastauit. Audita Gordiani in Imperatorem electione Romam mouit, saeuas hac illac inferens clades; Aquileiae autem retardatus victusque obsessorum virtute, cum de hostibus vlcisci non posset, in suos desaeuiit: quare commoto Exercitu trucidatus est conquiescens in tentorio, anno aetatis 60. imperii 3. Cons. Capit. in Maxim. — XVI. *M. Antonius Gordianus*, paternum genus e Gracchorum gente, maternum vero a Traiano Imp. ducens, a militibus Imperator lectus an. 236. Princeps probis moribus, et multis spectatus negotiis; poemata quoque scripsisse fertur. Aduentante Carthaginem Capeliano Maximini duce, omnibus ad eundem prae timore transeuntibus, ipse viribus se destitutum noscens in cubili suo se suspendit, anno aetatis 80. imperii mense 2. Cons. Capit. in Gord. — XVII. *Decimus Caelius Balbinus*, genere nobilissimus, bis Consul, interfectis Gordianis a Senatu vna cum *Pupieno* (fabri ferrarii aut rhedarii filio, ast moribus et virtute bellica nobili) electus est Imperator contra Maximinum, an. 237. hac lege: vt ipse Romae administraret, Pupienus vero ad bella proficisceretur. Eloquentia clarus, vini autem, cibi, venerisque auidior fuit: Rempublicam tamen cum Collega summa cum moderatione ac pietate in Senatum rexit. Occisus est cum eodem a militibus hoc modo: audiens Pupienus milites, qui Impera-

tores non a se sed a Senatu factos oderant, contra se venire, ad accersendas copias Germanorum misit; quas Balbinus, collegam non ad defensionem sed ad noua tentanda velle ratus, cunctanter auxilia transmisit. Ingressi interea Palatium milites vtrumque Imperatorem foedissime corripuerunt, innumerisque offensis adfectos ad castra trahere conati sunt; adcurrentibus autem Germanis, ambos interfecerunt, et cadauera in itinere reliquerunt. Obiit Balbinus anno aetatis 60. Pupienus autem 74. Cons. Capit. in Max. et Balb. — XVIII. *M. Iulius Philippus*, humili loco in Arabia natus, rei publicae peritissimus; a militibus salutatus iam Imperator, occiso Gordiano imperium obtinuit an. 244. Mirae caliditatis fuisse traditur; ludos seculares celebrauit: mouens contra Decium Imp. salutatum, occisus est a suis Veronae anno imperii 6. Cons. Eutrop. Lib. 9. Vxorem habuit *Marciam Otaciliam Seueram*, quam e Dacia nonnulli ortam existimant; qua coniectura ducti? incertum: cum communiter Romana fuisse credatur; huius suasu, quidam ferunt, maritum ipsum ad Christum vna cum filio Philippo iuniore conuersum fuisse. Cons. Euseb. Lib. VI. cap. 26. — XIX. *M. C. Mess. Quintus Traianus Decius*, Budaliae seu Bibali (hodierno Mangjelos in Comit. Sirmien.) Pannoniae Inf. vrbe natus; cum a Philippo contra Marinum Sarmatici limitis ducem

fuisset

fuisset missus, Imperator dictus est ab Exercitu in Illyrico an. 249. Optimis artibus domi forisque praeditus adeo ciuiliter imperauit, vt cognomen *Optimi* meritus Traiano fuerit comparatus; laudabilior adhuc, si a Christianorum sanguine abstinuisset. Scythas multis praeliis vicit; ab ipsis tandem in insidias tractus obiit fortiter pugnans, crediturque in palude demersus anno aetatis 50. imperii 3. Cons. Eutrop. Lib. 9. In Martyrologio Rom. mentio fit *S. Triphoniae*, vxoris condam Decii Caesaris; an huiusce Messii Decii an vero alterius fuerit? certum non adfirmamus: perinde ibidem memoratur *S. Cyrilla* virgo filia S. Triphoniae, quae sub Claudio Principe iugulata est. — XX. *Publius Licinius Valerianus*, genere nobilissimus (quem nonnulli putant de Gente Cornelia) ab Exercitu Rhetico salutatus est Imperator an. 245. Mirum! quam dissideant Historici in hoc Principe describendo: nam quidam semistolidum et Reipublicae prorsus inutilem dicunt; alii contra probatum hominem summoque in honore semper habitum. In Germanos acerrime desaeuiit, ex eoque visa ipsi fortuna et felicitas euanescere; Germani enim magna irruptione in Italiam Rauennam vsque peruenere: inde autem mouens contra Saporem Persarum Regem, ab eodem captus est anno imperii 6. miseramque apud hostes seruitutem subiit, a qua nullis precibus nulloque pretio

potuit exolui; obiit tandem, a Persis (iuxta quosdam) excoriatus et sale conspersus, anno aetatis 76. Cons. Eutrop. Lib. 9. — XXI. *Publius L. Gallienus*, a Patre Valeriano iam Caesar factus, rerum summa solus potitus est eodem capto, Imperatorque dictus 260. A patre optime educatus fuit, liberalesque artes etiam diserte professus est; patris autem censura solutus vitiis omnibus sese addixit, luxuriae praesertim et ignauissimae negligentiae: atque inde factum, vt plurimi e Romanarum copiarum ducibus (vulgo 30. Tyranni, apud Sext. Aur. Vict.) contra ipsum insurgerent, Imperiumque eripere conarentur. Occisus est prope Mediolanum artibus Macriani et Heracliani, dum pergeret contra Aureolum Tyrannum, anno aetatis 50. imperii post patrem 8. Cons. Treb. Pol. in Gall. — XXII. *M. Aurelius Claudius*, e Dalmatia oriundus, Gallieni morientis sententia Imperator designatus, eodem mortuo votis confirmatus est tum in Exercitu tum postea Romae in Senatu, an. 268. Imperator optimis moribus, sapientibus institutis, re bellica, et parsimonia vitae conspicuus: Aureolum statim vicit; inde contra Gothos innumerosque alios Septemtrionalis plagae barbaros mouit, quos summo Reipublicae bono profligauit, caesis hostium 320. millibus, vnde *Gothicus* etiam adpellatur. Obiit Sirmii in Pannonia ex lue, anno aetatis 32. imperii 2. Cons. Pomp. Laet. in Claud.

— XXIII. *Lucius Domitius Aurelianus*, obscuro natus genere Sirmii in Pannonia (hodie *Mitrovic* in Slauonia) a militibus euectus est ad Imperium an. 270. Princeps mirae virtutis in bellis, ac disciplinae seuerissimae: plures retulit victorias tam in Occidente quam in Oriente, inter ceteras praeclaram de Zenobia eiusque filiis; ast dum contra Persas reuertitur, fraude Mnesthei Notarii sui (qui multorum nomina scripserat, quasi illos Imperator morti destinasset) interfectus est a militibus prope Caenophrurium inter Heracleam et Byzantium, anno imperii 4. cum dimidio. Cons. Vopisc. in Aurel. et Eutrop. l. c. — XXIV. *M. Aur. Valerius Probus*, perinde Sirmii in Pannonia genere ignobili natus, a militibus electus est Imperator in Oriente anno 276. Vir disciplinae seuerissimae, et mirae virtutis in bellis; Tyrannos Saturninum, Proculum, et Bonosum deiecit, barbarosque vndequaque aut debellauit aut terruit: quare, *victor omnium Gentium barbararum et Tyrannorum*, dictus est. Plura et maxima opera militum nisu ac laboribus in Germania, Moesia, et Pannonia perfecit, montemque 'Almum (hodie *Frushka* in Sirmio) vite ornauit, solitus dicere: *Annonam gratuitam militem comedere non debere;* id autem aegre ferentes milites, ipsum prope Sirmium interfecerunt anno aetatis 50. imperii 6. Cons. Vopisc. in Prob. et Eutrop. Lib. IX. — XXV. *M. Aurelius Carus*, natione

Illyricus (iuxta Sect. Aur. Vict.) occiso Probo Imperator adclamatus est a militibus an. 282. Princeps per omnes tam vrbanos quam militares gradus prouectus, victoriisque clarus aduersus Sarmatas et Persas; obiit ictu fulminis prope Ctesiphontem ad Tigrim fluuium, anno imperii 2. Cons. Eutrop. Lib. IX. ac Pomp. Laet. in Caro. — XXVI. *Valerius Diocletianus Iouius*, (ante imperium *Diocles* a Dioclea matre dictus) Salonis in Dalmatia ignobili genere ortus, Imperator factus est a militibus in Oriente an. 284. Princeps fortis et sapiens, superbus tamen et supra modum crudelis; aprum occidit, qui Numerianum sustulerat; Aegyptum rebellantem compescuit, sublato Achilleo; Bagaudas in Gallia (quorum duces Aelianus et Amandus tyrannidem arripere conabantur) per Maximianum Herculeum; Quinquegentianos vero in Africa tumultuantes Persasque vicit, atque in triumphum duxit Narsis ipsorum Regis vxorem; Christianos denique saeuissime persecutus est. Deposuit imperium Nicomediae, postquam illud 20. annis tenuisset, seque in Dalmatiam recepit; vbi post 7. annos obiit, sumto (vt plerique putant) veneno anno aetatis 78. Cons. Oros. Lib. VII. cap. 25. Erat ei vxor *Serena* (quam quidam Priscam, alii Alexandram, alii Eleutheriam adpellant) Sanctorum albo adscripta, apud Baronium Annal. Tom. II. *Arthemiae* perinde, eiusdem Diocletiani

filiae, mentio fit ab Ecclesia in vita S. Cyriaci, qui ipsam dicitur a daemone liberasse. — XXVII. *M. Aur. Valer. Maximianus Herculius* (quod se de genere Herculis iactitaret) Sirmii in Pannonia natus parentibus agrestibus, a Diocletiano renunciatus Imperator et Collega an. 284. Fuit saeuissimus vereque pestis, pernicies ac furia, et si quid immanius dici potest; strenuus tamen aduersus Bagaudas, Quinquegentianos, Persas, Germanos, aliosque. Quo die Diocletianus Nicomediae, ipse Mediolani deposuit purpuram, et in Lucaniam secessit, anno imperii 16. dehinc Constantino genero insidias struxisse ab vxore Fausta detectus, illius iussu Massiliae strangulatus est anno aetatis 60. Cons. Oros. Lib. VII. cap. 8. — XXVIII. *Galerius Maximianus* (cognomento *Armentarius*, quod olim pastor fuisset) in Dacia ortus; a Diocletiano dictus est Caesar, Constantioque Collega factus, inde autem cum eodem Augustus an. 304. Praefuit Illyrico, Graeciae, et Orienti; fuit libidinis et crudelitatis immodicae, Christianosque acerrime persecutus est: miles cetera strenuus. Obiit ex vlcere inguinali: *Iusto Dei iudicio, propter summam illam libidinem, qua flagrabat*, inquit Theod. Meth. vermibus misere exesus; anno imperii post Diocletianum 7. cuius filiam *Galeriam Valeriam* (cuius nomen pars Pannoniae obtinuit) pro vxore habuit. Cons. Sext. Aur. Vict. et Eu-

trop. l. c. — XXIX. *Caius Valer. L. Licinius*, gente ignobilis e Dacia, ab Armentario post occisum Seuerum Augustus dictus an. 308. Literatos omnes vrbe depulit; in Christianos immanissime saeuiit; cum Constantino M. Christianorum fautore bellum gessit: a quo primum in Pannonia, tum in Thracia, dehinc in Asia prope Chalcedonem victus; subinde, intercedente vxore Constantia (sorore Constantini M.) reconciliatus; sed rursus noua moliri detectus, interfectus est a militibus anno aetatis 60. imperii 16. Cons. Eutrop. Lib. X. — XXX. *Flauius Valer. Constantinus* patre Constantio Chloro Dardano ac matre Helena Britanna; mortuo patre in Britania Imperator a cunctis adclamatus est an. 307. subacto vero Licinio totum Imperium Rom. solus obtinuit an. 324. ac in Orientale et Occidentale distinxit, voluitque caput huius Romam esse, illius vero Byzantium; quam Vrbem mire ampliauit, communiuit, nouamque Romam dixit an. 330. inde *Constantinopolim* adpellatam. Princeps, si demas politicum errorem heic pag. 103. ex Sozimo recitatum nonnullaque alia, virtutibus cumulatus; primusque Religionem christianam publice professus, morti proximus ab Eusebio Episc. Nicomed. baptismum recipiens: Sarmatas, Gothos, Tyrannos, aliosque deuicit: Ecclesiis priuilegia concessit, et Concilio Nicaeno I. interfuit; de quo Zonarae narrationem

ad Hist. Eccl. relegamus. Obiit Nicomediae (vt creditur ex veneno, fraude domesticorum) anno aetatis 65. imperii post patrem 31. post Licinium vero 13. Cons. Euseb. in vit. Constat. Oros. l. c. et Zonar. — XXXI. *Flauius Valer. Constantius*, orientalibus primum Prouinciis ex rerum diuisione praefuit; fratribus vero mortuis, toto Imperio Rom. potitus est an. 350. Princeps impius, ambitiosus, ingeniique leuioris; Arianis enixe fauit, Catholicosque acriter est insectatus; Tyrannum Magnentium ad Mursam deuicit, reliquos vero sustulit, ob reportatam a Sarmatis victoriam *Sarmaticus* dictus; minus tamen prospere cum Persis bellauit. Obiit apud Mopsocrenen in Cilicia, ad Tauri montis radices, ex febri anno aetatis 45. imperii 24. Cons. Marcell. Lib. XVI. cap. 10. — XXXII. *Flauius Valentinianus*, Cibalae in Pannonia (hod. *Vinkovce* in Slauonia) natus, a quibusdam *Funarius* dictus, quod eidem funem portanti quinque robusti milites extorquere nequiuerint; Imperator lectus Nicaeae an. 364. Princeps pius, iustus, rei militaris peritus, ingenio solers, sermone disertus, ad iracundiam vero pronior; Saxones vicit, et Alemannos: obiit apoplexia correptus ex iracundia, dum Quadorum latrocinia excusantium Legatos audiret, ad Brigionem Oppidum in Silesia, anno aetatis 55. imperii 12. *Flauia Iustina* Augusta; primum Magnentii, tum hu-

ius secunda erat uxor. Cons. Paul. Diac. Lib. I. — XXXIII. *Flauius Valens*, Valentiniani frater, Imperator Orientis an. 364. Fratri dissimillimus crudeliter se gessit, Arianaque infectus haeresi (agente vxore Albia Domitia, faemina impia) Orthodoxos est insecutus; a Gothis victus circa Hadrianopolim, et vulneratus in tugurium se recepit, vbi iniecto ab hostibus igne consumtus est anno aetatis 50. imperii 15. Cons. Am. Marcell. Lib. XXVI. cap. 4. *seq.* — XXXIV. *Flauius Gratianus*, Valentiniani ex Seuera Aug. filius perinde Cibalensis, mortuo patruo solus Imp. assecutus an. 378. Princeps humanus, liberalis, religiosus, paternaeque in Catholicos haeres pietatis: Alemannos domuit; Gothos aliosque barbaros per Theodosium M. oppressit, quem etiam ad Imperii consortium vocauit. Ast factus subinde in administranda Republica negligens, barbarosque milites Romanis praeferens; ab Andragatio Maximi Tyranni praefecto dolose occisus est, anno aetatis 29. imperii a patrui morte 5. Cons. Cedren. in Grat. — XXXV. *Flauius Theodosius*, genere nobilissimus ex Hispaniae vrbe Italica; a Gratiano prope Sirmium euectus ad Imperium an. 379. quod post Valentinianum Iuniorem solus obtinuit an. 392. Imperator pietate, clementia, fortitudine, moderatione nulli secundus; qui et *Magnus* idcirco solet adpellari. Tyrannos Maximum, Eugenium, et Arbogastem

sustulit; obiitque ex hydrope Mediolani anno aetatis 50. imperii 16. Coniugem primam habuit *Aeliam Flacillam* (quam D. Niceph. *Placillam* scribit) faeminam pietate ac liberalitate in pauperes insignem; ex qua nati sunt Arcadius et Honorius: inter quos, testamento patris, Imperium denuo diuisum fuit. Cons. Paul. Diac. Libr. II. — XXXVI. *Flauius Romulus Augustulus*, ex patris Orestis auctoritate suffragiis militaribus Rauennae ad Imperium Occidentis (sub Valentiniano III. an. 456. iam decliue) euectus est an. 475. Ast, a nepotis factione vocatus in Italiam Herulorum Rex Odoacer, ingentibus barbarorum copiis Orestem Ticini obsedit, tum cepit, et coram Exercitu interfecit; Augustulum autem Imperio cedere coactum eodem anno in Campaniam relegauit, cum quo perinde nomen Imperii in Occidente vsque ad Carolum M. esse desiit. — XXXVI. *Flauius Anic. Iustinus*, e Thracia suum et boum olim custos, accepta magna vi pecuniae a spadone quodam Amantio Palatii praeposito, qui ipsam erogabat, vt conciliato per ipsam Exercitu Theocritianus adclamaretur; eadem pro se vsus, Imperium Orientis obtinuit cum esset excubitorum comes an. 518. Imperium bene administrauit, resque iuuit Catholicorum; dicitur primus inter Imperatores a Romano Pontifice, qui tunc forte Constantinopoli aderat, coronatus fuisse. Obiit anno aetatis 77. impe-

rii 9. cui vxor erat *Lupicina* (Illyr. *Ljuba* vel *Ljubicsna*, amasia, aut *Ljubica*, eadem diminutiue ; in Patarolii Serie Augg. Impp. Edit. alt. pag. 97.) Augusta ; quam dehinc *Euphemiam* nominauit. Cons. Iornand. de regn. ac temp. succ. Lib. I. — XXXVIII. *Fl. Iustinianus*, ex Illyrici Oppido Bedirina (Illyr. Vedrina, serenitas) Iustini ex sorore nepos; Imperium Orientis per adoptionem aquisiuit an. 527. Princeps domi forisque clarus; nam leges omnes in vnum corpus colligi iussit, vnde effluxere celebrata illa volumina: Codex, Pandectae, Institutiones ect. Salutis quoque publicae studiosissimus fuit, et honestatis custos seuerissimus: bellum ciuile, auctoribus Hypatio et Pompeio excitum, sustulit; cum Gothis plerumque feliciter, ducibus Belisario, Alexandro, et Narsete, pugnauit, atque eorum Rege Teia sublato Italiam a barbaris penitus vindicauit; Persas quoque Vandalosque duce Belisario deuicit, et Africam Imperio Rom. restituit. Vitiis tamen non caruit; nam et ad auaritiam pronior fuisse, et a Catholica Religione ad haeresim Eutychianam (instigante peruersa coniuge Theodora) deflexisse, fertur: obiit, mente vtcunque motus, anno aetatis 83. imperii 39. Cons. Paul. Diac. Lib. VII. — XXXIX. *Mauritius* e Cappadocia ortum ducens, Tiberium socerum (a quo adoptatus fuerat) in Imperio Orientis excepit an. 583. Imperator strenuus qui-

dem et ad summa idoneus, auarus tamen ac iracundus: Persas deuicit; cum Chagano Auarum Rege vario euentu pugnauit; postremum a tumultuantibus militibus, quod stipendia non acciperent (Phoca principe) cum tota familia trucidatus est Chalcedone, anno aetatis 63. imperii 20. Conç. Paul. Diac. Lib. VIII. — XL. *Leo VI.* cognomento *Sapiens* seu *Philosophus*, patri suo Basilio Imp. in Oriente successit an. 886. Vir liberalibus disciplinis eruditus, Astrologiae addictissimus, pius, et in custodienda Republica omnino solers, in bellis autem parum felix; nam et a Bulgaris, et a Saracenis victus est: obiit ex caeliaco morbo, anno aetatis 42. imperii 25. Cons. Cedren. ac Zonar. in Leon. — XLI. *Carolus M.* Pipini Breuis Galliarum Regis filius; cum iam Galliae Germaniaeque Regnis potiretur, ab Hadriano P. contra Desiderium Longobardorum Regem vocatus in Italiam, egregia pro Ecclesia nauata opera, et hoste Papiae capto Leodiumque relegato, a Leone III. P. Imperator Occidentis est renunciatus, et aureo diademate coronatus 25. Dec. an 800. Princeps domi forisque optimus, ingenii morumque virtutibus clarus, ac bellica virtute nulli secundus: Saxones domuit, et ad baptismum pacis Tractatu disposuit; Frisios, Saracenos, Auares, Bohemos, Hungaros, Danosque compescuit; tum, aliis quam plurimis praeclare gestis, patrimonium S. Petri

Eccl. Rom. partim restituit partim adauxit. Obiit Aquisgrani (vbi sedem Impp. Rom. designarat) ex pleuritide, anno aetatis 71. imperii 14. Cons. Eginart. Annal. Reg. Franc. Lib. II. Sigeb. Ann. Fuld. Aim. Lib. IV. cap. 65. et Auent. Lib. IV. — XLII. *Otho II.* Imperator iam a patre Othone M. lectus, eidem successit an. 973. Princeps virtutibus praeditus, bella gessit plurima; inter quae maxima memoria dignum cum Basilio Imp. Orient. an. 982. gestum: quo, disiecto Othonis exercitu, ipse in parua fugiens scapha comprehensus, sed mercatorem mentitus nec agnitus, sese in libertatem ingeniose vindicauit. Romae, sumta a coniuratis cum Graecis poena, obiit aut ex vulnere aut ex animi moerore, anno aetatis 29. imperii a morte patris 10. cum dimidio Cons. Oth. Frisin. Lib. VI. cap. 25. — XLIII. *Fridericus II.* Henrici VI. Imp. filius, contra Othonem IV. Imperator dudum designatus, et ab Honorio III. P. corona aurea redimitus an. 1220. Princeps, varios anfractus subiens: literatos fouit, liberalitatem exercuit, bellica virtute claruit; fundauit Academias Viennensem et Neapolitanam, Bononiensem autem Patauium transtulit. Panormi obiisse refertur gravi correptus morbo, anno aetatis 57. imperii 35. Cons. Fragm. Hist. Chron. Colmar. et Blond. Dec. II. Lib. 6. — XLIV. *Rudolphus Habsburgicus* (cuius maiores ex Auentino Romae ori-

undos tradit Alciatus) post longius interregnum Imperator creatus an. 1273. Princeps summis virtutibus ornatus; comitate praesertim, parsimonia, bellicisque actis clarus: plura in Germania gessit bella, quouis fere praelio victoriam referens; Ottocarum Bohemiae Regem armis victum recepit in gratiam: quem denuo perfidum et prope Viennam captum gregarius miles caecidit. Austriam Alberto filio dedit, a quo *Augusta Domus Austriaca;* is vero curis senioque confectus obiit in Oppido Gemerschein prope Spiram, anno aetatis 73. imperii 19. Cons. Albert. Argent. Hist. Aust. — XLV. *Sigismundus* Caroli IV. filius, Hungariae (quam ipsi coniux Maria, Ludovici Hung. Regis filia, dotis nomine obtulit) ac Bohemiae Rex, successit Ruperto Francofurti an. 1410. Princeps omni virtute clarus, sapientia, clementia, liberalitate, amore literarum; strenuus quoque, et ad quaelibet gerenda promtissimus: *Facile aequaturus Carolos et Othones, si ad pacis artes, quibus excelluit, parem felicitatem addidisset;* inquit Patarol. l. c. pag. 193. Duobus Conciliis, Constantiensi an. 1414. et Basileensi an. 1431. interfuit; periclitanti Ecclesiae summe vtilis. Romam ingressus cum Exercitu an. 1432. coronam accepit Imperii ab Eugenio IV. P. inde in Hungariam tum in Bohemiam se contulit; vbi morbo correptus *Znoymam* Morauiae Vrbem deferri voluit, ibique occubuit

anno aetatis 70. ab accepta vero corona 5. Cons. Blond. Dec. III. Lib. I. — XLVI. *Maximilianus I.* patri Friderico III. successit an. 1493. Imperator virtutibus clarus: iustitia, clementia, amore literarum, temperantia, magnanimitate, modestia, liberalitate; bellis continuo implicitus cum Gallis et Venetis; de quibus legere licet apud Guicciard Hist. Lib. III. Ex Italia in Germaniam reuersus, apud Welsam in Austria obiit ex alui profluuio, anno aetatis 60. imperii 25. Cons. Peucer. Chron. Germ. Lib. XXX. — XLVII. *Maximilianus II.* patri Ferdinando I. suffectus an. 1564. moribus et ingenio genitori simillimus, ac pacis conseruandae studiosissimus; bellum tamen pro Hungaria gerere coactus, contra Solymanum II. eiusque filium Selimum II. pace an. 1568. in octennium firmata. Obiit Ratisbonae ex palpitatione cordis, anno aetatis 49. imperii 12. Cons. Matth. Thuan. Lib. XXXII. — XLVIII. *Rudolphus II.* praedecessoris patris in Imperio haeres an. 1576. quod sapienter ac fere semper pacifice (si bellum cum Amurathe Turc. Imp. quatuordecim annis gestum, demas) administrauit. Propter Hungar. ac Transilu. seditiones Regnum Hung. et Austriae Ducatum Mathiae fratri cessit. Obiit ex moerore Pragae, anno aetatis 59. imperii 35. cum dimidio. Cons. Bucholc. Gotofr. Hist. Imp. — XLIX. *Leopoldus M.* patri Ferdinando III.

post quindecim mensium Interregnum, in Imperio successit an. 1658. Princeps, tum pietate aliisue virtutibus tum rara felicitate nitens, inter praeclaros merito recensendus; qui ob multa egregia facinora, ac imprimis ob depulsum maiori Hung. parte Slauoniaque barbarum, *Magni* nomen emeruit: sed, in felicissimo rerum cursu obiit Viennae ex hydrope, anno aetatis 65. imperii 47. Cons. Hist. Petau. App. — L. *Iosephus I.* patrem in Imperio secutus est an. 1705. Bellum cum Gallis a patre inchoatum feliciter continuauit; ast variolarum morbo correptus, breui e viuis sublatus est, anno aetatis 33. imperii 6. Cons. eund. Petau. App. — LI. *Carolus VI.* fratri Iosepho successit an. 1711. Bellum Successionis Hispan. vti et Turcicum (his tota Hungaria abactis captoque Belgrado) feliciter confecit; pace Passarouicen. an. 1718. firmata. Egregie stabilita *Sanctione Pragmatica*, et excelsis antlatis facinoribus; senio vtcunque confectus viuere desiit, anno imperii 29. Cons. Millot Hist. Vniu. Tom. IX. Per. 14. cap. 2. — LII. *M. Theresia*, patri Carolo VI. vigore Sanctionis Pragmaticae successit an. 1740. Feliciter superatis (Hungarorum praesertim opera) bellis Successionis Austriacae, septennali cum Borusso, ac Successionis Bauaricae; omne in stabiliendo Regni Hung. commodo studium conuertit, ad Ioannem Pálfy Palatinum eleganter scribens: *Se felicem armorum suo-*

rum successum, post Omnipotentis auxilium, fortitudini ac dexteritati copiarum Hungaricarum tribuere. Et cum nihil sit, quod a fide Hung. omni prorsus occasione sibi non promittat; nihil quoque esse, quod in Regni commodum facere non sit parata. Vid. Schmidt. Palat. R. H. pag. 214. Quapropter, vt Hungarorum votis satis faceret: imprimis an. 1746. Comitatus Sirmien. Verocen. et Posegan. iure postliminii Hungariae restituit; Iosephum filium, tot Prouinciarum haeredem, Carolo Battyáni Principi erudiendum credidit; celebrem olim Regiam Budensem, bellorum furore penitus destructam, a fundamentis excitari praecepit; augendo quoque populo intenta, Colonias aliunde adduci imperauit; qui priore bello inclaruerant, eos proemiis ac honoribus excoluit; Aularum foedera, securitatis causa, procurauit; Neostadii Academiam militarem condidit; inducias cum Turcis confirmauit, multaque alia egregia praestitit. Obiit Viennae Aust. post breuem aegritudinem (*Mater Hung.* adpellari solita) an. 1780. imperii 40. Cons. Remer. Tom. II. pag. 233. — LIII. *Iosephus II.* Aug. matri successit an. 1780. excelsi animi, acris ingenii, prudens, humanus, amans iustitiae, laboris patientissimus, et ad res maxime arduas gerendas natus Princeps. Complura obiecta certae regulationi subiecit; Ordinum Religiosorum limites et obligationes amplius defi-

niuit;

niuit; Decretum Tolerantiae edidit an. 1781. et Pium VI. P. hospitem Viennae excepit; vnam Valachorum in Transiluania seditionem repressit: alteri vero Batauae, ingenti labore exhaustus, immortuus est Viennae an. 1790. imperii 10. Cons. Millot. Tom. XV. pag. 389. seq. — LIV. *Leopoldus II.* Francisci Lotharing. et Aug. M. Theresiae alter filius; a morte Iosephi II. vi Sanctionis Pragm. Haereditariis Ditionibus potitus, et S. Hung. Corona eodem anno redimitus, difficilia Regiminis initia habuit. Ad componendos tamen Hungarorum animos, plerasque res (in quas Iosephus II. mutationem induxerat) iuxta pristinum morem agi praecepit; pace Sistouiensi an. 1791. Turcis Belgradum restituit; Belgas ad obsequium reuocauit: indicto a Gallis bello, pius bonique communis studiosissimus Princeps, immortuus an. 1792. imperii 3. Cons. Spányik Hist. Hung. an. 1817. LV. *Franciscus II.* Leopoldi II. filius ac Iosephi II. nepos, Haereditarias Ditiones pleno iure capessiuit an. 1792. quo Budae Corona Hung. solemniter redimitus, nonnullisque Articulis Sanctione Regia munitis Ordines a se dimissurus, hisce clementer alloqui dignatus est: *Referte* inquit, *conciuibus vestris, in quorum sinum estis remeaturi, salutem a Rege et Amico vestro; referte sanctam illam promissionem, memorem me semper nuncupatae fidei, legum futurum fidelem custodem et executorem.* Vid. Spá-

nyik l. c. Edit. an. 1825. pag. 569. De hoc suauissimo Imperii pluriumque Regnorum Principe (cuius Clementiam ipsi per vices experti sumus) doctissimus Hormayer Hist. Vniu. Tom. XVII. pag. 217. eleganter prolocutus est: „Wenige Kronprinzen haben schon vor ihrer Thronbesteigung so allgemeine Liebe und Zutrauen errungen, als Franz, — wenige den Zepter unter trüberen Aussichten ergriffen, und gleich durch ihre allerersten Regierungshandlungen jene zärtlichen Vorurtheile zu begeisterter Anschauung erhoben. —„ Ab Augustis patre ac patruo ad virtutem, rem ciuilem, et militarem, artemque regnandi institutus; disciplinae militaris rudimenta bello Turcico an. 1788. posuit; qui antiquato subinde Imperatoris Rom. Germ. titulo, an. 1806. Haereditarius *Austriae* Imperator FRANCISCVS I. nominari coepit: pius, iustus, comisque Princeps. Ceterum, quae et quanta (in publicis Imperii exterorumue Tabulariis iam notata) quinis Gallicanis bellis, cum ingenti animi magnitudine, pro suorum salute sustinuerit; tum pro vtraque Republica, summa cum moderatione, sapienter hactenus statuerit; ac Monarchiae totique Europae, ab reuecta pace praestiterit? Ecclesiae, Statui, nobiliorique Ciuium classi notiora sunt, quam nos exponendo pares simus. Cons. Hormayer l. c. Tom. XVII. XVIII. XIX. an. 1818. Cuius pientissimis tanti Monarchae votis, penes longam annorum in-

columium seriem, Superi continuo secundent! Abhinc iam ad praesusceptam Conuent. Sharengrad. recensionem regredi cogimur.

d) Vetustatem Conuentui Sharengrad. non abiudicamus; fide Chron. Prou. Part. II. pag. 352. ita recensentis: *Antiquissimum hoc Monasterium, quo tempore et a quo sit primitus fundatum, non constat, a trecentis tamen et amplius annis a Religiosis Prou. nostrae possidetur;* ex quo plane Sec. 15. (videlicet an. Chron. 1766. — 300. = 1466.) ac illud vix non a *Ioanne Maroth* Bano Machouiae, attentis iis *amplius* trecentis annis, fundatum, facile elicueris. — Conuentum Fratrum in *Atthya* (*Ahya*, *Athia*, hod. Opatovac) inter Vukouar. ac Illok. ad Danubium intermedie sito, condam stetisse; adstruit Greiderer, Chron. Ord. Tom. I. Lib. 2. n. 261. hisce: *Ioannes de Maroth Banus Machou. zelo deuotionis accensus, Conuentum cum Ecclesia in honorem SS. Spiritus Atthyae* (*Opatovac*) *exstrui curauit, et Sedem Apost. conuenit, et eum Prou. Bosn. concredere posset; Innocentius VII. Bulla: Sacrae Religionis etc.* 10. *Cal. Nou.* 1404. *his desideriis satisfecit;* quam fundationem cum eiusdem nominis alio Conuentu *Athynensi* B. V. M. in Dioecesi Zagrab. a Vidua *Ioannis* Comitis de Corbauia et Vidua *Iobi* de Gara Sororibus circa an. 1459. in hodierna Croatia structo, confundere haud licet, iuxta Chron. l. c.

pag. 166. n. 256. Abhinc Fratres circa Sharengradinum vtrinque per Turcas combustis domiciliis, in vnum coadunatos fuisse; ex eod. Chronologo l. c. opinamur: *Calamitates*, inquit, *ex bellis Turc. natae, Conuentum hunc a Prou. Bosn. Prou. Hung. de Obsu. cessum, et in ista sub Custod. S. Ioan. Capistr. contentum, suis incolis spoliarunt.* E quibus arguas: in hodierno Opatovac non Conu. Monialium (vt quidam perperam opinantur) sed Conu. Fratrum Prou. huius, olim stetisse; Opatovac *ἀπὸ τῦ Opatice*, a Monialibus S. Clarae Illokini degentibus (quarum dominio e fundatione Vgrini *Atthya* suberat) serius nuncupatum.

f) Conuentus *Salinarum* in Bosnia a Turcis 1690. igne consumti Fratres horsum commeantes, repertis isthic Patribus animarum curatoribus, qui an. 1698. super veteribus ruinis Conuentum et Ecclesiam denuo excitabant, sub titulo SS. Petri et Pauli Apost. adiutorio fuere; quem titulum Salinarum Ecclesiam praesetulisse, adserit Gonzaga apud Greiderer l. c. pag. 155.

g) Paulo ante obsidionem Viennensem ab ascendentibus Turcis, Conuentu isthic cum Ecclesia denuo combusto Guardianus viuus *excoriatus*, Vicarius perinde viuus *impalatus*, ac nonnulli Fratres immaniter trucidati fuere; residuis a funesta nece Patribus ad *siluam* cum populo dilapsis, teste Chron. Prou. Part. II. pag. 352. §. 3.

h) Super eo ipsum Instrumentum (cuius originale in Archiuo Prou. adseruatur) audire libeat: *Concedimus R. P. Ioanni Matkovich, Ord. Min. Sacerdoti, vt latitantes in siluis, et extra Ducatum subditos Sirmienses, aliosque alienigenas Cath. ad inhabitandum Vochin, locum desertum, conducat ibique Ecclesiam in antiquis ruderibus Monasterii aedificare possit et valeat; colonis vero neoadductis libertas triennii, exceptis excipiendis, permittitur nomine Sereniss. Ducis Liuii Odeschalchi. Datum Illokini, die* 20. *Mart.* 1698. *L. S. Hier. Felix Abb. Sereniss. Duc. Plenipot. L. S. Michaël Aug. Nigro, Superintendent. Gen.* Cons. Chron. Prou. an. 1766. Port. II. pag. 352. Inde, veterem Monasterii situm, ac hod. Oppidi Sharengrad. existentiam huius Prou. Patribus deberi, arguimus. Iam vero, *Marothius* Banus isthoc pro Fratribus domicilium, absque adnexis pro vitae sustentatione *Tenutis* fundasse, cogitari nequit, patriae ac Religiosorum ibidem circumstantiis id exposcentibus; eorum certe iam Pius II. an. 1460. Vrbanus VIII. an. 1625. et Comissio Pontificia an. 1726. tum Diploma Aug. Caroli VI. Imp. et Regis Hung. an. 1712. Conuentui *Sharengrad.* adhaerescentium, clare meminere. Ita enim Pius II. P. in Bulla *Dum Fidem* an. cit. ad Vicarium Bosn. dimissa, diserte ait: *Vt vobis per deputatos huiusmodi* (Syndicos) *de vino, blado, lignis, et animalibus, ac aliis necessariis praedictis* (quae Vrbanus VIII. in Bulla:

Cupientes. an. cit. *quaecunque bona immobilia in dictis partibus consistentia*, compellat) *prouideri, vosque absque scrupulo conscientiae vestrae libere ac licite, pro necessaria tantum sustentatione vitae vestrae, recipere possitis et valeatis, authoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus; non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apost. ceterisque contrariis quibuscunque.* E quibus, contiguam innibi Conuentui plagam ad piae *Marothianae* fundationis Sec. 15. initia iure refe-

---

X.

Conuentus Bacsiensis; B. V. M. Assumtae. *a*)

In Archi Dioecesi Colocensi, b) *Comitatu Bacsiensi: c*) *sub initium Sec.* 14. *Conuentualibus,*

Lingua Hung. *h*) Illyr. *i*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Ieremias Matulay, Slau. Hung.	17. Dec. 1782.	23. Nou. 1806.	23. Nou. 1807.

rimus; idemque argumentum ad residua huius Prou. domicilia, in Diplomate Confirmationali Aug. *M. Theresiae* dd. 14. Aug. 1741. clementer memorata, deriuamus.

i) Sub administratione temporali A. R. D. Michaelis Koporcsich, Districtus Touarnikensis Vice-Archidiaconi, nec non Parochi Louasen. qua eiusdem Conuentus Syndici Apost.

k) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

---

tum Sec. 15. *Obseruantibus Hung. traditus*, *d*) *ast cum Turcarum aduentu desertus*, *et a Patribus Prou. Bosn. denuo insessus*, *e*) *bellico subinde furore diuexatus ruinatusque*, *sed an.* 1699. *opera Archi-Praesulum Colocensium restauratus*, *f*) *ac sub* 2. *Nou.* 1787. *N.* $\frac{5864}{38887}$ *cum octodecim Sacerdotibus et tribus Laicis clementer restabilitus; a multis annis Educationem Nouitiorum sustinet.* *g*)

Germ. *k*) Slau. *l*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
29. Ian. 1809.	Slau. Illyr. Hung. Germ.	Guard. et Biblioth.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Francisc. Leskovacz, Illyr. Slauon.	29. Iun. 1794.	12. Maii. 1812.	29. Iun. 1815.
M. V. P. Philippus Matkovich, Illyr. Slauon.	22. Dec. 1782.	13. Sept. 1804.	13. Sept. 1805.
M. V. P. Caietanus Krtsmarik, Slau. Hung.	28. Sept. 1785.	16. Iun. 1808.	16. Iun. 1809.
M. V. P. Cosmas Funtak, Illyr. Hung.	24. Iul. 1802.	11. Oct. 1821.	28. Dec. 1824.
V. P. Adrianus Groisz, Germ. Austr.	2. Mart. 1806.	23. Oct. 1825.	25. Nou. 1828.
Fr. Ignatius Lehner, Germ. Austr.	12. Mart. 1783.	22. Dec. 1804.	22. Dec. 1805.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
4. Oct. 1817.	Illyr. Germ.	Nouitior. et Cerem. Mag. ac Exhort. Discr. et Spirit. cum facult.
28. Aug. 1808.	Illyr.	Vicarius Discr. Super. Sacr. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
6. Febr. 1811.	Slau. Hung. Germ. Illyr. Ital.	Capell. Garnis. Cataro in Dalm.
1. Iul. 1827.	Illyr. Hung. Germ.	Conc. Illyr. An. Expos. Casuum, et Protocoll.
28. Iun. 1829.	Germ.	Suppl. Conc. Germ. et Coadi. Conuent.
„	Germ.	Laic. Organifex, Instr. Nouitior. in Cant. et Org. Ianit. ac Organista.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Isidorus Schick, Germ. Bauar.	7. Apr. 1778.	14. Iul. 1805.	14. Iul. 1806.
Fr. Antonius Huber, Germ. Hung.	7. Apr. 1787.	14. Apr. 1819.	20. Iun. 1820.
Fr. Kilian. Litschmann, Germ. Morau.	15. Ian. 1795.	4. Dec. 1825.	8. Sept. 1827.

a) *Bacsinum*, dom. 429. et incol. 2937. numerans; distat — *Buda:* ort. inter et merid. CXCII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis 19$\frac{1}{4}$ = 38$\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Essekino* XLII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. 4$\frac{1}{4}$ = 8$\frac{1}{2}$ mill. geogr. — *Vienna:* CCCLXXV. M. P. seu post. 37$\frac{1}{2}$ = 75. mill. geogr. — Illud a quibusdam ad tempora D. Stephani reiicitur, et a Palatino *Mogh* fundatum perhibetur, in Chron. Prou. Part. II. pag. 299. Sed, cum Palatinus Mogh, fide Diplomatum, ad an. 1188. referatur, et a S. Stephano 150. annis distet; isthic anachronismum latere, suspicamur. Bombardus Topogr. Hung. pag. 177.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
„	Germ. Illyr.	Laic. Sart. Sacr. Cellar. et Comm. VMag.
„	Germ. Illyr.	Laic. Coqu. Hort. et Proc. Conuent.
„	Germ. Morau. Illyr.	Laic. Quaest. et ad seruit. Conuent.

remotiora adhuc pro eius existentia postulat tempora; cuius nomen deriuat a *Bachia* ciuitate ad Danubium, tum a *Batha* vico (teste Broderico) cis Danubium paulo supra Mohacsium, quae loca in vnum plerique erronee conflant: horum alterutrum Moletius perperam interpretatur *Bassianam* Ptolemaei; Lazius vero Lib. XII. cap. 8. suffragante ipso Schoenlebenio (acerrimo alioquin Lazianarum coniecturarum censore) *Bathanatium* olim dictum contendit. Quidquid sit, insignem condam Ciuitatem et speciosam Praesulum Bacsien. Residentiam fuisse; prostantia ad paludem *Mo-*

stonga rudera ac vetustarum Eccl. monimenta (quae vigilantia Archi-Praesulum Colocen. ceu venerandae antiquitatis cimelia, merito conseruantur) hodie dubitare non sinunt: cunctis inuasione hostili, tam a male contentis quam barbaris, foede deuastatis.

b) Colocensem Eccl. cum *Bacsiensi* canonice iam vnitam esse, nemo Hungarorum ignorat; S. Stephanum Reg. vtriusque conditorem fuisse, nullus adhuc (excepto Katona, qui Hist. Eccl. Coloc. Part. I. §. 1. n. 6. fundationem Eccl. Bacsiensis S. Ladislao tribuit) in dubium vocauit: certe occasione erectionis Episcopatus Zagrab. ad an. 1092. iam *Fabianus* Antistes Bacsien. memoratur in Literis Feliciani Archi-Episcopi Strigon. apud Pray Hierarch. Hung. Part. II. qui Eccl. Bacsiensem titulo *Archi-Episcopatus* sub S. Ladislao circa an. 1149. cum Episcopatu Colocen. ita coniunctam fuisse, vt nominis Archi-Episcopalis praerogatiua primum promiscue vsurpata, deinceps penes solos Colocenses constanter maneret; opinatur ibidem pag. 17. seq. Initio quidem hac praerogatiua Colocenses caruisse, constat ex Regiarum Literarum subscriptione an. 1000. *Astricus Colocensis Episcopus designatus*, l. c. pag. 3. quem perinde, viuente adhuc D. Fundatore S. Stephano R. in Diplomate an. 1015. qua *Archi-Episcopum* subscriptum legimus; sed hanc praerogatiuam

Astrico duntaxat personalem fuisse, ex Literis fundationis *Abbatiae de iuxta Gron*, queis Desiderius an. 1075. qua *Episcopus Colocen.* subscriptus, taliterque in Diplomate S. Ladislai R. an. 1093. compellatus, ac similiter in Literis an. 1096. insignitus habetur, arguimus: e quibus Bombardi Topogr. Hung. pag. 178. deductionem facile explicueris. Errare itaque eos putamus, qui scribendum censent: *Episcopatum Bacsinen. cum Archi-Episcopatu Colocen. vnitum exstitisse;* quinimo vice versa. Documento sint postulata Stephani, qui Thomae an. 1367. in Colocensi Cathedra successerat, quibus Bullas vnionis harum Ecclesiarum casu amissas, dum Romae moraretur, instaurari flagitabat, affirmantis: *Electionem Archi-Episcopi, si Sedem vacare contingeret, in Ecclesia Bacsinen. fieri solere*, ex Regest. Gregor. XI. Tom. II. pag. 25. quae praerogatiua omnino frustra illi tribueretur, si Bacsiensi Ecclesiae Colocensis prius dignitate praecelluisset; nomen vero *Ecclesiarum canonice vnitarum* an. 1266. inualuisse communiter refertur, quo Clemens IV. Epistolam *Colocensi et Bacsiensi Ecclesiis, quae authoritate Apostolica sunt vnitae*, inscripsit. Ceterum, seriem Archi-Praesulum celebratissimus Vir Pray l. c. chronologice deduxit; cuius attamen pag. 76. ibidem: *Erat hoc anno* 1419. *Ladislaus filius Demendy, Praepositus et Vicarius Colocensis, Physicus*

Sigismundi R. quod munus etiam sub Ludouico I. gesserat; postrema verba nullo pacto consistere possunt. Nam Ladislaus, Ludouici I. Physicus, primum erat Vesprimiensis deinde Varadiensis Episcopus, teste Diplomate an. 1378. quo Rex Vrbi Claudiopolitanae priuilegia confirmat; atque ipso, quo Ludouicus I. anno 1382. e vita decessit. Et qui fieri potuit, vt idem Ladislaus, qui ex dictis sub Ludouico I. Episcopi gradum tenuit, sub Sigismundo R. eo deiectus, simplicis solummodo Praepositi munus gesserit? Ladislaum igitur Ludouici I. *Physicum*, prout in memorato Diplomate nominatur, a Ladislao Deméndy Sigismundi R. Physico, Praeposito et *Vicario* Colocen. (literatissimi viri pace) probe discernendum esse, arbitramur. — Archi-Dioecesi hodie praeest: Excellentissimus, ac Reuerendissimus D. Petrvs Klobvsitzky de Eadem, Metropol. Eccl. Colocen. Archi-Episcopus, Insignis Ord. Leopoldi Imp. Magnae Crucis Eques, S. C. et R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, et ad Excelsam Tabulam Septemuiralem Co-Iudex. Ipsa Archi-Dioecesis, iuxta eiusd. Schematism. an. 1829. nobis amice suppeditatum, numerat: Canonicatus Act. 10. Honorar. (ex Aszal.) 1. Abbatias Titul. 8. Praeposituras Real. (ex Aszal.) 2. Titul. 10. Archi-Diaconatus 3. Vice-Archidiac. 10. Parochias 100. Clerum Eccl. 253. Regulares 58. (iuxta Recens. Aszalay. an. 1825.) Animas indistinctim 511,333.

c) Comitatus *Bacsiensis*, nomen ab Oppido Bacs sortitus: ab ortu Torontaliensem Prouinciam attingit; Danubius eum a Slauonia dirimit, versus meridiem; ab occasu Baranyensi; a septentrione vero Pesthiensi Comitatu et Cumania minore coërcetur. Coloni regionis Hungari sunt maxima parte, et Illyri; Germanis, ac Slauis subinde, intermixti. Situs ei inter Danubium et Tibiscum contigit in vltimo Regni angulo; parte autem septentrionali fertilissima regio est, frumenti imprimis et leguminum feracissima: vitibus, quibusdam in locis non ignobile vinum fundentibus. Siluarum paucas hic loci repereris; lignorum proinde defectum fimo arido et arundinibus supplent incolae: pecora vero, non tam quaestus quam agriculturae causa, alunt. Piscium magna hic est vis; causamque inde nonnulli repetunt, quod et Tibiscus et paludes aquas habeant salibus praeter morem abundantes. Longo Prouincia itinere ad septemdecim et vltra millia procurrit; latitudine ad nouem alicubi extensa. Distinguitur in Processus quinque, capta a situ eorum denominatione, vt: Superior, Medius, Inferior, Tibiscanus, et Telecskianus. Numerat Ciuitates Lib. Reg. 3. Oppida 15. pagos 94. praedia et diuerticula 109. incolas 428,018. Personalis Prouinciae Magistratus: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus 1. Assessores salarisati 3. Notarius Ord. 1. Vice-Notarii 2. Archiuarius 1. Generalis Cassa-

rum Perceptor 1. Particul. Perceptores 5. Exactor Rationum 1. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscales 2. Iudices Nobilium Ord. 5. Vice-Iudices Nobil. 5. Iurassores Ord. 10. Commissarii 13. queis accedunt: Geometra Ord. 1. Physicus Ord. 1. Chyrurgi 4. Castellanus 1. — Supremi Comitis Officio fungitur: Illustrissimus D. FRANCISCVS COMES GYÖRY de Radvány, S. C. R. A. M. Camerarius, et Consiliarius etc. — Ingremiatur Archi-Dioecesi Colocen. cum Bacsien. vnitae. — Iam vero, heic loci quidpiam de *Aggere Romano* commemorare liceat; cuius Com. Marsilius in Praefat. Danub. Pannon. his verbis meminit: *Agger altissimus ille longissimusque, qui a Danubio ad Tibiscum vltra sex milliaria integra excurrens, angulum ab vtriusque fluminis confluxu factum includit;* die Römer-Schanze *a militibus Caesareis communi nomine nuncupatur . . . qui tamen nullibi in Historiarum libris se cognoscendum praebet.* Primus igitur Marsilius, etsi historico fundamento destitutus, hanc viam *Aggerem Romanum* adpellauit, ac Tom. II. pag. 7. duplici figura expressit; quem post triginta annos secutus est Wagnerus, in Hist. Leop. Part. II. pag. 341. ac vtrumque Anonymus quidam, in Ephem. Vindob. an. 1777. pag. 77. his verbis: *Duobus abhinc mensibus Rom. Aggerem in Com. Bacsiensi vidi, nec videndi me satietas cepit . . . Romanos in eo angulo, quem Agger iste claudit,*

dit, naues suas aedificasse, non coniectura sed oculis tenetur, in armamentario Titelii multa Rom. rostra, anchoras, aliaque diuersi generis instrumenta, quae partim in ripa ex limo partim ex terra hinc et illinc eruuntur, vidi. Non negamus quidem, Romanos extra Pannoniae limitem, ad reprimendos barbarorum incursus, quasdam munitiunculas trans Danubium habuisse; quarum duas memorat Notitia Imperii: nempe *Transacincum* (Pestum) e regione Aquinci Budae, et *Onagrinum* (Futok) e regione Bononiae Bonostor. Vtriusque aetatem Idatius, apud Wesseling. Itin. Anton. pag. 243. ad initium Sec. 4. *Constantio et Maximiano Coss.* defigit; quo tempore in ea Prouinciae Bacsien. plaga Romani cum *Sarmatis Limigantibus* bello duntaxat detinebantur, teste Ammiano Marcell. Lib. XVII. cap. 12. vnde doctissimus Schoenuisner, in Comment. Geogr. Part. II. pag. 277. concludit: *Hanc illis aggeribus antiquitatem nonnulli abiudicant, negantque hanc terrae portionem ad Romanos vnquam pertinuisse; propterea, quod Dacia Rom. Orientalem Tibisci ripam, Pannonia vero Danubium limitem habuit.* Censet tamen terram hanc serius, et quidem sub M. Antonino (a quo *Iazyges victos, et a Danubio* 76. *stadiis recedere iussos fuisse*, narrat ex Dione) Romanos Imperio suo adiecisse; ast nos perinde, ex eodem Scriptore atque Ammiano Lib. XIX. cap. 11. scimus: Anto-

ninum multa de his, vel omnia potius remisisse, taliterque barbaros sedes suas retinuisse. Numis vero ac inscriptionibus, ea in plaga subinde repertis, tacentibus penitus de illa antiquitate Scriptoribus Romanis; iam dudum Katona, Hist. Eccl. Colocen. Part. I. pag. 43. seq. auctoritatem detraxit.

d) De vetustate Conuentus Bacsiensis saepememoratum Chronologum Greiderer, l. c. Lib. II. n. 248. audiamus: *Minoritae Conuentu Bacs, antea* (vti fertur) *Templariorum Sede, Prou. Hung. ac Custodiae Sirm. addicto, an.* 1301. *condonati sunt; qui, Coenobiis Seraphicis Conuentualium in Hung. sese Obseruantibus adiungentibus, Prou. Hung. S. Mariae ex illis surgenti cessit, et Turca Hung. bellum inferente euanuit.*

e) Idem l. c. prosequitur: euolutis pluribus annis, a Prou. Bosnae Argentinae (an. 1699.) aequiualenter recuperatus; Vid. Hueber. Chron. col. 913. qui serius ab eiusdem Prou. Patribus (eorum Conuentibus, primum Zvornikien. an. 1533. tum Gradovarien. an. 1688. a Turca deuastatis) adauctus, ac horsum translatione taumaturgae Imaginis *B. V. M. de Gradovár* nobilitatus fuit. Cons. Gumpenberger, in Atlant. Marian. Part. III. fig. 710. pag. 104. Ex huius taumaturgae facie, occasione deuastationis ab ebrio Turca equo insidente, mucrone sauciata, in momento ad vnum fere palmum *sanguinem* profluxisse, ac barbarum vna cum

equo in praeterlabens flumen resupino casu delapsum misere periisse; refert Philipp. Ochieuia Epitom. Prou. Bosn. Arg. pag. 29. seq.

f) Vid. Chron. Prou. an. 1766. Part. II. pag. 299. §. 2. seq.

g) Sub administr. temporal. Spect. D. CAROLI ANTVNOVICH de Almas, Incl. Com. Bacsien. Tab. Iud. Assessoris, et eiusdem Conuent. Syndici Apost. nec non MATHIAE KVLVNGJICH mercatoris loci, ac Substituti Synd.

h) Cons. pag. 70. lit. h.

i) Cons. pag. 52. lit. g.

k) Cons. pag. 79. lit. i.

l) De *Slauis* multa tam exteros quam domesticos Scriptores commentari videas; sed multum inuicem commissis: in quo plerique lapsi sunt, quod *Sarmatas*, quorum nepotes Slaui, a progenie *Thracum* non distinxerint. Eo quoque audaciae eluctati, vt veteres Gothos, Auares, Hunnos, ac vniuersos Illyr. incolas, a Slauis borealibus prognatos adseuerauerint, nulla temporum populorumque habita ratione; Cons. Procop. bell. Goth. cap. 35. Vetusta gentium nomina, ab earum motu, nouam subinde induisse formam, vt qui laeuo Danubii latere erant Daci, et Getae (tardius Sarmatae) *Slauorum;* qui autem dextro, quod Romano-Graecis cum lapsu Imp. obnoxiarentur, *Romanorum* compellarentur vocabulo, ex Theophil. Simocatt.

Hist. Lib. I. cap. 1. ac Porphyrog. I. cap. 29. discimus: inde origo illius perperam opinionis, qua Dalm. Pannon. ceteriue Illyrii, quos vetustas *barbaros* habebat; Romana Lingua loqui cogebantur. Illi ergo Slaui, Thracum et Illyr. cognati, Pannoniam, Illyricum ac Rom. Prouincias vastauere; cum Slauorum Sarm. isthuc ante Heraclii tempora aduentum nemo e priscis notauerit, teste Pubits. Chron. ad an. 480. neque idmodi Slauam gentem, littore praesertim Adriatici, aduenam reperimus aliam praeter colonias quasdam hodie Croatis immixtas (quorum maiores *Ariuates*, Pannoniam Sauiam usque Zagrabiam incolentes, sua aetate prodidit Plinius Secundus Lib. III. cap. 28. non e Sarmatia trans Carpatem, sed e finibus veteris Daciae ab Maro et Cuso fl. illuc perductos, obseruante Cl. Seuerin. Comment. cap. 7. *Dacos* nimirum, qui Istrum frigore concretum transgressi vicinos Pannoniorum agros saepe vastarunt, praedasque abstulerunt, iam Iul. Ant. Africano ex Q. Fab. Maximo Cos. an. ante Chr. 9. has regiones percursasse; memorant Strab. Geogr. Lib. VII. pag. 344. ac Flor. Lib. IV. cap. 12. Sed in tanta rerum Slauicarum a Sec. 6. vsque hucdum confusione, viros celebratissimos (qui antiquitatum subsidiis adiuti, isthoc argumentum ex professo pertractauere) eatenus audire, haud pigeat. Imprimis Eruditorum Societas Iablenou. Lipsien. Tom.

III. pag. 61. seq. adsertionum instar statuit: *Omnes Slauorum in Illyricum, Thraciam, Dalmatiamque (quas Prouincias ante an.* 527. *non incoluerunt) irruptiones enumerabimus; indeque ostendemus, Slauos post singulas incursiones ex iis regionibus aut sponte aut coactos iterum decessisse... Sed neque sub ceteris Imperatoribus ad Heraclium vsque has Regiones ab illis occupatas, eadem ratione demonstramus;* id, quod etiam insigniter viri docti id loci praestiterunt. Alter sit Katancius (in re Antiquar. Philol. ac Geogr. percelebris) in cuius egregia eatenus commentatione Geogr. de Istr. cap. VII. n. 11. seq. inter cetera, haec remonstrantur: *Plerique post renatas meliores literas, Slauos a Volga et Carpato ad Istrum et Illyricum deducunt; nullo, quod sciam, idoneo ducti argumento. Slauorum Procopius cum Iornande meminere primi; neuter tamen ad Volgam signauit patriam, sed non procul ab Istro. Sed nec posteriorum, quantum sciam vllus, seu Graecus siue Latinus Scriptor, Slauos deduxit a Volga... Omnem Slauici nominis vim nonnisi ad ripas Danubii videas; vnde in Prouincias Rom. procurrebant, quod e Byzantinis perfacile eruas. Neque tamen omne hoc Slauorum nomen Sarmatici generis arbitrere; maior pars Daci erant, Gens Thracia, vt vel ex Theophilacto cognoscas... Quia vero Bulgaris, maxime Daciam colentibus, Hunni iam*

inde a temporibus Attilae commixti erant, quibuscum socia iungentes arma Graecorum Imperio grauissimi saepe fuere; inde factum, vt a posterioribus Graecis Scriptoribus, veluti Nicephoro, Constantino, ac Theophane Hunni pro Bulgaris, et vice versa, saepius dicerentur: atque hoc est, quod rebus Slauicis maximam ab hominum memoria peperit confusionem. Merito igitur Erud. Soc. Lipsien. l. c. pag. 73. animaduertit: *Cum certum sit, valde saepe Graecos, recentiores maxime, in nominibus idiomatis exteri proferendis aberrasse; quidni idem de Porphyrogenneta statuamus.* Quare, quidquid Byzantini ac medii aeui Scriptores de Slauorum in Illyrici Prouincias innundatione scripsere; id de eiusdem idiomatis ab vtriusque fluminis ripae Slauinis Getis Dacisque (quos cum antiquis Thracibus, Dardanis, Triballis, Mysis, Pannoniis, et Carnis, idiomate Slauo-Illyrio vsos fuisse, ex Herodoto, Scylace, Strabone, ac Plinio, celebratissimus Philologus Katancius in Opere, Serenissimo Principi Caes. Reg. et Archi-Duci Regni Hung. Palatino IOSEPHO an. 1798. dicato, de Istr. cap. VII. pag. 126. seq. insigniter demonstrauit) intellectum velis: siquidem veteri adhuc aetate ipsa monimenta *Slauo* — Sarmatas, Marcomannos, Quadosue, subinde Marahanos nuncupatos, ab Istri Slauinis clare distinguant. Egregium hac in re argumentum nobis suppeditat Vates Sul-

monensis *Naso*, testis oculatus, Sarmatas a Getis (illorum *idiomate*, horum etiam poetico *scribendi* genere exercitatus; ex Pont. Lib. IV. Epist. 13.) pluribus in locis, praesertim Trist. III. Eleg. 14. et V. Eleg. 7. 12. item Lib. III. Epist. 2. ac. 13. palam discriminans. Pari ratione epigrapha, anno belli Marcomannici cum Romanis gesti quinto (quo M. Antoninus Imp. an. Chr. 173. Iazygas sociosque horum Marcomannos et Quados petiturus, numerosum conscripserat exercitum) incisa, ab Ieremia Russo Moschorum Legati Viennam profecti socio descripta, et a Mauro Orbino Regn. Slau. pag. 104. relata, clare distinguit ita: *Styn ovvy uklopyen bylie iesti mera sgode krvkovvye nass Markoman i Brete Slavnov Lyto V. Boya nasga . . . Markoman proyde ni Slavnov. . . Stynu pokoy lyth v vika.* Sub quo Slaunorum nomine Dacos Getasque ob linguae adfinitatem delituisse; Strab. Geogr. Lib. VII. pag. 344. Florus Lib. IV. cap. 12. tum Erudit. Societ. Iablanou. Lips. Tom. III. pag. 61. ac noster Geographus, de Istr. cap. 7. amplius edocebunt. Epigrapham Illyrii hodie, sua Orthographia, sic efferrent: *Stin ovi uklopjen biljeg jest mira Zgode Krukovje, nas Markoman, i Bratje Slavnov. ; Lito V. Boja nashega. Markoman proj-de niz Slavnov... Stinu pokoj lith u vika.* Quod monimentum Dacio-Illyricae potius quam Slauo-Sarmaticae dialecti habere structuram ; vtriusque idio-

matis gnari facile perspicient. Cons. Fortunati Durich specimen vocabulorum Slauicorum, Sec. 6. — 9. in Biblioth. Slau. cap. II. §. 3. Latine vero epigrapham sic protuleris: *Lapis hic insertus, signum est pacis Congressus Crucouiensis nostri Marcomannorum ac Sociorum Slauinorum, anno V. belli nostri. Marcomannus praeteriit Slauinos... Lapidi quies perennis.* — Atque ex his generatim arguimus, numerosissimam progenitoris Thyrae sobolem Slauinam ab omni retro vetustate bifariam diuidi: in *Sarmatas* quippe ad boream; et *Thracas* 'ad meridiem recedentes. Illorum progeniem: Russos, Polonos, Bohemos, Morauos, Slauosque conterminos, etc. horum vero Slauino-Illyr. Hung. (ceu veterum Pannon. Dac. atque Getar. reliquias) Bulgaros item, Serblos, Bosnios, Dalmatas, Croatas, Carnos, Slauonios, cunctosue alios Illyrios, ex hactenus dictis recte statuimus. De quibus singularis sententia est Chalcocondylae, Sec. 15. Athenis apud Assemannum Rer. Turcic. Lib. III. ita commentantis: *Sarmatarum lingua similis est Illyriorum, Ionium ad Venetas vsque adcolentium; vtri autem horum vetustatis praerogatiua gaudeant, et vtri alterorum regionem teneant, an videlicet Illyrii in istam Europae partem recedentes Poloniam et Sarmatiam incoluerint, aut an Sarmatae ad haec Istri loca adeuntes Mysiam et Triballorum Illyriorumque regionem inhabitarint? neque*

quemquam audiui veterum commemorantem, nec ipse possum ea quam verissime explicare. Specimen vtriusque dialecti exhibuit noster Philologus, Oper. de Istr. cap. VII. pag. 137. seq. Hac de causa D. Böckh in Statist. Orb. Edit. Vienn. 1827. pag. 156. *Slauam* vniuersim gentem (vt posterioribus Scriptoribus nominare placet, e Slauo-Sarmaticis ac Slauino-Illyricianis populis conflatam, et vsque ad Caucasum prolatam) vtpote post Hindostanorum stipitem in orbe terrarum potentissimam; in 70,664,000. defigit; quo sensu celebris Philologi Voltiggii pag. heic 7. adsertum facile interpretere. Ceterum, binas gentes (ex vno quidem stipite prognatas, sed vtramque in suos ramos extensam) ex alibi deductis ne confuderis; ambarum quippe, vti olim sic hodiedum, tam Slauo-Sarmatar. quam Slauino-Illyriorum in diuersas dialectos respectiuas degenerantium, et nomen et interna idiomatis structura et pronunciatio discriminantur. Hoc affatim ipsa experientia vtriusque gentis (inter quam diuersamur) post vatem Sulmonen e Ponto canentem, hodie testatur; ac vetustior epigrapha, in Sacerdotis gentilis sarcophago Viennae reperta, et a Lambecio l. c. tum Katancio in Specim. Philol. Pannon. cap. II. §. 2. seq. (Kirchero iuste ibidem a Kollário reprehenso) e veteri caractere traducta, vbertim firmat hisce: *Pasal ov jest Najavich Ianture, dasu svame Nev a vrata Ivazka, a Kransi Pa-*

niari; zvam pjajaz tjeov, a Slava viecsna. Latine sic: *Scriptum hoc est index pactorum, vestros esse limites agros a porta Augusta, ad confines Pannonios; concordia vobiscum, pax, et gloria sempiterna.* De quo monimento memoratus Lambecius, in Bibl. Caes. Vind. Lib. I. primo intuitu pag. 89. fluctuans; ast, Philol. et Geogr. in subsidium vocatis, pag. 91. ita notat: *Persuasissimum habeo, linguam et literas Inscriptionis Laminae aureae incisae haud alias esse, quam quae Pannon. Super. fuerunt vernaculae;* cuius linguae etiam meminit C. Cornel. Tacitus, Lib. de mor. Germ. Quod insigne vetustatis monimentum ad Gallieni aetatem, videlicet circa an. Chr. 259. quo data fuit Marcomannis portio Pannoniae, ex adiunctis referri posse putauimus; quamquam phrasis et scripturae modus paullo antiquiori aeuo, quo Marcomanni primum Rege *Vannio*, an. V. C. 804. Chr. 51. Claudio Imp. acceptis agris in Pannonia Sup. sunt locati (teste Tacito, Annal. Lib. XII. cap. 30.) conuenire videatur. — Specimen vtriusque dialecti dedere Katanc. Comment. de Istr. pag. 137. seq. ac Dobrowsky Instit. Lingu. Slau. Praef. pag. 3. et quidem hic sequentibus: Illyr. *razum*, Slau. *rozum;* Illyr. *zemlja*, Slau. *zemja;* Illyr. *Krilo*, Slau. *krido;* Illyr. *moch*, Slau. *moc;* Illyr. *ptica*, Slau. *ptak;* Illyr. *desnica*, Slau. *pravnica* etc. Ad *Illyricam* Pannonios, Moesios, Ari-

uates, Vindos; Carnos, Slauinosque veteres sub occultato priscorum Getarum Dacorumue nomine (male tamen Russos) ad *Slauicam* vero Slouacos, Bohemos, Polonos, Morauos, Sorabos (tum melius horsum Russos) referens. Cons. quae heic pag. 5. et 52. protulimus.

XI.

Conuentus Aradiensis; S. Iosephi Sponsi B. V. M. *a*)

In Dioecesi Csanadiensi, b) *Comitatu Aradiensi: c*) *e praeexistente Sec.* 16. *Residentia an.* 1705. *opera Patrum, d*) *tum an.* 1775. *in Praesidio e*) *Munificentia Caesareo-Regia nouiter aedificatus, Fratribusque medio D. Episc. Csanadien. an.* 1780. *solenniter traditus, f*) *ac sub* 15. *Aug.* 1789. *N.* $\frac{26272}{2877}$ *cum decem Sacerdotibus et vno Laico clementer confirmatus; Parochiam Milit. nec non Scholam Triu. curat. g*)

Lingua Hung. *h*) Germ. *i*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Ladislaus Szép, Hung. C. Toln.	29. Sept. 1782.	23. Nou. 1800.	21. Sept. 1803.
R. P. Bernardus Szalkay, Hung. C. Bacs.	3. Ian. 1751.	8. Sept. 1774.	16. Mart. 1778.
M. V. P. Norbertus Mikiska, Germ. Boh.	14. Ian. 1789.	25. Nou. 1823.	11. Dec. 1825.
V. P. Christophor. Szándy, Hung. C. Castriferr.	22. Nou. 1795.	4. Dec. 1820.	18. Dec. 1823.
V. P. Colomanus Tanos, Hung. C. Pest.	21. Ian. 1805.	7. Oct. 1825.	14. Oct. 1828.
Fr. Sebast. Grappmayer, Germ. Austr.	5. Iun. 1777.	21. Iun. 1802.	21. Iun. 1803.

Valach. *k*) Illyr. *l*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
6. Oct. 1805.	Hung. Germ. Illyr. Slau.	Guard. Administ. Paroch. Rect. Schol. Triu. et Biblioth; isthic pag. 18. memoratus.
27. Iun. 1779.	Hung. Germ. Illyr. Valach.	Castrensis Emer. Discr. et Spirit. cum facult.
5. Febr. 1826.	Boh. Germ. Illyr.	Vicar. Discr. Conc. Germ. Ann. Coop. Paroch. Catech. Sup. Sacr. Prot. Exh. Laic. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
18. Apr. 1824.	Hung. Germ.	Coadi. Conuent.
24. Maii. 1829.	Hung. Germ. Illyr.	Coop. Par. et Coadi. Conuent.
"	Hung. Germ.	Laic. Ian. Cellar. Sacr. Schol. Triu. et Comm. VMagist.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Carolus Preg, Germ. Bauar.	15. Aug. 1779.	27. Aug. 1807.	30. Aug. 1808.
Fr. Wolf. Standhartinger Germ. Austr.	13. Nou. 1801.	29. Nou. 1824.	9. Iul. 1826.

a) *Aradinum*, olim iuxta Bombard. Topogr. Hung. pag. 134. Arath; vetustius vero ab incolis Dacis Getisue compellatum *Grad*, vel serius a Sarmatis *Hrad* (apud Nagy Notit. Hung. Tom. I. pag. 26.) inter Marusii fl. brachia situm, ac celebribus nundinis decoratum: dom. 2811. et incol. 13,824. numerans; distat — *Buda:* ad ort. CLXXVII½. M. P. seu postis 17¾ = 35½ milliar. geogr. — *Essekino:* CCXX. M. P. seu post. 22=44. mill. geogr. — *Vienna:* CCCLX. M. P. seu post. 36=72. mill. geogr. — Illud subinde ab hostibus maleque contentis dira perpessum (Patribus huius Prou. continuo in *passione* sociis) ac sepulcro Belae II. Regis Hung. clarum; recentius clementia Aug. FRANCISCI I. an. 1826. axioma *Liberae Regiaeque Ciuitatis* obtinuit. Quondam nobili

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
„	Germ.	Laic. Coqu. Hort. et Proc. Conuent.
„	Germ.	Laic. Quaest. et ad seruit. Conuent.

Capitulo, praeter Praeposituram de *Orond* dictam, illustrabatur (quam ante 112. annos adhuc viguisse, asserit Bombard. l. c.) iurisdictionis Strigoniensis, non obstantibus Dioecesis Csanad. limitibus; cuius *Praepositus* antiquis temporibus legitur saepius fuisse Vice-Cancellarius.

b) Episcopatus *Csanadiensis*, qui a Marusio fl. primum *Morisanus* dictus fuerat, initia S. Stephano Regi Hung. tribuenda esse; extra omne dubium euincit Diploma, ab Hier. Rubeo Hist. Lib. V. pag. 249. vulgatum, in quo Stephanus fatetur: Templum D. Petri ad vincula, quod est Rauennae, ab se erectum fuisse *ad consilium Gerardi, venerabilis Episcopi Eccl. Morisanae;* quem primum etiam sedi illi Antistitem praestituit. Morisanam vero Ciuitatem serius *Cenadinum* (aut,

vt nunc efferimus, Csanadinum) fuisse dictam; Literae Belae IV. quas nomine *Primogeniti Andreae Regis* consignauit, aperte docent apud Rubeum, l. c. pag. 389. Annum fundati Episcopatus et ab redacto in ordinem *Actuno* rebelle Gerardi eorsum introductionis (Rubeo datum Diplomatis haud producente) coniecturaliter duntaxat ad an. 1035. reiicimus. Amplitudinem Dioecesis olim maiorem, quam hodie sit, probant Literae Capituli Csanadiensis an. 1469. exaratae, cuius arctis prouentibus Aug. M. Theresia, pro sua materna sollicitudine, an. 1742. donatione oppidi *Makoua* vtcunque prospectum iuit. — Dioecesi hodie praeest: Illustrissimus ac Reuerendissimus D. ANTONIVS TÖRÖK, Episcopus Csanadiensis. Ipsa Dioecesis (iuxta Recens. Aszalay. an. 1825.) numerat: Canonicatus Act. 6. Honorar. 2. Abbatias Titul. 7. Praeposituram Real. 1. Titul. 2. Vice-Archidiaconatus 18. Parochias 160. Clerum Eccl. 265. Regulares 112. Animas indistinctim 1,113,911.

c) Comitatus *Aradiensis*, quem antiquar. Expedition. Notitiae *Orodiensem* adpellant: ab ortu fines occupat Transyluaniae; Csanadiensi et Békesiensi Comitatibus conterminatur ab occasu; Bihariensem a septentrione, a meridie Krassouiensem et Temesiensem oram respicit. De eo recentior Statista Hung. Nagy l. c. proloquitur: *Qui regionem inhabitant, Valachi sunt et Rasciani*

(Illy-

(Illyrios nuncupare voluerit) *bellis potissimum ciuilibus de Hungaria optime meriti; his et Hungari Germanique, atque Armeni ex Transiluania huc acciti, accessere.* Spectata Comitatus extensione, a finibus Transiluaniae in occasum, partim per planitiem partim per colles porrecta, tredecim in longitudine; in latitudine vero octo et vltra complectitur milliaria: fluuiis Marusio, albo item et nigro Crisio, aliisue minoribus riuis irriguus. Ager ei fertilis est vbique, ac omni fere frumenti genere abundans; vitem Valachi potissimum excolunt prouentu vbere; Hungaris etiam aliisque incolis eadem vite quaestum promouentibus. Regio haec quatuor absoluitur Processibus: Aradiensi, Zarandiensi, Boros-Ienöensi, et Vilagosiensi. Numerat Ciuitatem Lib. Reg. 1. Oppida 18. pagos 164. praedia et diuerticula 46. incolas 209,429. Personalis Prouinciae Magistratus: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus 1. Assessores salarisati 3. Notarius Ord. 1. Vice-Notarii 2. Archiuarius 1. Perceptor Cassarum Generalis 1. Particulares 4. Exactor Rationum 1. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Iudices Nobilium Ord. 4. Vice-Iudices Nobil. 7. Iurassores 12. Commissarii 3. Viarum Inspector 1. Geometra 1. Physicus Ord. 1. Chyrurgi 3. — Supremi Comitis Officio fungitur Illustrissimus D. IOSEPHVS L. B. VENKHEIM, S. C. R. A. M. Camerarius. — Ingremiatur Dioecesibus Csanad. et Grae-

ci Ritus Cathol. Magnouarad. — Intra huius Regionis ambitum celebrantur: I. *Ienö* (a Topographo Hung. l. c. pag. 176. priori Sec. *Boros-Ieno* compellatum, et condam ad Prouinciam Zarandiensem relatum) adcolis olim *Brod* dictum; quod per stagna exundantis Crisii, vadando ad illud accessus fuerit: Ciuitatem eotum cum Castro, Valentis Imp. opera erecto, atque vitium in monte vicino plantationem militari manu a Probo Imp. factam stetisse, opinatur Statista Hung. l. c. pag. 27. Quod dum superarbitrandum aliis relinquimus; nobis alia quaedam isthic ex domesticis (praesertim Timone) ad Sec. 16. commemorare vacat. — Ad summam laetitiam, quam ex subactis Valachiae Oppidis ceperant Christiani, accessit cumulus gaudii ex erepta e manibus Turcarum Arce *Ieneia*, eo tempore munitione valida ac memorabili, inter Lippam et Varadinum ad radicem montis Matrae sita, in cuius altero extremo Lippa explicatur: Arx vmbilicum Oppidi obtinet; Crisio, muris, ac fossis munita. In eius oppugnatione ducebant ordines: *Georgius Regius*, *Georgius Borbelius*, et *Stephanus Bekessius*; *Bathorius* vero, vbi primum nunciis euangelia reddidit, fugientem *Sinanem* Turc. ducem persequi statuit. Hic, Arce demum *Gergiouia* in Valachia amissa, Constantinopolim moestus rediit; a Mahomete eapropter aspere tractatus, antequam animam egisset; indigna-

bundus lamentabatur: *Se, post tres in totidem mundi partibus nobiles reportatas victorias, a puero Transilu. ad mortem impelli.* Timon. Imag. Hung. Part. II. cap. 16. pag. 92. — Praecipuum tamen Comitatus huius olim decus II. *Iulia* siue *Gyula*, quibusdam veterum *Ziridaua* (hodie ad Comit. Bekesiensem relata) recensetur a Bombardo Topogr. Hung. pag. 134. Praesidium illo adhuc tempore haud ignobile prope Crisium, qui *niger* dicitur, ad distinctionem aliorum duorum fluuiorum; quorum vnus *albus*, alter *velox* incolis audit. Eo circa an. 1566. in Turc. potestatem praesidiariorum perfidia translato; Ladislaum *Szeretschium* siue Querecenium, qui defectionis dux fuerat, ab ipsis barbaris (crimen, non auctorem, de more probantibus) inclusum dolio, quod clauis peracutis introrsus ex omni parte adactis instruxerant, e quadam rupe praecipitem actum fuisse: narrat Gabriel Ens, in Hist. Hung. Alterum *Attilium* regulum, ob supplicii similitudinem diceres; nisi, ille patriae suae propugnator, hic vero proditor, fuisset: Praesidium demum, circa an. 1694. in Christianorum potestatem feliciter rediit. — III. *Glogovatz* vicus, ruderibus impositus celebratae Vrbis *Orod*, cui nomenclationem (ait Nagy l. c. pag. seq.) dedere quinque excelsi *tumuli*, quibus Probus Imp. an. 277. internecina clade stratos Sarmatas (quos *Statius* modo vagos, modo muta-

tores domorum vocitat) tumulauit, et in praemium eorum heroicae virtutis victoriaeque monimentum centum pedes altis tumulis decorauit, atque praestandam per posteros pietatem commendauit; relinquens par monimentum illi, quod reliquit in Africa *Bradioni*, quem in singulari certamine fortiter dimicantem strauit, ac ducentos pedes alto tumulo honorauit. Mortuorum tumuli Sarmatis patrio sermone *Orodi* (denati) vocitari consueti, et ab ethnicis religiosissimum cultum obtinentes; surgenti successiue vico, tum Vrbi, per Tartaros dehinc solo aequatae, adpellationem mutuauere. Si Iordanem in Orig. Slau. Tom. II. Sect. 46. ad an. Chr. 277. audias, adsertum decerni diceres; Marcum quidem Aurelium Valerium *Probum* Caesarem cum Sarmatis mox altero anno imperii vltra Patissum armis congressum fuisse, e Iordane discimus: ast praetensam historiam pari passu, ac fortassis felicius ad M. Aurel. *Carum* Caes. Probi Successorem et conterraneum, a militibus an. Chr. 282. Imperatorem adclamatum, atque ob repressos intra biennium Sarmatas *Sarmaticum* dictum, retuleris. Verum, haec quoad quinque tumulos enarratio remotior est, quam vt (tacentibus eatenus Scriptoribus Rom.) nobis de 1500. amplius annorum fluxu quidpiam certi diuinare liceat; conferantur heic ea, quae pag. 79. de Finibus Prouinciarum Rom. alibiue

de barbaris produximus. Quare eos, qui praememoratos colliculos ad enarrationes aeui Hungarici praesertim Belae Caeci tempora potius referunt, vtcunque censere arbitramur; quorum historiam paucis habe. *Bela II. Caecus*, Almi Ducis filius, an. 1131. Rex Hung. conciliata sibi Sobieslai Bohemiae Ducis et Leopoldi Austriae Marchionis amicitia, *Orondinum* Comitia indixit, suadente Regina Helena (Vrosii Seruiae Principis filia; de qua Thurocz. Part. II. cap. 64. ita prodidit: *Bela in suis negotiis praeclaram adiutricem nactus est Helenam, excelsi animi matronam, cuius insigni prudentia et consilii promtitudine factum est, vt luminibus carere Bela non videretur*) idque non tam consultationum causa, quae ad Rempublicam pertinerent, quam vindictae summendae desiderio. Confluxit pene incredibilis Ordinum frequentia; ne diuinantium quidem, tristem multorum exitum. Spe vltionis oblata, Regina etiam adfuit (si Thurocio fides) quatuor filiis stipata; tum captis iucundissimo spectaculo praesentium oculis animisque; rem grauem molitur. Etenim paucis loquendi veniam praefata, quaerit ex Proceribus: „Quid causae esset, quod cum natura praesentes omnes oculis ornasset; Regem solum, in quo acriores quam in ceteris requiruntur, illis destitutum voluerit? Id, si naturae inclementia factum esset, haud aegre se laturam: sin aliorum

scelere, non esse impune dimittendum; vt Regibus parcere, quibus maximus honor debetur, discat illorum exemplo vniuersa posteritas." Muliebri, quam dolor expresserat, eloquentia plurimi permoti, in praesentes quosdam Barones et Nobiles, quorum odia in Almum et Belam cognita fuere, violentas manus iniiciunt; alios illico trucidant, in carceres alios compingunt, et criminis conuictos vario mortis genere durantibus Comitiis e medio tollunt, posterosque ipsorum (erant autem 68.) perpetua infamia notant, ac bona Ecclesiis Cathedralibus addicunt. Cons. Bonfin. Dec. II. Lib. 6. pag. 261. Caesorum abhinc cognatos, *Borichium* Bretislauae Russae filium, ad capessendum Regnum euocauisse; patrii meminere Scriptores, apud Pray Annal. Part. I. pag. 126. sequaciter etiam in loco caesis quinque tumulorum erectione parentasse, indubie arbitramur: relicta ab indigenis facti memoria, nomenclatione Orod (Illyr. *Rod* vel *Odrod* cognatus) vsque ad posteriora secula perdurabili.

d) E dilapso, ab sui per barbarum an. 1551. direptione, Lippensi Conuentu quosdam illius Patres partim Radnae partim Aradini consedisse; e vetustis Prou. MSS. in Aduersar. Lib. II. arguimus. Conuentus dein sub titulo S. Mariae Angelorum, alias S. Franc. Stigmat. ibidem an. 1705. erecti; meminit Greiderer, Chron. Ord. Tom. I.

Lib. 2. n. 244. Alterius adhuc vetustioris Fratrum Conuentus *de Zentha* ad Tibiscum (loco, ab insigni Eugenii Principis an. 1697. victoria, prostratis viginti et decem Tibisco mersis Turcarum millibus, celebri) per quemdam F. Bartholomaeum an. 1494. exstructi; Scriptores Prou. Hung. Gonzaga, et Appendix Synod. Pazman. meminere: cuius memoria, ab clade Mohacs. an. 1526. intercidit.

e) *Praesidium* Arad. iam an. 1764. (fide Protocolli Conu. loc.) coepit aedificari; quod postea Iosephus II. erectis insignibus Aedificiis, curauit consummari.

f) Vid. Chron. Prou. an. 1823. Sect. I. p. 86.

g) Sub administr. temporali D. Dominici Hejmm, Ciuit. Aradiensis Consulis, eiusdemque Conuentus Syndici Apost.

h) Vid. isthic pag. 70. lit. h.

i) Vid. etiam. pag. 79. lit. i.

k) Heic loci de *Valachis* quidpiam audire libeat. Eos Schlözerus Histor. Sept. pag. 252. a Bulgaris ortos adseruit; Salagius vero, Histor. Episcop. Pan. Lib. I. cap. illorum idioma Illyriis omnibus attribuit; alii, migratione gentium ac veteris Philologiae ignorantia decepti, de his aliter sensere: atque inde arbitramur communem in Patria errorem emersisse, quo Scriptores infundate suppresso abhinc *Illyriorum* nomine hos cum Valachis aut vno saltem illius gentis ramo com-

misere; de quo heic praememorata pag. 5. seq. relegere haud pigeat. — Valachi nobis sunt *Italici* coloni; quorum huc aduentum ad aeuum Traiani referri oportere, ex Eutropio Lib. VIII. cap. 6. imprimis videas: *Traianus, victa Dacia, ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum transtulerat, ad agros et vrbes colendas; Dacia enim, diuturno bello Decebali, viris fuerat exhausta.* Idem et Aurelianus fecit, traductis in *Mysiam* copiis, nouaque instituta ibi Dacia; inde *Rumina ficus*, apud Ouid. Fast. Lib. II. v. 412. Occupant vero Valachi, praeter Moldauiam Valachiamque, Transiluaniae et Hung. Temesanae non modicam partem, mixti indigenis aduenisque diuersarum gentium, maxime in Transiluania, vbi id singulare videas: eos, quamquam Hungaris Germanisue non vno cohabitarint Seculo, nulla tamen praeterquam *Getica* in suum idioma adsumsisse vocabula; si pauca quaedam Hungara, idque in Transiluania duntaxat, demas. Porro, nomen *Vlahorum* ante Cinnami tempora (qui Sec. 12. floruit) auditum non esse, aiunt; neque tamen tum primo exortum arbitrere. Latini quippe, ex quo Illyriis cogniti sunt, ab antiquissima inde aetate *Vlassi* compellabantur (perhibente antiquario Katanc. Comment. de Istr. cap. VIII. n. 4.) tamquam *Lassi* enunciaueris, *v* consona illis familiari praefixa; vti et compellantur hodie. Quamquam nonnulli hoc

vocabulo non recte vtuntur, cum Illyrios orientali Eccl. addictos *Vlahos*, Valachos autem ad illorum differentiam *Kara-Vlachos* (seu nigros) nuncupant; quin imo Croatae Thracas Illyriosque, qui ab iis dialecto nonnihil discrepant, vniuersos adpellant *Vlachos:* perperam sane, cum haec denominatio nonnisi *Latinis* competere possit, teste Timone Imag. Hung. Part. II. cap. 15. queis solis melius Serbli ritusue graecanici homines nomen *Vlahorum* tribuunt. At vero ipsi Valachi nesciunt, quid haec sibi adpellatio velit; interrogati enim, quinam essent? continuo reponunt: *Noj sentem Rumunyi ;* et vnde venirent? sciscitanti, inquiunt: *De la czara Rumunyaszka ;* se quippe *Romanos, ex Prouincia Romana*, esse. Ita se ipsi compellarint inde ab suo horsum aduentu; exteris Dacorum, postea Bulgarorum, et forte *Patzinacitarum* (quos Pray Annal. vet. Hunn. Part. III. Lib. 1. Cedreno Sec. 11. auctore, Hungarici generis fuisse; perperam autumat) ac demum Valachorum cognomine noti: certe, pars Valachiae occidua, supra quam Noui ciuitas Procopii Lib. IV. cap. 6. in altera Danubii ripa exstiterit, vocabulo *Rumunyaci* notatur. Conf. Chart. Hung. Hasii. — Si Laonico Lib. II. apud Luc. Regn. Dalm. et Croat. Lib. 5. fides, circa Pindum quoque Thessaliae montem consederant; sed, an olim iam? vt ipse de Dacis ignorauit, sic nos de his (obscu-

ris hodie, et a nobis vsque ad Pindum longe remotis) nihil adserimus: imprimis, quod Anna Comnena Lib. VIII. Alex. ad an. 1148. apud Luc. l. c. pag. 272. ante Laonicum, *Bulgaros* et quosuis pastoritiam colentes, *Vlahos* nuncupauit; Nicetas autem, apud Lucium l. c. de Isacio Angelo, sic *Mysos* interpretatus est; denique ipse Calcochondylas Hist. Lib. I. inde ab Dacia ad Pindum vsque *Blachos* habitare dixit, qui citra dubium Bulgari fuere, teste Lucio l. c. Vt adeo, an *Rumunaci* circa Pindum omnino habitarint? e Graecis Scriptoribus determinari nequeat: circa Albaniam eos superesse, certi sumus; horum tamen idioma a Valacho magis, quam Graecum a Germanico, abest. In principatu Valliae (quae est Prouincia Britanniae) dicuntur esse, qui eodem, quo nostri *Valachi*, sermone vtantur: quam nos Coloniam olim iam, dum Britanni Romanis parerent, huc inductam vt facile concesserimus; ita ex eo vniuersas Prouincias, quae Romano suberant iuri, hoc sermonis genere vsas (prout Salagius Lib. I. Eccl. Pann. cap. I. praetendit) minime argui posse, arbitramur. Oportebat enim hac ratione primum interire linguas indigenarum, easque in *Valachicam* vniuersim abire, tum post aliquot Secula renasci, veteremque induere formam; quam metamorphosim, nisi Ephorus ille, aut Ablauius, aut Iornandes, aut Philosophorum vel Poetarum quispiam

tradiderit, ab Historiographo (qui hoc dignus sit nomine) traditam non meminimus. Sed mira haec est huiusmodi virorum ingenii foecunditas: vt qui vniuersum Pannoniorum, Thracum, Dacorum genus cum sub Octauiano *Gallica* (seu, vt ipsi aiunt, veteri quadam *Germanica*) lingua loqui iussissent; paulo post, quasi Stygem cum his Charontis cimba traiecissent, veteri in obliuionem misso, vniuersos nouo eoque *Valacho* sermonis genere instructos producant. Cons. Katanc. l. c. pag. 229. Horum vniuersim numerum D. Böckh Statist. Orb. edit. Vienn. 1827. pag. 157. ad 3,130,000. reducit; quod nobis (bona Scriptoris venia) respectu Hungaricae, Germanicae, Illyricae, Slauicae, Armenicae, et Turcicae in iisdem Prouinciis impopulationis, demtis etiam 430,000. Cingarorum totidemque fere Iudaeorum, prorsus incredibile videtur; doctus vir fortasis Vlahos cum *Bulgaris* (quorum l. c. 522,000. numerauit) aliisque quibusuis pastoritiam colentibus gentibus, exemplo Annae Comnenae, Nicetae, et Calcochondylae, loc. supracit. vt obscuris in rebus fieri assolet, inculpate commiserit.

l) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

XII.

Conuentus Mohacsiensis; S. Stephani Proto-Regis Hung. *a*)

In Dioecesi Quinque-Ecclesiensi, *b*) *Comitatu Baranyensi:* *c*) *ex praeexistente* 16. *Sec. Re-*

Lingua Hung. *g*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Thomas Horváth, Illyr. Hung.	6. Dec. 1781.	8. Nou. 1801.	8. Nou. 1802.
R. P. Marianus Iaich, Illyr. Slauon.	4. Iul. 1795.	12. Maii. 1812.	7. Iul. 1816.
R. P. Placidus Schrót, Hung. C. Vesprim.	24. Sept. 1784.	24. Apr. 1805.	24. Apr. 1806.
R. P. Franciscus Révéz, Hung. C. Pest.	11. Sept. 1782.	14. Iul. 1802.	11. Sept. 1803.

sidentia, d) vix an. 1705. *erectus, sed igne funditus consumtus, atque in Residentiam itérum transiens, altera vice an.* 1750. *opera Patrum reerectus, e) tum sub* 24. *Sept.* 1788. *N.* $\frac{4277}{37781}$ *cum sedecim Sacerdotibus et duobus Laicis clementer confirmatus; Regium Gymnasium Minus prouidet. f)*.

Illyr. *h*) Germ. *i*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
27. Ian. 1805.	Illyr. Hung. Germ.	Guard. Prof. Emer. et Pro-Direct. Stud. Theol.
4. Oct. 1818.	Illyr. Germ.	SS. Theol. Licent. ac Eiusd. Lect. Discr. Exh. et Mag. Cler. et Cer. Exp. Cas. Bibl. Org. Inst. Cler. in cant. et Org. ac Spirit. cum facult.
6. Ian. 1808.	Hung. Germ. Illyr.	Prof Emer. R. Gymn. Min. Direct. et Catech. Discr. Exh. Laicor. ac Spirit. cum facult.
11. Ian. 1806.	Hung. Illyr.	Prof. Emer. et Act. Gramm. Discr. et Protocoll. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Iacobus Agjich, Illyr. Slauon.	6. Mart. 1797.	12. Nou. 1816.	20. Apr. 1820.
M. V. P. Adamus Marich, Illyr. Hung.	9. Dec. 1794.	25. Sept. 1815.	25. Sept. 1816.
M. V. P. Bruno Toth, Hung. C. Szalad.	7. Aug. 1780.	8. Nou. 1801.	8. Nou. 1802.
M. V. P. Martinus Nagy, Hung. C. Iaurin.	12. Aug. 1795.	1. Oct. 1814.	2. Sept. 1816.
M. V. P. Basilius Kovats, Hung. C. Pest.	9. Apr. 1803.	29. Oct. 1822.	22. Dec. 1825.
Fr. Barnabas Enthy, Germ. Austr.	4. Dec. 1783.	11. Iun. 1805.	11. Iun. 1806.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
30. Iun. 1822.	Illyr. Germ.	SS. Theol. Lect. Discr. et VMag. Cler.
1. Nou. 1820.	Illyr. Hung.	Vicar. Discr. Conc. Illyr. Ann. Super. Sacr. et Com. Mag.
27. Ian. 1805.	Hung.	Prof. Gramm. et Spirit. cum facult.
19. Sept. 1818.	Hung. Germ. Illyr.	Prof. Gramm.
12. Mart. 1828.	Hung.	Prof. Gramm.
„	Germ.	Laic. Coqu. et Proc. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Daniel Schreiber, Germ. Hung.	24. Dec. 1786.	22. Febr. 1810.	22. Febr. 1811.
Fr. Terentian. Klavitter, Germ. Boruss.	10. Maii. 1778.	4. Oct. 1810.	4. Oct. 1811.

a) *Mohacsinum*, Rom. *Altinum*, ob Danubii flexum olim nonnihil in mediterranea digressum (cui Notit. Imp. Cuneum Equit. Tortens. adscribit) inter *Antiana* Baranyavár, et *Lugionem* *S*zektsö, iuxta Hodoepor. XXV. M. P. (seu *Antianis*, sursum ripa Danubii, in Regio XV. *Lugione* vero deorsum, X. M. P.) remotum. Dom. 1108. et incol. 8316. numerans; distat — *Buda:* ad merid. CXLVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis 14$\frac{3}{4}$ = 29$\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Essekino:* XLII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. 4$\frac{1}{4}$ = 8$\frac{1}{2}$ mill. geogr. — *Vienna:* CCCXXX. M. P. seu post. 33 = 66. mill. geogr. Mohacsino duplex via Rom. digreditur: Danubii nempe ripensis dextra; et Danubium inter Drauumque mediterranea. Priore, vsque ad vtriusque fluminis confluentia, in Tabula Theodosii occurrunt: I. *Antiana*, hodie

An-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
"	Germ. Hung. Illyr.	Laic. Arcul. Sacr. Comm. V-Mag. ac Ianit.
"	Germ. Polon. Illyr.	Laic. Quaest. et ad Seruit. Conuent.

Baranyauár, quod Salagius alibi egregie monstrauit; fuerint Castra militum Antianensium, de quibus Schoenuisner Comment. Geogr. Pannon. Part. II. profert Lapidis inscriptionem, vbi sub M. Aurel. Antonino quidam *Antianus* Propraetor Prou. Pannon. Inf. legitur: a quo forsitan ipse locus nomen *Antianorum* Castrorum acceperit. — II. *Donatiana*, perinde Castr. milit. quae Mannert. apud Darás (vetust. chartis Drazálh) longius ab Tab. itinere in exortum, quaesiuit: nobis est vicus *Laskó* Vlashouo, olim ad ripam Danubii, a quo hodie non minimum abscedit, situs; id enim iusta Tabulae mensura (Hodoepor. ab Antianis Mursam discedente) exposcit. Altera, a ripa digrediendo vsque Mursam via, memorantur: I. *Serena*, Siklós (vetustioribus chartis *Soklyos*, *Soclios*, *So-*

clos) vbi antiqua Arx; operis quidem Hung. sed in ruderibus Rom. — II. *Berebis*, Berement. — III. *Mursella*, Laskafalu. — IV. *Aureus mons*, Darda, apud Schoenuis. l. c. supra quam via haec cum ripensi, a Baranyauár tendente, concurrit. V. *Nouae*, Belya; vbi Equit. Dalm. excubabant: locum, exilem vicum aut mansionem duntaxat fuisse (a *nouis tabernis* fors dictam) putamus.

b) Episcopatum *Quinque-Ecclesiensem* fuisse condam portionem Episc. Iuuauiensis ex Auctore de conuers. Carantan. qui ante an. 821. Deodericum ab Arnone Iuuauiensi Archi-Episcopo ordinatum, *confinesque Draui fl. vsque dum fluit in amnem Danubium*, illi potestatiue commissos, narrat; arbitratur Pray Hierar. Hung. Part. I. pag. 224. Eius initia, tametsi in illo constituendo S. Stephanus Rex iam antea elaborasset, auctoritate Diplomatis Fundation. tam a Pray l. c. quam Koller Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. I. producti, ad an. 1009. debite figuntur. *Schwartz* dum de init. Rel. Chr. in Hung. §. 57. auctoritate Belii subscriptionem Diplomatis Iaurianam *nouitiam* adpellat, fidemque eiusdem euacuare contendit; lusum ludere videtur. Certe tam exteri quam domestici Scriptores adfirmant, *Iaurinum* lat. aetate etiam S. Stephani (et non solum *Gewr*) fuisse scriptum; ex iis sunt Aloldus S. Stephano coaeuus, et Gaufredus Malaterra, quorum primus Iaurinum *Iau-*

renk, de Albert. March. an ad. 1044. alter vero Episc. *Ioriens.* memorat Hist. Sicul. Lib. IV. cap. 25. domesticos vero supplent Regum Diplomata, in quibus Belae II. an. 1138. Geisae II. an. 1143. Belae III. an. 1190. etc. diserte *Iaurinum* legeris. Inter praecipuas huius Episcopatus praerogatiuas ea est, quod illius Antistites iure *Pallii* gaudeant; quo primus Calanus an. 1190. decoratus fuisse legitur. Prius *personalem* hanc fuisse praerogatiuam, ex ingenti controuersia an. 1263. inter Philippum Metropolitam Strigon. et Paulum Episcopum Quinque-Eccl. (qui se hoc titulo a iurisdictione Archi-Episcopi exemtum praetextabat) exorta, liquescit; etsi illius vsus a Georgio Klimone an. 1751. bona Pontificis venia ita instauratus sit, vt eadem deinceps praerogatiua ad Successores perenni iure transitura videatur. Heic loci incidenter duorum imprimis Sec. 16. huius Dioecesis Antistitum, deploratis eotum Eccl. Hung. rebus, meminisse placuit. Eorum vnus est *Stanislaus Várally* an. 1541. Episc. Quinque-Eccl. cuius Fidei integritatem (aduersus Molleri somnia) e celebratae Synodi scopo, quam idem Mollerus inficiatur, in eiusdem Várallii Episc. Literis conuocatoriis dd. Dom. Rogat. 1545. quas Wagner in Analect. Scepus. Part. I. pag. 377. ex Autographo edidit, expresso; rite arguimus: *Quia nos*, inquit idem Praesul l. c. *de reformandis mo-*

ribus peruersorum, corrigendisque excessibus subditorum Ecclesiae nostrae, SS. Patrum vestigia sequendo Synodalem conuocationem vniuerso Clero nostro facere et celebrare decreuimus; vt per salubres exhortationes, institutionesque Synodales, et Canonicas monitiones vitia exstirpentur, virtutes inferantur, et actus praui comprimantur; disciplinaeque et aequitatis norma recto ordine dirigantur etc. De illo epitaphium apud Koller l. c. Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. V. pag. 314. sic: *Ecce Stanislaus virtute ascendit honores — Praesulis; etsi humilis Cibiniensis erat.* Atque Synodum omnino fuisse celebratam, testis est Péterffy Conc. Hung. Tom. I. pag. 285. qui nobis *Ordinem Diuinorum eiusdem Synodi* prodidit; vnde Wagner l. c. Part. III. pag. 84. diserte adstruit: *Stanislaum Synodum Cleri in Ecclesia S. Martini celebrasse . . . Ceterum, Concilii Sanctiones lateantne an interierint penitus, non habeo quod dicam; haud dubium est, quin, quae in rem praesentem erant, et sapienter illic constituta sint, et qua fuit vitae integritate Stanislaus, vt opere implerentur, enixe commendata.* — Alter est *Antonius Verantius*, an. 1554. Episc. Quinque-Eccl. de quo Engelium Hist. Hung. Part. II. pag. 158. seq. e Fortisio Tom. I. pag. 204. narrantem, audire libeat: „Antonius Verantius ward gebohren 20. May 1504. von Franciscus einem Edeln von Si-

benico, und Margaretha Statileo einer Adelichen von Trau. Die ersten Jahre seiner Kindheit brachte er in Trau bey seinen mütterlichen Oheimen zu; er kam aber bald in seine Vaterstadt zurück, wo ihm Elias Colimer, von dem sich verschiedene schätzbare lateinische Gedichte in der Veranzianischen Sammlung finden, zum Lehrmeister gegeben wurde. Nachdem er im Griechischen und Lateinischen hinlänglich unterrichtet war, wurde er aus Dalmatien nach Weßprim zu dem berühmten Bischof und Ban Peter Berislas von Trau berufen, der ebenfalls von mütterlicher Seite sein Oheim war, und hier lehrnte er die ersten Anfangsgründe der Kriegskunst. Als der Bischof 1520. grausamer Weise von den Türken umgebracht wurde, nahm Johann Statileo, Bischof von Siebenbürgen, der am Ungarischen Hof in größtem Ansehen stand, seine beiden Neffen, unsern Antonius und dessen Bruder Michael zu sich. Eines der erstern Werke des edeln Jünglings war die Lebensbeschreibung seines verstorbenen Oheims Berislaus, die sich Tomco Marnavich 100. Jahre hernach auf eine unverschämte Art zuschrieb, ohne fast ein Wort daran geändert zu haben, ausgenommen jenes, daß er einige Linien ausstrich, die den ächten Verf. Verantius verriethen. Ungefähr um diese Zeit kam Antonius auf die hohe Schule von Padua; allein die in Ungarn entstandenen Unruhen waren Schuld, daß er bald wieder zurückberufen wurde. Vielleicht hat er seine Studien zu Wien und Krakau fortgesetzt,

zum wenigsten ist gewiß, daß Michael auf diesen beiden Universitäten gewesen. Nach seiner Rückkehr nach Ungarn, lebte er wieder bey seinem Oheim, der ein rauher und geiziger Mann war, und seinen Neffen sehr übel begegnete. Antonius ertrug es mit einer edeln Gelassenheit, die sich in seinem sanften Charakter, nicht in planmäßig politischer Absicht gegründet zu haben scheint, und ließ sich durch das Beyspiel seines Bruders nicht verführen, der bald alle Geduld verlohr. Er erwarb sich die Gunst des Bischofs von Weizen Stephan Broderic und des Mönchen Georg Martinussius, des Günstlings von Joh. Zapolya. Bis 1528. gebrauchte ihn der unglückliche Monarch in verwickelten Geschäften auf den Gränzen seines zerrütteten Reichs, er war bey ihm, als derselbe in Ofen von Wilhelm Rogendorf dem Generale Ferdinands I. belagert wurde. Er erhielt die Stelle eines königl. Sekretärs, ward Propst zu Altofen, und stattete für diese Gutthaten vorzüglich dem Broderic in einer Lobschrift seinen Dank ab. Der König sandte ihn nach Siebenbürgen mit dem Auftrag, die bischöflichen Amtsgeschäfte statt des Statileo zu verwalten. Aus seinen Schriften erhellet, daß er nicht nur die dortigen Inschriften aufgezeichnet, sondern auch überall, wo man noch mehr Römische Uiberbleibsel vermuthen konnte, habe nachgraben lassen. Nach Aufhebung der Belagerung von Ofen 1530. ward er zweymal zu Sigmund K. in Pohlen, und zweymal nach Venedig ge=

sandt. Im folgenden Jahr ging er zum Papst Clemens VII. hernach zu Paul III., und bald nach seiner Rückkunft nach Hungarn aufs neue wieder zum K. Sigmund. Zu Ende des Jahrs 1534. sandte ihn sein Herr nach Frankreich zu Franz I. wohin er zweymal kam; von da nach England zu Heinrich VIII. bey dem er sich im Jan. 1535. befand . . . Nach seiner Heimkunft sandte in der König mit 2. andern Gesandten zu Ferdinand von Oesterreich König in Böhmen, aber ohne Frucht. Im J. 1540. starb König Johann. Verantius, von dem man noch zwey lange Briefe aufbewahrt, die er über den damaligen Zustand der Dinge an den damaligen Gesandten in Frankreich Joh. Statileo geschrieben, schien der verwittibten Königin Isabella und dem jungen Johann II. unzertrennlich zugethan. Isabella sandte ihn 1543. zum achtenmale zu Sigmund. Die Rede, die er bey dieser Gelegenheit gehalten, und die zu Krakau gedruckt worden, schilderte die traurigen Umstände der unglücklichen Königin auf eine so rührende Weise, daß alle Zuhörer Thränen vergossen. Nach einer kurzen Ruhe ward er im nämlichen Jahr zum König Ferdinand gesandt, der ihn sehr leutselig aufnahm, und zu seiner Tafel zog. Von diesem Zeitpunkt an, scheint sein Eifer für Isabellen, deren Umstände immer mißlicher wurden, kälter geworden zu seyn. 1544. legte er seine Propststelle nieder, welches er ungern gethan, wie aus dem Fragment eines Gesprächs erhällt, daß er erst viele Jahre

nachher geschrieben. Dessen ungeachtet blieb Anton noch einige Monate am Hofe der Isabella, und ward von ihr zum 9tenmale nach Pohlen geschickt. Nach diesem Auftrag forderte er seinen Abschied, und ging nach Sibenico, von da er mit 2. oder 3. von seinen Neffen, unter denen sich Faustus befand, weiter zog. Vermuthlich mag er sich bis 1549. in Italien aufgehalten haben. Um diese Zeit begab er sich an den Hof des Königs Ferdinand, der ihm Anfangs genugsame geistliche Einkünfte anwies, hernach ihn zu weltlichen Geschäften gebrauchte 1553. ward er zu Ally Bassa Beglerberg von Ofen geschickt, und im nämlichen Jahr zum Bischof von Fünfkirchen und zum k. Rath ernannt. Darauf ging er als Gesandter mit Franz Zay nach der Türkey. Von den ausführlichen Journal dieser Reise, das er verfaßt hat, bleibt nichts mehr übrig, als ein Fragment, das nach Hr. Fortis Urtheil mit dem größten Rechte verdiente, an das Licht zu kommen. Der wichtigste Theil der Nachrichten von dieser langen und gefährlichen Reise wurde dem Jesuiten Riceputi anvertraut, der in Dalmatien alle Dokumente einsammelte, unter dem Vorwand, sie zur Ausführung eines großen Werks über Illyrien zu brauchen; sie hatten das Schicksal der meisten andern Schriften, die ihm übergeben worden, und gingen disseits des Meeres verlohren. — Antonius mußte dem Solejmann folgen, der auf den Gränzen von Persien Krieg führte, und zog 5. Jahre lang mit der

Türkischen Armee von einer Gegend in die andere. Er machte sich diesen langen Aufenthalt zu Nutze, um Nachrichten über die Staatsverfassung und das Kriegswesen der Türken, und über die Beschaffenheit der, der Pforte unterwürfigen Länder einzusammeln. In dieser Zwischenzeit kam Auger Busbeck, der viel über den Ottomanischen Staat geschrieben, von Wien nach der Türkey, und schloß einen Waffenstillstand. Nach des Busbeck Aussage reisten Verantius und Zay zu Ende Aug. 1557. ab. Vor Ende des Jahrs verwechselte Antonius das Bisthum von Fünfkirchen mit dem von Erlau. Vom folgenden Jahr findet man einen Brief des Paulus Manutius an unsern Bischof, und vom Jahr 1560. einen andern von dem gelehrten und unglücklichen Antonius Palearius. Im J. 1567. sandte ihn der Kaiser Maximilian zum 2tenmal als Gesandten an die Pforte. In wenigen Monathen schloß dieser erfahrene Staatsmann einen Frieden mit Selim II. zum Vortheil der ganzen Christenheit. Johann Seccervitzius verfertigte ein Lobgedicht auf diese Gesandschaft. Wahrscheinlich hat dieser gelehrte Minister (der wohl jetzt wenig seines Gleichen fände) auf seinen zwey Reisen an den Türkischen Hof viel Handschriften gesammelt, die aber durch den Lauf der Zeit zu Grunde gegangen sind. Einen Beweis von seinem Fleiß und seiner Gelehrsamkeit giebt die von ihm verfertigte Uibersetzung der Türkischen Annalen, die er in Angori gefunden. Diese Handschrift, die zu Sibenico aufbe-

wahrt wird, ist eben diejenige, aus welcher Löwenklau (Leunclauius) einen großen Theil seines Werks gezogen, und die bey den Gelehrten unter dem Namen Codex Verantianus bekannt ist. Nach seiner Rückkehr an den Hof empfing er bald die Belohnung seiner ausgestandenen Mühe und Beschwerden. 1569. ward er Erzbischof von Gran und Primas des Königreichs; mit dieser Würde vereinigte er noch die eines Vicekönigs. In eben demselben Jahre krönte er den Erzherzog Rudolph von Oesterreich zum König von Ungarn. Die Rede, die er bey diesem Anlaß im Namen der hung. Reichs-Stände gehalten, ist zu Venedig von Rampazetto gedruckt worden. Johann Seccervitius gab zu Wien ein Lobgedicht in lateinischen Versen heraus, betitelt Verantius; ihm ward *Verdizothi* Oraculum pro magna nauali victoria (Venetorum de Turcis) 1572. und ein theologisches Werk dedicirt. Allem Ansehen nach kamen viel andre Bücher unter seinem Schutze heraus, da er ein großer Gönner und Beförderer aller Wissenschaften war. Auf dem Preßburger Reichstag fiel er in eine Krankheit; diese ließ sich durch vieles Mediciniren nicht hemmen; er ließ daher die Aerzte von sich, und erwartete seinen Tod mit christlicher und philosophischer Gelassenheit. An ihm verlohren den 15ten Jun. 1573. die Wissenschaften einen großmüthigen Beschützer, die Armen einen liebreichen Vater, Hungarn und die ganze Christenheit einen großen Staatsmann. Wenige Tage nach seinem Tod empfing

er vom Papste Gregorius XIII. ein verbindliches Schreiben, in dem er ihm seine Erhöhung zur Cardinalswürde als eine Belohnung seiner Verdienste ankündigte. Mich. Duborozki hielt ihm eine Leichenrede; sein Leichnam ward in der Kirche von St. Nikolaus zu Tyrnau beygelegt, und sein Grabmal mit einer ehrenvollen Inschrift geziert . . . Sein ganzes äußeres Betragen war der Abdruck einer sanften Seele. Dem Kaiser Ferdinand schenkte er 30,000 fl. zur Ausbezahlung der Armee, zur Zeit, da die Schatzkammer erschöpft war. Wegen ähnlicher Aeußerungen der Freygebigkeit war man gezwungen, ungeachtet der großen Einkünfte, die er als Erzbischof bezog, sein Silbergeschirr und kostbares Geräthe zu verkaufen, um seine Schulden zu bezahlen. Als Gelehrter verewigte er sich durch folgende Handschriften: I. Vita Petri Berislaui. II. Iter Buda Hadrianopolim. III. De situ Moldauiae et Transalpinae. Fragmentum. IV. De rebus gestis *Iohannis* Regis Vng. libri II. V. De obitu *Ioh.* Regis Vng. Epistolae ad Ioh. *Statilium* Episcopum Transiluanum, dum idem Statilius in Gallia Oratorem ageret. Anno 1540. VI. Animaduersiones ad *Iouii* historiam; in margine Iouii scriptae. VII. De obsidione et interceptione Budae, ad Petrum Petrovich. VIII. Vita F. Georgii *Vtissenii*, quae pene tota periit. IX. Multa alia ad historiam Hung. sui temporis. „Ceterum, hunc celebratissimum Antistitem, vtpote ob meritorum

cumulum ad Primatum Hung. et Archi-Episcopatum Strigon. expost euectum, quin imo Cardinalitia dignitate, cui praemortuus est an. 1573. decoratum, rectitudine conscientiae fulsisse; propria eius verba, in dialogo cum fratre Michaele, produnt: *Deus me heic loci* (ad partes Ferdinandi Caes.) *collocauit; in quo neque conscientiae, neque honori, neque fortunae meae firma deest securitas.* Cons. Koller Hist. Episcopat. Quinque-Eccl. Tom. V. pag. 333. — Huic Almae Dioecesi hodie praeest: Excellentissimus ac Reuerendissimus D. IGNATIVS L. B. SZEPESSY de Négyes, S. C. R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, et Episcopus Quinque Eccl. Ipsa Dioecesis (iuxta Recens. Aszalay. an. 1825.) numerat: Canonicatus Act. 10. Honorar. 6. Abbatias Real. 2. Titul. 11. Praeposituras Real. 2. Titul. 2. Archi-Diaconatus 2. Vice-Archidiac. 23. Parochias 156. Clerum Eccl. 311. Regulares 97. Animas indistinctim 414,183.

c) Comitatus *Baranyensis* (ab vetusta Arce Baranyuár nomen sortitus) ab ortu Danubio; ab occasu Prouincia Simeghiensi; a meridie Drauo; a septentrione demum ora Tolnen. clauditur. Situm hic planum, alibi collinum obtinuit: cui coloni sunt Hungari et Illyri, intermixtis quibusdam Germanorum coloniis; mercaturae et quaestui partim, partim vero agriculturae dediti. Fertilitate nulli Regni Prouinciae secundus est Comi-

tatus iste; quippe frugum feracissimus, et vini (si constantiam aestimaueris) vix postremi: sed neque siluis destituitur. Praeter Drauum, qui Hungariam a Slauonia disterminat; pluribus alluitur riuis. Prouincia haec extensione sua in longitudine vndecim, in latitudine octo et vltra milliaria complexa; quinque definitur Processibus, vtpote: Quinque-Ecclesiensi, Baranyauariensi, Siklosiensi, Mohacsiensi, et St. Lörinciensi. Numerat Ciuitatem Lib. Reg. 1. Oppida 11. pagos 343. praedia et diuerticula 145. incolas 235,167. — Personalis Prouinciae Magistratus: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus 1. Notarius Ord. 1. Vice-Notarii 2. Archiuarius 1. Vice-Archiuarius 1. Perceptor Generalis Cassarum 1. Perceptores Particul. 6. Exactor Rationum 1. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Iudices Nobilium Ord. 6. Vice-Iudices Nobil. 6. Iurassores Ord. 12. Commissarii 5. Cancellistae 5. queis accedunt: Geometrae 2. Physici Ord. 2. Chyrurgi 6. Castellanus 1. — Supremi Comitis Officio fungitur Excellentissimus D. STEPHANVS VÉGH de Eadem (cuius illustres antenati *Ambrosius* et *Clemens*, Praefecti Arcium Patak atque Agria circa an. 1548. fuisse leguntur, apud Istuanf. pag. 208. et Wagner IV. pag. 217.) Insignis Ordinis S. Stephani R. A. Commendator, S. C. R. A. M. Camerarius, Actualis Intimus Status et ad Exc. Consilium R. L. H. Consiliarius, Sacrae Regni Hung.

Coronae Conseruator, et Prouincialis Commissariatus per Incl. Regnum Hung. Supremus Director. — Ingremiatur Prouincia Dioecesi Quinque-Eccl. — In ea memorabilis est *Campus Mohacs.* ab infausta an. 1526. clade Hung. et morte Ludouici II. Reg. de qua ex Broderico (teste oculato, apud Katon. Crit. XIX. 664. et Papanek Hist. pag. 118.) disserere placuit. Ludouicus II. a fatis patris sui Vladislai, sub quo militaris disciplina emarcuit, magnisque passibus in ruinam abiit, Regnum obtinuit: *Rex iuuenis, etsi bellicosae indolis, in perturbato Regno simulacrum Regis;* inquit Papanek l. c. Procerum animi, factionibus *Stephani Verböczy* Regni Praetoris et potentia *Ioannis Zapolya* Transiluaniae Vojuodae, adeo confusi, vt velut ciuili bello in duas partes abscesserint; alii Zapolyae, alii Bathorio Pro-Regi, adhaerentes: inde Consilia timida, ac sensa non Reipublicae sed priuatorum commodo magis proficua, aerarium Regium incuria Vladislai exhaustum, copiae ad defendendas amplissimi Regni Prouincias prope nullae, denique praeter Zapolyam offensum (quod Gubernatoris et Palatini munere exclusus sit) nullus Dux bello spectatior. Solymanus Oratorem *Berhamum*, pacis petendae causa, ad Regem destinarat; quem Ludouicus, suorum consiliis impulsus (teste Istuánfio) ad Arcem Tatam cum vniuerso Comitatu interfici, et ad piscinam

Arcis moenia alluentem proiici iussit. Barbarus iniuriam vlturus, Petrouaradino, Illok. Vukouar. ac Essek. captis, *tercentena millia* (ita enim Regi, de numero hostium postulanti, *se certe intelligere* respondit Tomorius, apud Katona l. c. pag. 672.) ad littus coenosi caneti Mohacsiensis, Kölked inter et Dalok, per totum praedium (a castris Turc. actu *Shatoristje* dictum) explicat: tormenta numero 300. in meditulio praedii, paucis in colle Maisensi retentis, collocat; ac sarcinas, currus annonae, greges boum ouiumque vsque Kisfalud, Baan, et Baranyauár extendit: pretiosis Solymani cum Tabulario castrensi in Vduár adseruatis; qui in praedio tantam congeri mandauit terram, vt iustum *colliculum* (hodiedum pone viam postalem, Mohacsino Vduarinum tendentem, visibilem) effecerint, de quo castra intueretur. Rex Ludouicus certior eatenus factus, cum domesticas vires hostium conatibus impares sentiret, exterorum auxilia sollicite circumspexit; sed nemo (si Clementem VII. Pont. demas, qui magna vi pecuniarum ei opitulabatur) succurrit: coacto igitur pro possibili milite, viginti quinque millia duntaxat armatorum (quem numerum Papanek statuit, l. c. pag. 120.) in campo Mohacsiensi explicuit. In dextro primae aciei cornu locati erant Illyrici nominis milites numero 5000. Ducibus *Ioann. Batthani* et *Ioann. Tachio*, a territorio Lancsukensi per ex-

tensum campum Babarcensem; in laeuo *Petrus Perényi* cum decem millibus, a campo Lancsukensi per terrenum Mohacsiense qua via regia a Lancsuk Mohacsinum vadit; secundum agmen decem fere millibus equitum constabat, in quo et Rex erat cum omnibus Praesulibus ac Proceribus, triplici ordine distinctis; Regis *tentorium* in colle, mille circiter passibus a pago Lancsuk supra riuulum, pone viam regiam (vnde Regi opportune licuit tam sua quam hostium castra intueri) Ducum vero ac totius militiae sarcinae, currus, et annona in eleuato campo intra Babarc et Lancsuk, locabantur; aenearum denique *machinarum* numero 140. pars in plano campo Mohacsiensi, par in colle supra viam, agros Babarcenses diuidentem (in quo arbusta actu visuntur) exstitit. Ante pugnam Rex (galeam capiti apponendo impalescens) in medio stationem cepit, cuius latus cingebant Palatinus et Archi-Episcopus Strigon. Custodes Corporis Regii ex omni numero delecti: *Casparus Raskay*, *Valentinus Török*, et *Ioannes Kallay* (expertae virtutis Centuriones, Regique fidissimi) ac praeter hos mille et amplius equites loricati adiecti; in quorum medio ingens vexillum B. M. V. a *Ioanne Dragffy* (detractis pro veteri Hung. more calcaribus, ne de fuga cogitaret) praeferebatur: *Paulus Tomory* Archi-Episcopus Coloc. (antea huius Ord. et Prou. alumnus, Illokini Nouitiatum

supe-

superans, ac professus, tum an. 1523. ad Infulam reluctans promotus) Supremus Bellidux, et *Georgius de Zapolya* Comes Scepusiensis alter Bellidux, vt vbique adessent laborantibus, nullum delegerunt locum. Sed vt ad rationem disponendae aciei redeamus, erant non pauci, et in his Lambert. Gnoinsky, qui consultissimum nimium censerent, si curribus, quibus Rex maxime abundat, acies vndique cingeretur, ac si intra septa et munimenta certamen fieret, hoc enim pacto futurum dicebant, vt hostis non ita facile nostrates posset (quod magnopere timendum erat) circumuenire. Approbant hanc struendae aciei formam Radich, Bosich, et Paulus Bakich; ex quibus posterior, tribus legitimis praeliis a Solymano cum hoste commissis, se interfuisse dicebat. Itum est igitur pedibus in hanc sententiam, demandataque ea cura Gnoinskio, et quibusdam aliis; serius tamen, quam oportebat, et eo demum vesperi, quo in sequentem diem est cum hoste pugnatum: itaque haec quoque res, sicut alia multa, fuit neglecta. Aciem eo die, quo est pugnatum, (qui fuit XXIX. Augusti mensis, diuo Ioanni Baptistae decollato sacer) ex sententia eorum, quos paulo ante nominauimus, ita exstruere placuit: vt quanto latius extendi posset, extenderetur; in quo illud est potissimum spectatum, ne ab hoste circumueniremur. Acie hoc modo post solis exortum exstructa (erat autem

27

dies clara, et multum serena) Palatinus Regem ex eo loco, quem ei designatum fuisse diximus, eductum, quod et triduo ante fecerat, per vniuersum Exercitum circumducit: ibi eum praesentem, de quo aliqui dubitauerant, omnibus manu ostentans, paratum dicebat omnia extrema, et mortem etiam subire pro Patria, pro sacra Christi Dei Opt. Max. Religione, pro coniugibus et liberis eorum. Agerent itaque ipsi quoque viri fortissimi, Hungaros se esse meminissent; atque eos, qui et ipsi saepe, et eorum olim maiores, inclyti illi heroës et fortissimi Christianae Reipublicae propugnatores, tot clara trophea, ex eodem illo, cum quo pugnaturi essent, hoste retulissent. Nec esse, quod hostium multitudine deterreantur: non enim in multitudine, sed in robore Militum sitam esse victoriam. Deum etiam ipsum ex alto pro sua sancta Religione pugnaturis affuturum: in manu ipsorum positam esse dicebat, non Patriae solum, quam hostis occupare venisset, sed totius Christianae Reipublicae salutem. Haec et his similia cum Palatinus, et simul etiam Rex, omnibus ordinibus obequitatis, commemorassent: Rex locum et ordinem suum repetiuit. Porro, prosequitur Brodericus l. c. pag. 681. die 29. Aug. apparuit (iam sole in vesperam inclinante) agmen hostium per vallem intra Nagy-Nyarad et Babarc, ex equitatu Asiatico conflatum, tacite incedens, *ad castra et*

sarcinas Hungarorum diripienda exmissum; sola hastarum summitate id prodente. Adhuc incertum erat, vtrum hostis facturus esset eo die pugnandi potestatem, eratque post meridiem hora fere tertia; nec deerant ex Primoribus, qui tam longam exspectationem pertaesi, signa receptui canenda et in Castra redeundum censerent, velut obliti prioris contra Regis Belliducisque de retro ducendis Castris consilium l. c. pag. 678. vociferationis: *Sese ab hoste, cum quo manus, si viri essent, strenue forent conserendae, abduci; fugam meditari, non pugnam; Principes, qui talia Regi suaderent, otio et inertiae assuetos; veniat modo Rex, et secum in hostem arma ferat, victoriam fore in manibus.* His circumstantiis expugnatus cum collega Bellidux, Regem monet: *Pugnam nullo modo differendam esse, minus esse periculi cum parte copiarum hostilium, quam in posterum diem cum toto Exercitu congredi: non esse de victoria dubitandum;* ad quam vocem Rex, inuocato Dei nomine, statim signa canere iubet. Fit certamen multo acrius quam pro numero Militum nostrorum; postquam gladiis agi coeptum, summa vi amplius horae spatio pugnatum est: Turcae numero, Hungari virtute valebant; par vtrisque animus vincendi, aut in conspectu Ducum fortiter occumbendi. Equites, qui primi in pugnam proruebant, impetu nostrorum obtriti ad Ianicsaros

se recepere tanta trepidatione, vt ordines turbarent; Hungaris ingenti animo tergo haerentibus, et Andrea Báthory ante Regem vociferante: *Hostes terga dare, victoriam esse nostram; promouendum gradum, et nostros hostem persequentes adiuuandos.* Interim nostris hosti instantibus, inclinari cornu dextrum coepit (aut ex hac ratione, aut, vt Papanek l. c. pag. 126. opinatur, ob Militem ad sarcinas defensandas, inde auocatum) magna Exercitus parte in fugam dilapsa: *Per ea potissimum loca, per quae paullo ante ouantes et spe victoriae pleni veneramus*, Broderic. l. c. pilarum nempe tempestas aciem Hung. tandem infregit, atque in apertam fugam compulit. Ceciderunt nostrorum, partim in acie partim in fuga, 10,000. equitum ac circiter 12,000. peditum; e Nobilitate clari nominis amplius 500. cum maiori Praesulum parte; amissa tormenta 80. maiora, 60. minora; Bellidux *Tomorius* in prima acie fertur cecidisse, fortiter pugnans: eius caput a trunco abscissum, postero die per Castra hostium loco triumphi fuit circumlatum, longae hastae adfixum, quod postea ante tabernaculum Solymani stetisse aiunt. Cladem auxit infelix Ludouici Reg. fatum, qui sole in occasum vergente adhuc in praelio constitutus, at viso suorum patenti discrimine fuga Budam versus sibi consuluit; dumque in lutulento gurgite *Cselje* dicto, $\frac{1}{2}$ milliar. supra Mohacs. dissito (ad

hodiernam infra vineas Mohacsienses via postali *molam*, vicinumque versus Bár *pontem;* arbitratur Papanek l. c. pag. 127.) in altiorem ripam euadere conaretur, ab equo prolapso supinus oppressus suffocatusque victima Regni ac iuuentutis flos an. aetatis 21. misere interiit. De eo Szerdahelyi Chorogr. Hung. Part. I. pag. 75. scribit: *Ita praematuro fato cecidit cum plurimis Ludouicus, sicut et omnia huius Principis singulari plane exemplo intempestiua adeoque immatura fuerunt; nam et ante tempus legitimum natus, Hungariae et Bohemiae Sceptra suscepit ante tempus idque cum fletu, ante tempus infans fari coepit, sapiens ante tempus qua decennis Regni tractauit negotia, ante tempus coniugem sibi despondit, ante tempus barbatus, ante tempus canus, ante tempus conflixit, ante tempus periit.* Quidni, immatura praecoci fato pereunt? dignus meliori fato, dignus lacrimis Rex! quem eo amore deperisse visa est Hungaria, vt multis post interitum eius annis illius memoriae numos aureos procuderit, in anteriori parte Regii pueri coronati ac culcitrae insidentis effigie expressa, his in circuli morem verbis: *Ludouicus Filius, Rex Hung. et Boh.* in obuersa vero parte: *Buda potens, Pannonii Gens Martia Regni, quod fuit esset; si viueret iste Puer.* Balbin. Rer. Bohem. Lib. V. cap. 11. Sed et locus ipse, plus

quam Marathonii aut Cataloniae campi, Patriae deflendus! atque memorabilis est, dignusue: ad quem paenitentes musae super flumina sanguinis naenias suas prodigant et lacrimas effundant, nunquam fletibus satiandae; occumbentium ibidem Heroum memoria supremis *Iosephi Király* Episcopi Quinque-Eccl. an. 1817. tabulis, queis *anniuersariam infausti praelii diem Hungaris in Oppido Mohács perpetuo sacram* esse iusserat (ipsa infelicis Regis imagine ex archetypo, suis sumtibus desumta, et ad Caluariae Capellam illocata) nobili eoque patriotico prorsus pectore celebrius relicta. Ceterum, commenta exterorum, quorum alii Regem in praelio occubuisse, alii non in Cselje sed in Carasso fl. mersum, alii denique male a suis custoditum, temere adfirmant; iam doctissimus Koller Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. V. pag. 67. seq. egregie euacuauit. — Causam tanti exitii Chorographus Hung. l. c. pag. 73. potissimum praecipiti at parum prudenti illi calori adscribit, quo stimulante in pugnam descensum: *Non exspectatis auxiliis, quae Vojuoda* 40,000. *Christophorus Frangepanus* 15,000. *et Georgius Marchio Brandeburg. adducebant;* sed Ladislai Zalkani Strigoniensis, ac potissimum Pauli Tomoraei Archi-Praesulum praeferuidus pugnandi ardor, facile generoso incautoque Regi iuueni, vt manus consereret, infauste persuasere. Exinde Tomoraeum Bellidu-

cem Kollarius *temeritatis*, Iouius autem *stolide pugnacem* arguit; verum, quum is inuitus et a Rege coactus isthoc munus susceperit, referente oculato Scriptore Broderico Episc. Sirm. tum Vacien. l. c. pag. 670. merito a Wadingo Tom. XVI. pag. 234. et Bernkopfio de Dom. Nob. Hung. pag. 220. excusatur. Imo liceat ex patrio Historico Katona Hist. Eccl. Coloc. Part. I. pag. 533. addere: *An non cladis Mohacs. culpa potius penes eos homines profanos erat, qui quum exemplo Maiorum artem bellicam profiteri debuissent, ita scientiae militaris imperiti otio luxuique dediti fuerunt, vt inter eos idoneus Dux reperiri non potuerit; sed ad Sacerdotem, vel inuitum, recurri debuerit? Geminam Hungari cladem funestissimam ac internecinam acceperunt: a Tartaris ad Saionem fluuium, a Turcis ad Mohacs Oppidum; vtrobique Regis auctoritas, ibi Belae IV. hic Ludouici II. ita iam euiluit, vt eorum Mandata despicatui haberentur: atque hic auctoritatis Regiae contemtus, vt alias, ita porro quoque Regno huic extremam perniciem adferre posset.* Haec Scriptor domesticus; quae non ad quoddam dedecus, sed iustam illius Archi-Praesulis excusationem aliorumue cautelam, dicta esse arbitramur: „Est enim isthoc vitium in hac rerum vniuersitate hominibus multis commune, quo nihil solliciti de causae aequitate ac veritatis splendore, pernitiosam saepe etiam

de illustribus viris eamque e putido fonte haustam opinionem, tanta auiditate arripiunt et fouent, vt in illorum animis haec ipsa in dies ali, et radices procedente tempore firmissimas agere videatur;" inquit Horányi, in Comment. Forgach. Diss. Crit. an. 1788. — Exinceps, continuo subsecuta Hung. fere totius depopulatio; e qua, praeter Ciuitates nobilissimas igne ferroque miserum faedatas, prope tercentena Christianorum millia in seruitutem abducta esse feruntur, apud Topogr. Hung. pag. 60. Tristem dehinc florentissimi antea Regni faciem, Legati (quorum laetiorem Orationis partem heic pag. 32. seq. recitauimus) Aug. Imperatoris et Regis Hung. Rudolphi II. coram Rege Senatuque Polonico an. 1595. ita prosequuntur:" Sed quomodo, Proceres amplissimi! mutatum est aurum? quomodo obscuratus color noster? quomodo deiecta pulcerrima capitis nostri Corona? Eheu! in miserabilem luctum versa est cythara nostra! prostrata, conculcata, ac pene deformata pulcritudo nostra! Eheu! quomodo pudicissima lectissimaque virgo inauribus, monilibus, corona speciosa, gemmis et vestibus pretiosissimis olim exornata, iam penitus denudata? Nostrane, obsecro! socordia, vel Christianorum dissidiis discordibusque animis, vel certe Hungarorum peccatis id ita commerentibus, foedae barbaraeque Turcorum et Scytharum genti violanda relinquitur? O! tempora,

nunquam exspectata! o! fortunae inconstantiam! o! miserandam felicitatis nostrae mutationem, nunquam antea praeuisam, sed ne cogitatam quidem! o! nostram simplicitatem, qui hosti, multis cladibus virtute maiorum nostrorum fracto, credidimus! Audite quaeso, Nobilissimi Ordines! in quantam quamue miserabilem calamitatem et angustiam leuitas, inconstantia, perfidiaque Turcica nos praecipitauerit? Nobilissimae Hungariae Regiones, vasta solitudine et situ foede horrent; vbi, quot agros, quot Vrbes, quot Templa, quot Aras, pietatis loca, profane et sacrilege teterrimi hostis manus his tantum elapsis temporibus euerterunt? nec euerterunt solum, sed in abominandam Mahumedis superstitionem mutauerunt. Nulla domus in Hungaria luctu et moerore vacat: liberi ante parentum ora, parentes in conspectu liberorum, honestissimae matronae et pudicissimae virgines, pars (dictu miserabile) atrocissime caeduntur; pars, ad explendam turpissimam insolentissimi hostis libidinem, in miserandam funestamque seruitutem rapiuntur. Domini Sacerdotes in ipsis diuinis sacrisque Operibus caeduntur, et impie immanissimeque trucidantur, eorumque innocenti sanguine et cerebris, gladio hostili dispersis, Templa, Arae, et sacrae Vestes, quibus in tremendo Sacro-sancti Sacrificii opere vestiuntur, inaudita atrocitate commaculantur. Quot incendia, quot calamitates,

quanta mala, superiore quoque anno acceperimus? vtinam nobis audisse potius quam spectasse, et proh dolor! pertulisse, licuisset. Nunc etiam vniuersam Hungariam miserrima seruitus opprimit; neque focos aut aras habere, neque patriis bonis frui, neque fungi honoribus, imposterum fas erit: nisi benignissimum Seruatoris Optimi Maximi Numen, et externa Gentium vicinorumque Regnorum indomita virtus, praesto illi fuerit. Circumuallatum Regnum Hungaricum munitissimis propugnaculis, nimirum: vtraque Mysia, Dardania, Dalmatia, Illyria, Rascia, Bulgaria, fuerat; quibus omnibus per fraudem hostilem ammissis, nunc iam squallida et moesta Hungaria se ipsam luget. Cum ipse mecum reputo Prouincias, quibus spoliati sumus, vix tempero profecto a lacrimis . . . Tanta enim est hostis rabies, tanta impudens arrogantia, tanta auaritia, tantaque temeritas, vt exiguae felicitatis successu elatus victoriae terminum orbis terrarum finem statuat, et maiorum in sanguine Christianorum profundendo quam in finibus amplificandis voluptatem ponat. . . Deplorant hanc hostium perfidiam multa Hungariae Castra! deplorat Croatiae pars magna! deplorat Slauonia vniuersa! deplorant denique quamplurima huiusmodi loca munitissima, quae sub induciis ipsorum infidelibus astu et fraudulentia occupata sunt! hos eorum callidos astus et fraudes, iam tota pridem

luget Europa. . . Ac proinde, Rex Serenissime, Illustrissimi Principes! ceteraque clarissima Regni lumina! vindicate hanc atrocitatem, et cum Christi Iesu Domini nostri hoste manus conserite! vestram opem implorant pueri, in campis vagantes! vestra auxilia expetunt cadauera Christianorum, per agros crudelissime passim iacentia! vestras suppetias viduae lectissimae et virgines pudicissimae implorant!" etc. Cons. Matth. Bel. Collect. Miscell. pag. 430. seq. Ast vulnus adeo acerbum haud parum leniminis accepit an. 1687. dum ab Leopoldi Caesaris armis, Siklosium inter ac Mohacsium, *Vezirio* Turc. insignis clades rependeretur; deinceps barbari tyrannide, ingentibus victoriis, penitus repressa.

d) *Residentiam* huius Prou. Sec. 16. Mohacsini exstitisse; arguit publicum illius Communitatis Testimonium dd. 20. Febr. 1715. in Chron. Prou. Part. II. pag. 363. productum, hisce: *Notum facimus . . . quod Patres Ord. S. Franc. Prou. Bosn. vltra memoriam hominum, a quo tempore Incl. Regnum Hung. sub graui iugo Turc. triste gemebat . . . Sanctae Christianae doctrinae documenta huic desolatae plebi euangelizarunt, et Sacramenta administrarunt; cum maximo etiam vitae suae periculo, innumerisque corporum suorum fatigiis etc.*

e) Vid. Chron. Prou. cit. an. 1766. pag. 362. §. 2. seq.

f) Sub administ. tempor. Spect. D. IOSEPHI RAITZ, Incl. Dominii Episc. Quinque-Eccl. Praefecti, ac huius Conuentus Syndici Apost. nec non

XIII.

Conuentus M. Lanzendorfensis; B. M. V. Dolorosae. *a*)

In Archi-Dioecesi Viennensi, *b*) *Austria Inferiore:* *c*) *Ab an.* 1696. *Residentia*, *d*) *tum an.* 1707. *Conuentus*, *e*) *a Leopoldo I. Imp. fundatus* *f*)

Lingua

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Carol. Grausgruber, Germ. Hung.	7. Maii. 1788.	27. Iun. 1810.	28. Iun. 1811.
R. P. Wilhelmus Schmidt, Germ. Boh.	28. Aug. 1783.	23. Oct. 1799.	28. Aug. 1804.

CASPARI HEILMANN, Inhabit. Mohacs. et Substituti Synd.

g) Vid. Isthic pag. 70. lit. h.

h) Perinde isthic pag. 52. lit. g.

i) Etiam isthic pag. 79. lit. i.

---

in cuius peruetusto Sacello, hodie in medio Eccl. situato, gratiosa Matris Dolor. Icon ab antiquo pie colitur, g) iam sub 19. *Iun.* 1783. *cum quindecim Sacerdotibus et duobus Laicis benigne confirmatus; recentius vero sub* $\frac{9}{18}$ *Mart.* 1825. *N.* 12338. *huic Prouinciae clementer incorporatus, ac sub* $\frac{7}{15}$ *Oct.* 1825. *N.* 49133. *eatenus stabilitus; Parochiam loci administrat. h*)

Germanica *i*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
6. Sept. 1812.	Germ. Slau. Illyr. Polon.	Guard. et Administ. Paroch,
25. Mart. 1806.	Germ. Illyr.	Prof. Em. Discr. Bibl. Protocoll. Expos. Cas. ac Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Adrianus Braun, Germ. Bauar.	2. Nou. 1775.	28. Oct. 1794.	21. Dec. 1795.
M. V. P. Coelestin. Brandtner, Germ. Boh.	24. Apr. 1797.	10. Apr. 1817.	20. Apr. 1820.
M. V. P. Petrus Klumetzky, Germ. Austr.	4. Iul. 1783.	28. Aug. 1806.	28. Aug. 1807.
M. V. P. Eman. Fleischmann, Germ. Austr.	12. Iun. 1801.	29. Oct. 1826.	30. Oct. 1827.
V. P. Gaudentius Varga, Hung. C. Szalad.	17. Maii. 1801.	17. Dec. 1824.	15. Aug. 1826.
Fr. Tiburtius Hoffer, Germ. Carinth.	13. Febr. 1759.	25. Iun. 1779.	15. Febr. 1783.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
21. Dec. 1798.	Germ.	Adgr. Conu. Discr. Exh. Laicor. et Spirit. cum facult.
2. Iun. 1822.	Germ. Illyr.	Vicar. Discr. Conc. Germ. Dom. Coop. Par. Catech. Sup. Sacr. et Comm. Mag.
23. Apr. 1810.	Germ.	Conc. Germ. Fest. et Coop. Paroch.
26. Oct. 1828.	Germ.	Conc. Germ. Ann. et Coop. Paroch.
21. Sept. 1828.	Hung. Illyr.	Coadi. Conuent.
"	Germ.	Laic. Hortul.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Didacus Huber, Germ. Bauar.	19. Mart. 1772.	6. Mart. 1797.	14. Iun. 1798.
Fr. Damianus Morlin, Germ. Austr.	16. Mart. 1782.	26. Dec. 1807.	26. Dec. 1808.
Fr. Constantin. Konrad, Germ. Siles.	6. Apr. 1790.	15. Maii. 1815.	15. Maii. 1816.
Fr. Mauritius Feldhoffer, Germ. Tyrol.	11. Nou. 1800.	30. Nou. 1823.	16. Iun. 1825.

a) *M. Lanzendorfium*, ob plurimas aliquando Rom. *lanceas* ibidem repertas, ita dictum arbitrantur Archiuarii Prou. Austr. in Chron. an. 1743. pag. 278. Dom. 39. et incol. 292. numerans; distat — *Vienna:* ad merid. VII½ M. P. seu posta ¾ = 1½ milliar. geogr. — *Buda:* CLXXXII½ M. P. seu post. 18¼ = 36½ mill. geogr. — *Essekino:* CCCLXXII½ M. P. seu post. 37¼ = 74½ mill. geogr.

A n-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
"	Germ. Illyr.	Laic. Viet. Cellar. et Ianit.
"	Germ.	Laic. Sacr. et Comm. VMag.
"	Germ.	Laic. Sub. hort. et ad seruit. Conuent.
"	Germ.	Laic. Coqu. Proc. et ad seruit. Conuent.

b) Vid. isthic pag. 104. lit. b.

c) Perinde isthic pag. 106. lit. c.

d) Post obsidionem Viennensem a Turcis solutam, crescente peregrinantium ad isthoc *Sacellum* a quopiam tantum Eremita cultum (de quo infra proloquemur) numero, plures Communitates, imprimis Mödling. Enzersdorf. ac Brunensis Leopoldo I. Caesari pro *Fratrum* eorsum illocatione supplices fuere; queis, praesertim *Ioanne Petro*

Walther Parocho Laanen. apud Ernestum Com. de Trautsohn Episcopum Vienn. hoc vero et eius Vic. Gen. Ioanne Bapt. Mayr, cum Ioanne de Eillers S. C. M. Referendario, apud Imperatorem strenue agentibus, isthic Residentia an. 1696. Fratribus adiudicata Sacellumque traditum fuit.

e) *Christianus Daniel de Pänniz*, praedii Lanzendorfensis possessor, pro Claustro praeamplum spatium designauit; cuius demum consors Anna Barbara nata *Brassicana de Emersperg*, vt tam Conuentus quam hortus spatiosior euaderet, sua beneficentia agrum longit. 68. latit. 80. orgiarum adiecit: tum munificentia praeprimis Caesarea Aedificium strui coeptum; lapide fundamentali an. 1698. iacto. Insequenti dehinc anno piissimus *Leopoldus I.* Imp. pro noua Ecclesia, vetus Sacellum absque alteratione in sui medio complexura, primum lapidem posuit; Aug. Imperatrice, Iosepho Rege Rom. Carolo Archiduce, huius fratre, item Episcopo Vienn. pluribusue aliis, praesentibus: pro huius ac Monasterii structura, frequentius per annum (semel vndecies) Sacellum inuisens, ac largitate Caesarea concurrens. Deinceps, Aedificio iam vtcunque ad perfectionem producto, *an.* 1707. *Conuentus formalis denunciatus fuit*, teste Greiderer Chron. Ord. Tom. I. Lib. 3. n. 181. quare inscriptionem illius Sigilli: *Sig. Conu. Francisc. Lanzendorf.* 1697. apud Herzog. pag. 699. nisi in anno

error cubet, ad *Residentiam* reiicimus. Idem vero Conuentus serius a Principissa *Eua Eszterházy* an. 1727. ampliatus, et a Principissa *Theresia Lichtenstein* an. 1738. dotatus exstitit.

f) Memoriam specialem, inquit idem Chron. Ord. l. c. n. 183. expetit Munificentia, et deuotio Aug. Domus Austr. Conuentui huic et eius Eccl. delata. *Leopoldus I.* non tantum primum lapidem pro Ecclesia posuit, et copiosum aes eleemosynarium, vt iam dictum, contribuit; verum et decem salis statuas, ex Salina Gmündensi per Cameram Salariam Vienn. Conuentui annuatim porrigendas, adsignauit. *Eleonora Magdalena* Augusta, praeter alia munera sacras etiam Vestes ac pretiosa donaria B. Virgini obtulit: ambo saepius, praesertim in Arce Laxenburg. vernalibus deliciis vacantes, B. Virginem isthic loci salutauere; quin etiam in Architriclinio subinde Fratrum prandium cum Romanorum Rege et Archiducissis sumsere. *Iosephus I.* vix ad Imperii Rom. fastigium elatus, gratiosas has Aedes (praesertim dum in Laxenburg vernalem caperet auram) frequenter inuisit; nunquam non relictis Caesareae largitatis indiciis inde recedens. Occasione venationis an. 1705. die 9. Sept. quo prima vice vt Caesar in terminis *Himbergae* (altero ab Lanzendorf lapide) tres ceruos traiecit, primum primo ictu caesum, ac 388. libras ponderantem, Fratribus in escam donauit; similem

gratiam saepius per annum iterare solitus: atque idem Monarcha ex supplicibus Fratrum precibus intelligens, Conuentum graui lignorum cremalium penuria laborare; Orgias 30. de indurato, ac totidem de molliori, ex clatro Caesareo quotannis porrigi praecepit. *Carolus VI.* Imp. B. V. Lanzendorfensi quatuor vexilla Turcarum, an. 1716. (non vero citius, vt Herzog l. c. vult) ad Petrouaradinum caesorum, transmisit. Denique Aug. *M. Theresiam* Imp. hunc Gratiarum locum saepius clementer inuisisse; Protocoll. Conu. Lanzendorf. prodidit.

g) Antiquissimi huius *Sacelli* initia quidam ad tempus, quo M. Aurelius Anton. Verus, cognomento *Philosophus*, Sceptrum Imperii Rom. sustinuit, reuocant; atque narrant: Eum, ab victoria miraculosa, mediante ope Legionis Melitanae christianae, de Marcomannis et Quadis non procul Vienna versus Hungariam an. Chr. 174. reportata, iuxta Tertull. Apolog. statuisse: *Christianos, qui immortalem venerantur, expellitis* (communem Asiae Conuentum alloquitur) *et ad mortem vsque infestius perurgetis. Porro, de his hominibus plurimi Prouinciarum Rectores diuo patri nostro antea scripserunt; quibus ille rescripsit: eiusmodi homines nulla molestia afficiendos esse, nisi forte contra Statum Imperii Rom. aliquid moliri viderentur. Sed et multi ad me retulerunt de*

illis; quibus ego patris mei Constitutionem secutus respondi: quod si quis adhuc pergit cuiquam illorum negotium facessere ex eo, quod Christianus sit, delatus quidem crimine absoluatur, tametsi constet, eum reipsa Christianum esse; delator autem ipse poenas luat. Ita, ex Melitonis Sarden. Episc. Apologetico, Eusebius Hist. Eccl. Lib. IV. cap. 13. Hac protectione statuta, iidem apud Greiderer l. c. opinantur: Christianis quoque fuisse permissum *Oratoria* erigendi; sicque hanc aediculam exsurrexisse. — De Templorum quidem existentia tribus primis Eccl. Seculis, dubitare non sinunt plura Imperatorum Rom. Edicta publica, quibus Christianorum Templa solo aequari decernebant; vt passim legitur apud Eusebium Pamphilum Hist. Eccl. Lib. VIII. cap. 2. Arnobium Lib. IV. et memoratum Tertullianum l. c. cap. 10. id, quod dilucidius adparet ex Alexandri Seueri Imp. Edicto. Cum enim Popinariorum Collegium apud eundem Imperatorem questum esset de aliquo illius Collegii loco, a Christianis occupato, qui *Taberna meritoria* vulgo dicebatur; Alexander, de Christianis optime meritus, his controuersum locum addixit, addens: *Vt ibi Deus coleretur*, narrat Lampridius in vita Alexand. Seu. inter Script. Hist. Aug. cap. 48. Neque mirandum est, sub Ethnicorum oculis Templa habuisse Christianos, cum desaeuiente persecutione illa construe-

rent; auctoribus Eusebio Caesarien. Hist. Eccl. Lib. VIII. cap. 2. et Optato Mileuitano de Schism. Donat. Lib. II. cap. 4. qui Christianos ab Gallieni Imp. Edicto an. 260. quo iis sacra loca *per vniuersum orbem* restituta sunt, eisque *nullam deinceps molestiam facessere* decretum (ait Euseb. l. c. Lib. VII. cap. 13.) vsque ad an. 303. sub initio persecutionis Diocletianae in sola Vrbe Roma 40. sacra Religionis loca habuisse testantur. — Sed, vt coepta persequamur, quum supra recitatum Aurelii Rescriptum, vtpote an. Chr. 162. ad Conuentum Asiae transmissum, duodecim annis praememoratam supra Posonium victoriam praecesserit, teste Dione Cass. Lib. LXXI. cap. 16. pag. 1187. ex hinc pro nostro Sacello argumentum duci nequit. In pergamenis quidem documentis, occasione restaurati Sacelli an. 1145. repertis, ac in Archiuo illius Conuentus adseruatis (quae nos an. 1829. fideliter transumsimus) legitur: Sacellum ab Arthuro Britanniae Duce, an. 509. post reportatam a barbaris victoriam, pro Christianis sub nomine *Sacelli S. Lucae* erectum; tum vastatum a barbaris, denuo ab *Erntrude* e Regia Francorum prosapia an. 539. restauratum fuisse. Ast quum haec deductio cum Chronologia haud cohaereat; documentum vero Sec. 12. antiquius vix fuerit: nos iis, cum Greiderer l. c. sub incude relictis, ad certiora digredimur. Sacellum isthoc iam Sec. 8. frequentatum

fuisse, colligitur ex Lib. Ration. Eccl. Brunen. ad an. 905. in quo haec: *Sub Philippo Auer rationum Syndico, Plebano suos Parochianos Lanzendorffium processionaliter ducenti, pro ientatione* 42. *vexilliferis vero* 8. *numi porrecti sunt.* Diceremus, illud a Carolo M. post partam ab Hunnis victoriam, an. 791. aut erectum aut restauratum, ac ipsa *Matris Dol.* Icone donatum exstitisse; nisi nobis aduersaretur Vilhelm. Christiani, apud Millot Hist. Vniu. Tom. V. pag. 112. inquiens: **Denn in der Fränkischen Monarchie** (sub Carolo M.) **wußte man von keiner Verehrung der Bilder.** Censet nempe Vir doctus hoc adserto, et *piarum Peregrinationum* vsum, et *SS. Imaginum* cultum; aetate Caroli M. euacuari. Ast illarum vsum, ab primitiuae iam Eccl. exemplis fidelium, tam ad SS. Redemptionis loca quam Sepulcra SS. Mart. statis temporibus ipsorum Episcoporum hortatu concurrentium; celebratissimus Pellicia Eccl. Christ. Tom. I. cap. 12. edit. Colon. 1829. ducibus SS. Hier. Epl. 19. ad Paulam, item 27. ad Eustoch. ac Greg. Nyss. Orat. egregie deriuauit: cuius vsus etiam Ven. Beda meminit, de Poenit. cap. VII. distincti ceteroquin tam ab eo, quem post Sec. 7. Canones praescripsere in Poenit. Rom. Tit. I. cap. 44. quam illo, quem ad Sec. 11. expeditiones Cruciatae causauere. Atque in publicis huiusmodi *Supplicationibus*, vti hodie sic olim a Sec. 4. Crux praefere-

batur; testibus Socrate Lib. VI. cap. 8. et Euagrio Hist. Eccl. Lib. IV. cap. 25. tum sequebantur supplicantes: omnes nudo pede nonnunquam incedentes, ex Conc. Mogunt. Can. 33. *Imaginum* vero cultum iam ante Carolinam aetatem, etiam apud Francos, e Socrate Lib. III. cap. 13. Theodoreto Lib. III. cap. 9. Sozomeno Lib. V. cap. 18. Hincmaro Episc. Rhem. et Gregorio Turonen. Lib. I. cap. 44. suapte discas; de quibus vide *Pelliccia* l. c. Tom. II. cap. 5. — Abhinc ad rem: antememoratum Sacellum subinde ab hostibus ruinatum, pristinam recuperauit consistentiam a *Leopoldo Virtuoso* Marchione Austr. an. 1142. qui Ptolemaida post expeditionem Cruciatam reuersus, isthic loci suam appendisse lanceam in monimentis refertur (sed nescimus, cur eotum locus *Maria* auf der Hayd nuncuparetur? quum iam ad initium Sec. 10. *Lanzendorf* vocaretur) Sacello denique, post triennium itidem vicissitudines passo, *Leopoldus Kuhnring* (Dominus de Lichtenstein) an. 1145. denuo meliorem faciem restituit. Ad hanc taumaturgam descripti Sacelli *Iconem B. V.* Deus ingentes gratias, praesertim tempore grassantis ibidem *pestis* an. 1679. effudit, ac eo peregrinantium numerum notabiliter auxit; cui occasione obsidionis Viennensis a barbaris spoliatae, igneque crematae, alia *similis* et nouis gratiis refulgens suffecta exstitit: perhibente Greiderer l. c. pag. 375.

h) Sub administr. tempor. A. R. D. Ioannis Nep. Rohrbeck, RR. Consist. Archi-Episc. Vienn. Consiliarii, Decani District. et Scholar. Inspectoris, Hist. ac Iuris Eccl. Professoris Em. nec non Parochi Himberg. qua huius Conu. Syndici Apost. Item Antonii Schifftthaler, Incolae Lanzendorf. et Substituti Synd.

i) Vid. isthic pag. 79. lit. i. ac pag. 109. lit. f.

XIV.

Conuentus Brodensis; SS. Trinitatis. *a*)

In Dioecesi Diakouariensi, *b*) *Regimine Confiniario Brodensi:* *c*) *ex praeexistente ab immemoriali Residentia*, *d*) *an.* 1708. *opera Patrum erectus*, *e*) *subinde suppressus*, *at sub* 1. *Aug.* 1806. *N.* 15421. *pro Diakouariensi*, *in Cleri Seminarium conuerso*, *f*) *auctoritate Caesareo-Regia permutatus; sequaciter in nexu* 24. *Iun.* 1789. *N.* $\frac{8516}{23614}$ *cum quatuordecim Sacerdotibus ac duobus Laicis clementer restabilitus*, *Studium Philosophicum curat.* *g*.)

Lingua Illyr. *h*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Albertus Filipovich, Illyr. Hung.	15. Sept. 1788.	5. Nou. 1807.	16. Dec. 1809.
R. P. Petrus Klasz, Slau. Hung.	3. Maii. 1780.	30. Apr. 1800.	12. Aug. 1802.
M. V. P. Petrus Babich, Illyr. Slauon.	16. Mart. 1796.	30. Iun. 1817.	30. Iun. 1820.
M. V. P. Remigius Matkovich, Illyr. Slauon.	4. Iul. 1794.	13. Iul. 1813.	9. Iul. 1815.
M. V. P. Paulus Nagy, Hung. C. Pest.	12. Apr. 1804.	1. Nou. 1821.	14. Apr. 1825.
V. P. Cyrillus Galganyak, Slau. Hung.	2. Sept. 1803.	13. Oct. 1826.	13. Oct. 1827.

Germ. *i*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
4. Oct. 1812.	Illyr. Hung. Germ.	Guard. et Stud. Philosoph. Pro Direct.
23. Oct. 1804.	Slau. Germ. Hung. Illyr.	Prof. Em. et statiu. Milit. ibid. Capell. Garnison.
23. Nou. 1823.	Illyr. Germ.	Vic. Discr. Conc. Illyr. Ann. Cat. Sup. Sacr. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
5. Sept. 1819.	Illyr. Germ.	AA. LL. et Phil. Licent. Eiusd. ac Hist. Lect. Discr. Exh. Mag. Cler. et Cer. Bibl. Organ. Exp. Cas. Instr. Cler. in Cant. et Org. atque Spirit. cum facult.
10. Iun. 1827.	Hung. Illyr.	AA. LL. et Philos. Lect. Discr. VMag. Cler. et Protocoll.
4. Oct. 1829.	Slau. Hung. Illyr.	Coadi. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
V. P. Constant. Rudmann, Germ. Slauon.	3. Oct. 1803.	4. Nou. 1827.	7. Sept. 1828.
Fr. Romualdus Suntiger, Germ. Carinth.	25. Ian. 1774.	6. Apr. 1805.	6. Apr. 1806.
Fr. Lucas Lobenvein, Germ. Hung.	16. Oct. 1792.	17. Maii. 1821.	28. Nou. 1826.
Fr. Mathias Maas, Germ. Hung.	22. Dec. 1804.	6. Iun. 1828.	

a) *Brodium* (a quo Incl. Regim. Confin. Broden. cognomen) ad laeuam Saui ripam, vetus Rom. *Marsonia*, agro Ciuitatis ortiuo, vbi reliquiae veteres vsque conspiciuntur, ex dimensione Tabulae Theodosianae ac Notitia Imp. Hodie dom. 403. et incol. 2479. numerans; distat — *Essekino:* ad merid. LV. M. P. seu postis $5\frac{1}{2} = 11$. milliar. geogr — *Buda:* CCXLV. M. P. seu post. $24\frac{1}{2} = 49$.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
6. Iul. 1829.	Germ. Illyr.	Suppl. Catech. Coadi. Conuent. Exhor. Laic. et Spirit. cum facult.
"	Germ. Illyr.	Laic. Sacr. Ianit. Sart. Proc. Conuent. et Comm. VMag.
"	Germ. Illyr.	Laic. Quaest. et ad seruit. Conuent.
"	Germ. Hung. Illyr.	Laic. improf. Viet. Cellar. et ad seruit. Conuent.

mill. geog. — *Vienna:* CCCCXXVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. 42$\frac{3}{4}$ = 85$\frac{1}{2}$ mill. geogr. *Brod* indigenis traiectum et classem denotat; vbi Tabulae auctor flumen traiicit: *Seruitio* hod. Berbir Turc. (per *Vrbatas* hod. *Svinjar*, cuius vestigia manent in Verbas fl. quem Plin. *Vrpanum* dixit) dextra Saui ripa, *Marsoniam* Brod. delapsus. Heic ab Romanis *biuium* exhibetur: pars Cibalim, per Dia-

kouar. Vinkovcium; pars Sirmium, per Drinum Mitrouicium, petens. In prima occurrit: *Certissa* Ptolem. grad. latit. 45. min. 20. hodie *Diakouarinum* Oppidum Episcopale vetus, rudere clarum. *Cerna* ad Baçuntium, sono quidem vocis Certissae conueniret, nota etiam Hirschuogelio; sed interualla Tab. non admittunt, sola autem vocum cognatio postremum est in his momentum. Ab Certissa Cibalim vsque Tabula cum Hodoepor. XXIIII. M. P. statuit, qui census distantiae a Diakouo ad Vinkovce adcurate respondet; haec fuit via vetus, quam cum sequenti Strabo Italicam nuncupat, cum Sisciam et Sirmium *ἐν ὁδῳ κειμενα τῃ ἑις Ιταλιαν*, *itinere in Italiam ducente posita*, scribit. De Cibali Oppido (hod. Regim. Confin. Brod. Stabo) alibi disseruimus; nunc alteram, Brodio per Drinum, viam petituri. I. *Ad Basante;* e numeris, qui sequuntur, de situ opinari licet, et ex nomine ipso: est *Bossut* vicus, et excubiae milit. apud fluuii cognominis e Sauo egressum, XXVIII. M. P. a Brodio. In actis S. Irenaei memoratur pons Dianae, *Basentis* dictus, qui huc pertineat. — II. *Saldis*, Abauille situ Oppidi *Bercska*, ripa Saui dextra, statuens; Danuilleo *Salinae* in Bosn. Mannerto *Noui* ad Sauum, placuere: nos vicum vet. *Zoljani*, chartis *Soliani*, Salden interpretamur Bossut inter et Sauum; ab hoc 1. ab illo ½ milliar. geogr. remotum.

b) Vid. isthic pag. 310. lit. b. — Hac. phylera iam sub prelo desudante, intelleximus: Almae huius Dioecesis D. Ordinarium Episc. titulo *Excellentissimi* decoratum exstitisse.

c) Quaedam hoc loco de initiis *Confiniorum Milit.* eorumque in Slauonia adcolis, de quibus Taube, Engel, Csaplovics, Hietzinger, etc. pluribus diuerso modo pro diuersa adfectione disseruere; e proposito adferre lubet. Initia *vigilantium Castrorum milit.* in terminis referrimus ad Rom. tempora, queis Numa Pompilius ad animos militi addendos *Terminorum deos* constituit; ita, vt quod prius Religione decernebatur, dehinc necessitate in *statiuum* militem transiret apud Romanos: ii certe iam ad initium Sec. 4. *Constantio et Maximiano Coss.* ad Pannoniae limites, reprimendorum barbaricorum incursuum causa, munitiones milit. in *Transacinco* et *Onagrino* (vnde Fortificationum milit. memoria) collocauere, referente Idatio in Notit. Imp. apud. Wesseling. Itin. Anton. pag. 243. quas antehac iam praecessere mansiones milit. tota *Pannonia Ripensi* Confiniorum instar (de quibus cons. Schoenuisn. Comment. Geogr. Panon. Part. I.) sub distincta ceteroquin, quam hodie experimur, regulatione. Huius rei vnum exemplum proferre libet, quo *Ammianus Marcell.* Lib. XIX. cap. 11. Sarmatarum limigantium perfidum pacis

gratia accessum, ac mox exortum contra Imperatorem (Constantium) e suggestu blande loqui volentem, tumultum enarrat, et subiicit: *Post quae tam saeua, digestis pro securitate limitum, quae rationes monebant vrgentes, Constantius Sirmium redit;* Petrouaradino nempe, vbi haec acta fuere. Ab gentium postea migratione subsecuta, propulsisque Romanis, omnia in confusionem degenerarunt; bellicosis namque illis Seculis, quibus gens gentem e loco ad locum propellebat, Principes ducesue populorum satius de Prouinciarum occupatione ac populatione, quam earundem *securitate*, prospiciendum esse existimabant. Id ex narratione Anonymi Belae R. Notarii, cap. 53. ad initium Sec. 10. arguas: *Dux Zulta cum esset tredecim annorum* (patre Arpado an. 907. exstincto) *omnes primates Regni sui, communi consilio et pari voluntate, quosdam rectores Regni sub duce praefecerunt; alios autem constituerunt ductores Exercitus, cum quibus diuersa Regna vastarent. . . Erant enim isti viri bellicosi et fortes in animo; quorum cura nulla fuit alia, nisi Domino suo subiugare gentes, et deuastare Regna aliorum.* Tametsi, post dimidium Sec. 10. quoddam *Confiniorum* specimen apud Hungaros ex eodem Anonymo cap. 57. colligere liceat, ita prosequente: *Dux vero Zulta, post reuersionem militum suorum, fixit metas Regni Hung. ex parte Graeco-*

rum

rum vsque ad portam Vacil, et vsque ad terram Racy . . . ex parte Theotenicorum vsque ad pontem Guncil; et in eisdem partibus dedit Castrum construere Ruthenis, qui cum Almo duce auo suo in Pannoniam venerant: et in eodem Confinio vltra lutum Musum, collocauit etiam Bissenos non paucos habitare; pro defensione Regni sui, vt ne aliquando in posterum furibundi Theotonici, propter iniuriam sibi illatam, fines Hung. deuastare possent. Serius tandem cum lapsu Sec. 14. sub Sigismundo R. quamdam *Confinii* ideam Comites Cilejenses erecto Segniae Capitaneatu, constituisse; arbitratur Kercselich in Notit. Banor. et banal. Offic. MSS. Tacita huiusmodi *Confiniorum* reuectio amplius se euoluit Sec. 15. sub Mathia Coruino, qui Lica et Corbauia denuo impopulatis; ac per Art. 12. an. 1488. iurisdictioni banali subtractis, incolas priuilegio donatos ad *Confinium* contra Turcas excubare, ac in armis persistere; Episcopi vero Zagrabiensis praediales in collimitaneis ad arma paratos esse, continuo iussit. Abhinc Ferdinandus I, postquam Croatae a clade Mohacsiana Sec. 16. sub eius protectione mansissent, specialem *Confiniorum* Generalatum e Capitaneatu Segniensi Carolostadii erexit, Locumtenentia illius sibi et Archiduci Carolo (qui Ciuitatem an. 1577. instaurauit) simpliciter reseruata; vnde iam tunc legebatur titulus: *Stiriae et Gentium Caesarearum in*

Confiniis Croatiae et Slauoniae Capitaneus, apud Engel Hist. Dalm. Croat. et Slauon. Part. II. pag. 299. Cuius causa in publicis R. Comitiis sub Rudolpho R. Art. 15. an. 1578. constitutum fuit: vt huiusmodi Confiniorum Locumtenentes cum Bano eatenus cointelligentiam vnice foueant. Occupatorum subinde horum a Turcis Confiniorum (sed Sec. 17. sub Leopoldo I. vti in Croatia ab *Herbersteinio*, ita in Slauonia a Gen. Caprara, denuo reoccupatorum) *coloni* Turcicorum morum, cuiusuis disciplinae incapaces, ac naturalis barbariei accusabantur; creditum attamen, euentuque mutationis comprobatum, has *Confiniariorum* accusationes in Praefectorum potius auaritia horumque dura eos tractandi ratione fundari. Euenit namque, vt circa an. 1733. occasione belli in Italia gesti, e populo hoc Confiniario quaedam centuriae legerentur, ac erga stipendium milit. eorsum exmitterentur; vbi non solum vtilia Principi suo exhibuere seruitia, quin imo iudicio tam domesticorum quam extraneorum Generalium (Hispan. videlicet Sardin. ac Ital.) pro Gente armorum capacissima iudicati: accusatores quippe Officiales suos sic confuderunt, vt apparuerit, falsa quaeuis esse, quae ab iis supremis Caesareo-Regiis Dicasteriis repraesentabantur. Quare anterioribus quibusuis populi huius Officialibus partim castigatis partim remotis, Carolus VI. anno insequente (medio Prin-

cipis Hildburghausen) pro meliore *Confiniorum* regulatione primum lapidem posuit; quorum vtilitate perspecta, ea Sec. 18. Aug. M. Theresia amplius excoluit, ac Sec. 19. feliciter Imperans FRANCISCVS I. systematica *organizatione* ad summum gradum prouexit: **Wodurch Ungarn**, inquit Engel. l. c. pag. 297. seq. **unten von Zwonigrad angefangen, bis nach Bistritz in Siebenbürgen hinauf, mit einer lebendigen Mauer von Gränzern, mit einer Heersmacht von mehr als 100,000. Mann** (sed Hietzinger Statist. Milit. Part. I. ad an. 1815. solos masculos 473,100. numerat) **die in wenigen Tagen in Thätigkeit gesetzt werden kann, nicht nur wider die Asiatisch wilden Einfälle der Türkischen Räuber, und wider plötzliche etwa vom Stambuler Diwan angeordnete Angriffe, sondern auch wider die Pest auf eine für ganz** *Europa* **wohlthätige Art gedeckt ist... Das Institut der Gränzmiliz im Ganzen macht dem k. k. Hofe Ehre, und prägt durch seine Fruchtbarkeit an brauchbaren Feldtruppen selbst den Feinden des Erzhauses Ehrfurcht ein. Zu dem haben die Gränzer nie aufgehört, unsere Brüder, unsere Landsleute zu seyn; durch die Excorporation, durch die Militär-Gerichtsbarkeit sind sie weder unserm Vaterland, noch unserm Herzen fremd geworden.** Inde Wladislaus II. Rex Hung. *Insignia* Regni Slauoniae restaurans, publico Diplomate an. 1496. palam proloquitur: *Nos praefatum Regnum nostrum Slauoniae et eiusdem re-*

gnicolas nihilo minus, quam alia Regna et dominia nostra et eorundem incolas, cupimus non solum in antiquis legibus, iuribus et consuetudinibus suis conseruare, sed etiam maioribus honorum titulis de Regia nostra prouidentia et liberalitate decorare. Nam Regnum hoc, inter duo flumina videlicet Sauum et Drauum constitutum, contra et aduersus Turcos Christianitatis perpetuos hostes et inimicos sibi proxima loca tenentes continua bella exercet, et ita se armis tutatur et conseruat; vt vix eam Regionem Turcus vsquam ingrediatur, quin accepta grauissima clade et calamitate ex eodem Regno nostro recedat: quapropter non immerito hoc ipsum Regnum nostrum vnum praecipuum scutum, vel potius antemurale huius Regni nostri Hung. appellauerimus. Cons. Analect. MSS. Cl. Kollar. et Pray Annal. Hung. Part. IV. Lib. 4. ad an. 1496. — Atque parem Gentis huius in tractandis armis dexteritatem, prisca iam aetate *Alexander M.* commissurus ad Issum cum Dario praelium, depraedicauit; de quo Q. Curtius Ruf. in vita eiusd. Lib. III. cap. 19. edit. Bassan. 1728. pag. 50. expresse ita scribit: *Alexander ante prima signa ibat . . . Cumque agmini obequitaret; varia oratione, vt cuiusque animis aptum erat, Milites alloquebatur . . . Illyrios et Thracas, aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri iubebat, praedam non arma gestantem; irent*

et imbellibus faeminis aurum viri eriperent . . . Qui, vt circa Regem erant, mutua adhortatione firmati cum ipso in equitum agmen irrumpunt; tum vero similis ruinae strages erat etc. Ibid. cap. XXI. pag. 52. Alterum perinde, de Illyriorum (occasione belli ciuilis Rom. Caesarianis partibus adhaerentium; apud Lucium de Regn. Dalm. Lib. I.) arte *bellandi* monimentum vetus, seruauit *C. Iul. Caesar*, quem an. ante Chr. 46. floruisse heic pag. 328. innuimus. Is occasione Vrbis Salonae in Dalm. a Pompeianis expugnatae, Lib. III. de Bell. Ciu. Pomp. edit. Basil. pag. 180. seq. haec acta tradit: *Post discessum Liburnorum, ex Illyrico M. Octauius* (Caesaris adoptiuus; sed dein contra hunc cum M. Bruto conspirans) *Salonas peruenit; ibique concitatis Dalmatis, Hissam a Caesaris amicitia auertit. Conuentum Salonis, cum neque pollicitationibus neque denuntiatione periculi permouere posset; Oppidum oppugnare instituit . . . Sed celeriter ciues ligneis effectis turribus sese munierunt; et cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium descenderunt, seruosque omnes puberes liberauerunt, et praesectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt . . . Illi omnia perpeti parati nacti occasionem meridiani temporis pueris mulieribusque in muro dispositis, ne quid quotidianae consuetu-*

dinis desideraretur, ipsi manu facta cum iis, quos nuper manumissos liberauerant, in proxima Octauii castra irruperunt. His expugnatis eodem impetu altera sunt adorti; inde tertia et quarta, et deinceps reliqua, omnibusque eos castris expulerunt, et magno numero interfecto reliquos atque ipsum Octauium in naues confugere coëgerunt: hic fuit oppugnationis exitus. Expost etiam simile heroismi exemplum memorat Sagreda Ital. apud Caccium, in Dial. Gent. Slauin. edit. Ven. 1801. de puella nomine *Marula;* quae an. 1475. in defensione Castri Livno aduersus Turcas, caesi ibidem sui patris Belliducis vestes induit, gladio praecincta Exercitum praecessit, et sua intrepida virtute Militi animum restituens hostem in fugam conuertit. De ea Caccius l. c. pag. 135. egregie cecinit: *Poslushajte mladichi i starci, — Dalmatini i mladi Ungarci! — Kada vidih Marula divojka, — Dajoj bishe Babo poginuo: — Divojacske aljine odbacih, — Svoga Babe Odoru oblacsi; — Pak pripasav' Sablju na Ajducsku, — U Vojskuje udarila Tursku; — Britkom Sabljom Turke prisicashe, — I Vojnike svoje slobodjashe. — Bolji junak od Babajka bishe; — Viruj Pobre! to Sagredo pishe: — Svihje ona Slava divojakah, — Ogledalo po svitu junakah* etc. Horsum quadrant ea, quae de hod. Slauoniae incolis; e *Buxtorffio*, isthic ad calcem pag. 266. recitauimus. — Abhinc iam, coepta hu-

ius Regni Confinia persequamur. Confiniorum in *Slauonia* (vbi Prou. domicilia existunt) Regimina, ab restituta Europae pace an. 1815. iuxta Hietzingeri Statist. Milit. Confin. l. c. pag. 175. seq. cum specifico ac vniuerso animarum complexu; pro modulo recensere conabimur. Itaque: I. *Gradiscanum;* in quo Praesidium *Vetero-gradiscae*, Oppidum locusque Stabalis *Neo-gradiscae*, ac pagi 141. viros 29,742. mulieres 29,382. vniuersim = 59,124. complectens. — II. *Brodense;* in quo Praesidium ac vna Lib. Communitas *Brodii* (2,142. animarum) Oppidum item locusque Stabalis *Vinkovcii* (3,349. animarum) ac pagi 96. viros 31,497. mulieres 30,985. vniuersim = 62,482. recensens. — III. *Petrouaradiense*; in quo principale Regni Praesidium *Petrouaradini*, Lib. Communitates *Petrouarad.* (3,847. animarum) *Carlovic* (5,797. animarum) *Semlin* (8,313. animarum) Oppidum locusque Stabalis *Mitrovic* (5,132. animarum) ac pagi 61. viros 35,921. mulieres 34,736. vniuersim = 70,657. numerans. — IV. *Phalanx Tschaikistarum*, in qua locus Stabalis *Titelini*, ac pagi 14. viros 11,548. mulieres 10,484. vniuersim = 22,032. legens. Vnde, totalis de omnibus tribus Regiminibus (cum Phalange, et Lib. Communit.) Summa sequens prodit: *Virorum* = 108,708. *mulierum* = 105,587. *Lib. Communitatum* = 17,957. vniuersim = 232,252. exinde claret, inter Confi-

niaria Slauon. Regimina *Petrouaradiense*, et e Lib. Communitatibus *Semlinum*, maximae populationis esse. Ab anno autem 1815. populationem vbique increuisse; recentissimos patriae Statistas Ioseph. Aszalay Tab. V. et VII. an. 1825. ac Ludou. Nagy Notit. Polit. Statist. Hung. Tom. II. an. 1829. consuluisse, haud oberit. Ita, exempli causa, Brod ante quindecim annos numerauit animas 2142. teste illius Magistratus Protocollo an. 1815. ast lapsu decem et amplius annorum increuit numerus ad 2479. in Notit. Statist. l. c. pag. 143. Atque de his Confiniis militaribus illud, quod olim Kercselich in Notit. Praelim. Pannon. vet. Period. IV. pag. 456. de *processu Possauano* adstruxerat; nos multis inter Slauoniae Confiniarios, praesertim *Brodensis Regiminis*, annis diuersati, e propria experientia adserere possumus: „Terrarum habendarum est auidissimus populus atque cordatus, Slauoniaeque censetur aduersus Turcas in eo securitas; dum toto Saui defluxu in turriculis ligneis vulgo *Csardacis*, vna ab altera visibili, diu noctuque Confiniarius excubat . . . Hospitalis, diligens, industrius, sobrius et concors; vt in plerisque domibus triginta et vltra quadraginta subinde animas reperias. In *faeminis* singulare est, quod munditiem colant, sintque laboriosae, industriae, ac pudicitiae amantes: textrices omnes, vt maritari nequeat, quae texere ignoraret: capacissimae insuper

ad quaeuis condiscenda, velocisque instructionis; saltui tamen deditae, ac saltatrices non ineptae. Filatura *lini*, quod singulare isthic crescit, ac textura sibi prouident de quibusuis, amantque ornatum. Hero ab eis electo domestici obediunt; qui consilio seniorum ordinat labores, domesticae *cassae* perceptor custosque est, et necessaria domui procurat, exoluit, venditue: lino atque canabibus inter faeminas diuisis. Rebus *sacris* populus est addictissimus, praecipue in adsistendo Sacrificio Missae Verboque Dei audiendo; haud tamen in tantum, quantum quidam perperam exaggerant, superstitiosus: Sacerdotio (praesertim eiatibus Religiosis, suis olim sub iugo Turc. in Religione Cath. *Conseruatoribus*, fide Diplomatum Leopoldi I. Iosephi I. Caroli VI. et Aug. M. Theresiae) ac Iurisdictioni militari, *fideliter* adhaerens." Vid. etiam, quae isthic de Slauonia pag. 109. recensuimus. — Par laboriosi huius Populi documentum, iam olim prodidit Historiarum parens Herodotus; Lib. V. *Terpsichore*, e versione Helesbachii pag. 139. de *Paeonibus* (Gente *Illyr.* iuxta Strab. Geogr. Lib. VII. et Appian. in Illyr. Lips. 1785. n. 14. de quibus isthic vid. pag. 61.) iussu Darii ad Asiam translatis, haec enarrans: *Erant Pigres et Mastyes* (forte *Briges* eiusdem, Lib. VII. apud Bayer. ac *Mazei* supra Liburnos Claudii Ptolemaei, Lib. II. cap. 17.) *viri Paeones; qui, postquam Darius*

transmisit in Asiam; et ipsi Sardis venere ... ducentes vnam sororem, procera statura atque speciosam. Hi obseruato tempore, dum in suburbanis Lydorum Darius praesideret; talem rem sibi agendam putauerunt: Sororem, quam optime poterant, cum exornassent, ad aquam mittunt; vas capite continentem, equum vero e brachio trahentem, ac linum nentem ... Eam praetereuntem Darius attente considerabat; quod neque Persica erant illa, quae ageret mulier, neque Lydica, neque vllarum ex Asia faeminarum: haec considerans misit quosdam suorum satellitum; iussos obseruare, in quam rem vteretur mulier equo. Istis obsequentibus, faemina vbi peruenit ad flumen, equo aqua satisfecit, vas quoque impleuit; his actis eadem via regreditur, aquam capite sustinens, equum e brachio trahens, ac fusum versans. Admiratus Darius tum iis, quae ab exploratoribus audisset, tum iis, quae ipse vidisset, adduci coram faeminam iubet; ea adducta adolescentes fratres, qui aderant non procul rem ipsam speculantes, interroganti Dario: cuius illa esset? aiunt: se Paeones esse, et illam suam sororem. Ad quos Darius: quinam homines essent Paeones; et vbi locorum habitarent, atque cuius rei gratia illi venissent Sardis? percontari. Adolescentes se vero venisse dixere, vt sese ei donarent; Paeoniam autem esse ad Strymonem fl. (Thrac. *Sterm*, prae-

ceps; de quo vid. Lex. Vniu. Sperl. edit. Graec. 1820. Tom. II. pag. 1220.) *sitam* . . . *Interrogantique Dario: numquid omnes illic faeminae tam laboriosae essent? adfirmare promte, id ita se habere; huius enim rei gratia illud fiebat. Inde Darius Literas ad Megabyzum dat, quem in Thracia Praefectum reliquerat; iubens: e sedibus suis Paeones ad ipsum transferri, cum liberis pariter et vxoribus.* Atque hanc mulierum Illyr. industriam et occupationem multifariam, qua vno ad agros sataue egressionis actu, *capite* aut corbem (Illyr. *mirica*, dimminut. mensura) cibis pro messoribus vel aratoribus vel falcatoribus vel quouis externo Domus labore distentis onustum, aut cunas (Illyr. *Zibka* vel *ljuljka*, ab *zibati* et *ljuljati* agitare; alias *Kolibka*, e *koliti* dimmidiare vel excauare, apud Stulli Lex. Vniu. Part. I. pag. 344.) tenellum gnatum continentes, aut cadulum aquae gestatorium, laboratoribus in agris et pastoribus in campis proprium (Illyr. *Csobanja*, aliis *Xbanja*, deriuatum e *Csoban*, pec. custos; a rad. *csuvati* custodire, vel *bditi* vigilare) aut quoduis aliud oneris genus, sustinent; *sinistro* vero *brachio* aut peram cum contentis, aut vrceum pro potu gestant; *dextra* demum cum sinistrae iuuamine manu progressae aut nent, aut fila plectunt, aut rotabulo diducunt: qui hodie in Hungaria Inf. Dalmatia, Croatia, Istria, Bosnia, Seruia, Slauonia-

que diuersatus est, haud inficias ibit. Veridice itaque doctissimi Duumuiri Mitterpacher et Piller, ante hos 47. annos de Slauonia l. c. heic pag. 290. adnotauere: *Non alibi negotiosiores esse mulieres arbitramur, quam in Slauonia . . . Quibusuis grauioribus laboribus netrinam interponunt, raro vel ad plateas publicas sine colo lateri adhaerente prodeuntes; neque, si forte a puteo reduces laeua vrceum portent, dextra a fuso abstinentes.* Ex quo vetustissimam laboriosae Gentis eatenus consuetudinem, ab Herodoto superius proditam; in nepotibus hodiedum perseuerare, distinctim videas. Sed etiam, si Religionis rationem spectes; in Gente prisci quidpiam heic hodiedum repereris. Pannoniis quippe gentilibus Deus inter reliquos erat *Latobius;* vt ex Lapidum inscriptionibus binis, apud Katanc. Specim. Philol. Pann. cap. III. §. 2. recitat Auentinus, Annal. Boic. Lib. II. quas perperam Schoenleben Adpar. Carn. cap. III. pag. 93. contra omnes Epigraphicae leges *Augusto Latouicorum debellatori* adcommodare nititur. Is Slauinis populis *Lado* (ἀπὸ τȣ̃ *Vlada* potentia, inde hod. Croat. *Ladanje*) audit; ad deos Superos, contra ac Fellerus Hist. Pol. Period. II. voluerat, relatus apud Stranski Reip. Boh. cap. XX. et Pubits pag. 207. In *Ladonis* memoriam, ex traditione maiorum apud Croatas, teste Bedekovich Nat. Sol. S. Hier. pag. 238. plebeius puel-

larum chorus in tripudiis circa rogos aestiui solstitii tempore, hos versus patria voce cantare solebat: *Lepi Ive terga rose — Tebi Lado, szveti bo se; — Lado szlussaj nasz, Lado! — Pevke, Lado! pevamoti, — Szercza nassa v' klanyamoti; — Lado szlussaj nasz, Lado!* Nec in hod. Slauonia Pannoniorum nepotes Ladonis obliti sunt; puellae quippe in operibus aestiuis, messe praesertim, cantilenis popularibus *Ladonem* saepenumero immiscent, quin tamen ipsae sciant, quid sibi Lado velit? Ipse Katanc. l. c. pag. 112. qua adolescens hoc carminis principium, in Slauonia se audisse meminit: *Tri divojke xito xele; Lade mi, Lade! mile Lade moj! — Jedna drugoj govorila: Lade mi, Lade! mile Lade moj! etc.* Latobium Saui fluminis adcolae prae ceteris coluisse videntur; quod *Latobici*, Sauiae Sup. populus, et Praetorium *Latouicorum* (ita nuncupatum a populo Oppidum; ab cultu Dei cognomine accepto) significare volunt, et *Ladonis* memoria ab vetustissimis inde temporibus ad hanc vsque aetatem hac inprimis regione superauit. Quanti apud Sauienses habeatur *Lado*, vltimo bello Turc. sub Aug. Iosepho II. apparuit: cum Laudonem, incomparabilem illum Heroëm, apud Dresnik et Dubiczam agentem *Ladonis* cognomine patrii Milites adficerent; teste eod. Katanc. l. c. n. 5. — Nunc missis priscae vetustatis monimentis, in Gente actutum perennanti-

bus; praesentium *Confiniorum* enarrationem prosequi libeat. Hodie Supremus Armorum Caes. Reg. in Slauonia Praefectus est: Excellentissimus D. Henricvs Bersina L. B. a Siegenthal, Insignis Ord. Militar. Theresiani Eques, S. C. et R. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius, Equitatus Generalis, vnius Legionis Cataphractorum Caes. N. I. Proprietarius Secundarius. — Horum Regiminum in Slauonia Confiniariorum vnum, de quo specifice loquimur, est *Brodense;* ab loco et Fortalitio ad Sauum Brod nuncupatum: quod occasum versus Gradiscano Regim. iungitur; septentrionali vero latere Posegano, Verocensi, et Sirmiensi Comitatibus; parte autem meridionali Sauo fl. ac Bosniae Regno aduicinatur; 36. milliaria quadrata extensione sua complexum. Lingua viget Illyrica, et Germanica; vt adeo ipsos de grege subinde milites Confiniarios, ruri perinde addictos, nitide Germanice loqui scribereque mirere.

d) Fratrum *Residentiam* Brodii iam Sec. 16. exstitisse, eosque sub iugo Turc. non solum fidelibus diuina dispensasse, sed etiam ad barbari expulsionem multum contulisse; probat Communitatis Brod. Instrumentum (cui quinque Seneciones octogenarii subscripti sunt) in Descript. Topogr. Chron. Prou. an. 1766. Part. I. Sect. 7. recitatum, inter cetera sic: *Pater Lucas Ibrishimovich, alias Sokol, inito cum maioribus tam Poseganis quam*

Patriae incolis consilio, Aug. Imperatorem persaepe secretis bacello inclusis, et per quemdam Christianum Relja expeditis, informauit Literis, de modo adgrediendi propellendique Turcas, re postea a barbaro deprehensa, cursor Relja impalatus, praefatus vero Pater septem diebus continuis palum gestare coactus fuit, donec litro Christianorum redimeretur . . . Adcumulatis dehinc copiis Caesareis, in septennali pugna ducatum contra Turcas, cum quodam militari Commendante, tenebant PP. Lucas et Augustinus Iarich; hic vltimus, ob praeclare gesta, expost Commendans factus nonnullos Centuriones creauit, a Serenissimo Principe Eugenio confirmatos etc. Vid. vberius hoc in merito documentum Ernesti Com. de Herberstein Colonelli dd. 15. Sept. 1708. l. c. Sect. 11. productum.

e) Cons. Chron. Prou. praecit. Part. II. pag. 327.

f) Vid. isthic pag. 229. n. 5. de *Antonio Mandich*, Episcopo Diakouar.

g) Sub administr. tempor. D. IOSEPHI BENCSEVICH, Caes. Reg. ac Lib. Communit. Brod. Ciuis, eiusdemque Conu. Syndici Apost.

h) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

i) Perinde isthic pag. 79. lit. i.

XV.

Conuentus Baiensis; S. Antonii Patauini. *a)*

In Archi-Dioecesi Colocensi, b) Comitatu Bacsiensi: ex Conuentualium Sec. 13. *domicilio, d) ac*

Lingua Hung. *i)*

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
A. R. P. Ioannes Nep. Pendl, Germ. Hung.	28. Sept. 1786.	8. Sept. 1802.	23. Oct. 1807.
R. P. Stephan. Ninkovich, Illyr. Slauon.	1. Iun. 1792.	12. Maii. 1812.	1. Iul. 1817.
R. P. Erasmus Tometsek, Slau. Hung.	24. Aug. 1792.	9. Nou. 1812.	21. Nou. 1813.
R. P. Timotheus Lukats, Slau. Hung.	22. Mart. 1789.	17. Apr. 1807.	22. Mart. 1810.

Obser-

Obseruantium Sec. 16. *e*) *Residentia*, (*primum a Turcis*, *demum a rebellibus demolita*, *sed Sec.* 17. *iterum restaurata*, *f*) *opera Patrum an.* 1719. *erectus*, *g*) *et sub* 2. *Nouemb.* 1787. *N.* $\frac{5864}{38837}$ *cum octodecim Sacerdotibus ac tribus Laicis clementer restabilitus; Studium Theologicum, atque R. Gymnasium Maius prouidet. h*)

Illyr. *k*) Germ. *l*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
11. Iun. 1809.	Germ. Hung. Illyr.	Guard. AA. LL. et Phil. Doct. SS. Theol. Lic. Eiusd. Lect. ac Cons. Prou. Em. Pro Direct. Stud. Theol. ac R. Gymn. Dir. Loc.
4. Oct. 1819.	Illyr. Germ.	SS. Theol. ac Iur. Eccl. Lic. Eiusd. Lect. Exh. et Mag. Cler. ac Cer. Discr. Exp. Cas. et Spirit. cum facult.
13. Sept. 1818.	Slau. Illyr. Germ. Hung.	SS. Theol. ac Iur. Eccl. Licent. Eiusd. Lect. Discr. et Bibl.
24. Maii. 1812.	Slau. Hung. Illyr.	Prof. Emer. et Act. II. Hum. Exh. Gym. Discr. Protocoll. et Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Vincent. Paulovich, Slau. Hung.	20. Nou. 1794.	21. Mart. 1815.	21. Mart. 1816.
M. V. P. Iustinus Tanos, Hung. C. Pest.	25. Ian. 1793.	12. Sept. 1812.	25. Ian. 1814.
M. V. P. Silverius Klarik, Hung. C. Comar.	14. Ian. 1793.	25. Oct. 1813.	4. Nou. 1814.
M. V. P. Hieronymus Vavro, Hung. C. Heues.	19. Dec. 1796.	27. Sept. 1820.	28. Sept. 1823.
M. V. P. Ioan. Capistr. Kriz, Germ. Morau.	6. Iul. 1789.	4. Ian. 1820.	8. Ian. 1821.
M. V. P. Ludouicus Lauka, Hung. C. Comar.	3. Aug. 1801.	26. Nou. 1821.	28. Dec. 1824.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
4. Oct. 1818.	Slau. Hung. Illyr. Germ.	Vicar. Discr. Conc. Illyr. Ann. Sup. Sacr. et Comm. Mag.
27. Oct. 1816.	Hung. Germ. Illyr.	Prof. I. Hum. Discr. Exh. Laic. et Spirit. cum facult.
4. Oct. 1818.	Hung. Germ.	Prof. Gramm.
26. Oct. 1823.	Hung.	Prof. Gramm.
15. Nou. 1825.	Morau. Germ.	Conc. Germ. Ann.
22. Maii. 1825.	Hung. Germ.	Prof. Gramm.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Thomas Aranyosy, Hung. C. Toln.	21. Ian. 1803.	22. Nou. 1827.	25. Ian. 1829.
Fr. Dionys. Herrmann, Germ. Bau.	14. Nou. 1785.	23. Sept. 1810.	4. Oct. 1811.
Fr. Titus Eredt, Germ. Hung.	25. Febr. 1793.	17. Oct. 1814.	22. Oct. 1815.
Fr. Fridolinus Wagner, Germ. Hung.	11. Mart. 1797.	22. Iul. 1825.	16. Oct. 1826.

a) *Baja*, Oppidum ab an. 1696. priuilegiatum, ad fossam Danubii (vulgo *Shugavicam*) Colocam inter et Zomborinum, dom. 1676. et incol. 14,537. numerans; distat — *Buda*: ort. inter et merid. CXXXII½ M. P. seu postis 13¼ = 26½ milliar. geogr. — *Essekino*: LXXXVII½ M. P. seu post. 8¾ = 17½ mill. geogr. — *Vienna*: CCCXV. M. P. seu post. 31½ = 63. mill. geogr. — Huius

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
4. Oct. 1829.	Hung. Illyr. Germ.	Prof. I. Gram.
"	Germ. Illyr.	Laic. Quaest. et ad seruit. Conuent.
"	Germ. Illyr.	Laic. Coqu. Hort. et Proc. Conuent.
"	Germ. Hung.	Laic. Arcul. Sacr. Cellar. Ian. et Comm. VMagist.

cognominis meminit Itinerarium Hierosolymit. Byzantio Antiochiam versus, *mansionem Baiae* XVII. M. P. statuens; Hodoeporicon habet *Bais*, Arabum vero Geographi *Baias*, apud Vesseling. Itiner. Anton. pag. 146. sed haec, vtpote in Asiam digressa, ad nostrum scopum nihil. Baiam, de qua hic loci quaerimus, primitus *Francouillam* nuncupatam fuisse, non inepte arguit Chron. Prou.

47

Part. I. pag. 306. sed vnde? a Romanis non; quos isthic haud egisse, alibi adstruximus. Fortassis a Galli? de quibus Athaeneus Lib. VI. Dipnosoph. pag. 234.: *Ex Gallis, qui Cordistae* (Scordisci, quorum nos isthic pag. 247. seq. meminimus) *adpellant* ... *Est Gens ex reliquiis eorum, qui cum Brenno duce* (Olympiad. CXXV. an. 2. id est ante Chr. 279.) *aduersus fanum Delphicum militarunt; Bathanatius quidam deduxit eos ad ripam Istri, vnde et ipsa via, qua processerunt, Bathanate dicitur.* Ex quo Bombard. Topogr. Hung. pag. 177. cum Lazio et Schoenlebeno, opinatur: illos intra Bataszék ac Batam Istrum traiecisse; tum hodiernam Provinciam *Bathiensem* seu Bacsiensem insedisse. Sed haec remotiora sunt, quam vt inde originem Francouillae elicias; certe Polybius, illis temporibus longe propior quam Athaeneus auctor, Hist. Lib. 4. diserte tradit: haud paucos Gallorum, e Delphica clade superstites, ad Hellespontum duce *Commontorio* profectos, circa Byzantium constitisse vsque ad Clyari tempora, quibus Gallorum ibi nomen defecerat. Nos arbitramur, *Francouillae* vti initia ita et nomen ad Sec. 9. quo Franci sub Carolo M. Pannoniis vicinisque iura dabant, reiicienda esse; id namque Constantinus Porphyr. cap. XL. pag. 621. seq. de Pannonia disserens, et ad occasum *Francos* ad meridiem autem Chrobatos habitare adstruens, diserte innuit: vt egregie pa-

trii etiam consignarunt Scriptores. Cons. Spányik. Hist. Hung. Period. I. cap. 2. pag. 44. et Patarol. in Serie Augg. Impp. pag. 116. Interea quidquid sit, et a quocunque tempore; perdurauerit tamen Francouillae nuncupatio vsque ad lapsum Sec. 13. quam circa dimidium Sec. 15. sub nomine *Vaiae* legimus, apud Greiderer Chron. Franc. Tom. I. Lib. 2. n. 31. forte a *Voyos* fl. (cuius initium ad Foktu, finis ad Bodiszlo, habetur) iuxta quam Hungaros, Duce *Árpado*, castra metatos fuisse; scribit Annonym. Belae R. Notar. cap. 32. Isthoc Oppidum (quod tandem sub Mathia R. an. 1472. quo iuris Comitum Czobor euaserat, *Baia* vocatur; teste Protocoll. Com. Bacs. n. 42.,) a diuersis adcolis condam insessum, motu subinde barbarorum deturpatum, et ab hostibus identidem vastatum; feliciori epocha celebre euasit Hung. emporium. Cons. Nagy Notit. Polit. Statist. Hung. Tom. I. pag. 40. Baiensis Prouinciae egregie meminit Verantius, Itin. Adrianopol. an. 1553. inter reliqua hisce: *In sinistra* (Danubii) *Oppidum est Pathay, et Baia Castellum nuper ab Agriensi praesidio concrematum, ac Zeremlenium vicus non obscurus priscis temporibus; nunc paruo admodum possessus homine. Deus bone! quam vbique optimae et foecundissimae terrae tristis nobis facies apparuit, quam inculta omnia, quam et agri et vineae veprium horrore insessae, quam omni in loco rarus*

agricola, rarum pecus et crebra solitudo! Noster naucleus homo Rascianus referebat, quod qui olim saluo nostro Imperio vna in villa numerus erat colonorum, nunc in triginta vix par inueniri potest; quid de deletis pagis censeas dici posse, quorum iam etiam nomina interiere? etc.

b) Vid. isthic pag. 364. lit. b. — Percelebris Katona, in Hist. Eccl. Coloc. Part. I. pag. 71. ex Iuuencio tradit: „*Sub diro Turc. iugo* Fidem Cath. Colocae (sequaciter et in vicinia) a quodam alterius Ordinis Sacerdote, Quinque-Ecclesiis huc adpellente, conseruatam fuisse.“ Etsi animus non sit tale adsertum perimendi, aut aliorum perinde meritis (praesertim in forma *missionis*, a meritissimis Soc. Iesu Patribus, vti alibi ita heic quoque exantlatis) quidpiam derogandi; paucis tamen aduertere liceat: I. Sub dominatu Turc. alios praeter quosdam Religiosos, queis nullum stabile bonum, signanter *Franciscanos* (vtpote primo aduentus sui furore cum populo repertos) Sacerdotes vix isthic toleratos fuisse, ob publicum eatenus Mahomedis IV. Decretum an. Heg. 1084. Chr. 1682. prout etiam clare innuit Diploma Leopoldi I. dd. 23. Aug. 1703. hisce: *In defectu aliarum personarum Ecclesiasticarum, propter dominatum Turc. in iisdem subsistere nequeuntium, et nullatenus toleratarum etc.* — II. Franciscanos vsque ad an. 1717. Colocae semper Religionis causam egisse;

nam ante Turcarum adhuc aduentum *S. Iacobus de Marchia* Vicarius huius Prou. eiusque Fratres rem Fidei ibidem curabant, testibus Literis Capituli Colocen. Pontifici Eugenio IV. dd. 4. Dec. 1436. eatenus scriptis. E quibus, idem patriae Scriptor l. c. pag. 412. concludit: *Hinc apparet, quantum Ordini Seraphico haec Dioecesis obstricta sit; cuius Alumnus* (huius Vicariae) *Hussitas tam feliciter hic oppressit.* — III. Sub Turcarum dominatu huius Prou. Patres resedisse Colocae (an. 1686. ad Christianos deuolutae) tam Acta Congr. Gen. Romae an. 1691. vtpote post quinquennium euulgata, quam Decretum Rom. Cur. Iudicis Caroli Marinis, de an. 1693. his verbis: *Super eorum quieta et pacifica possessione habitationis, permanentiae Conuentuum, et hospitiorum, in locis siue pertinentiis locorum dictae Prou. Bosn. Arg. S. Antonii Baiae, S. Francisci de Zombor, la Virgine assumta di Bacs . . . Corpus Domini di Colocia, SS. Nunciata di Sabatka* etc. palam testantur. Ceterum isthoc argumentum (inualidatis aliorum contrariis effugiis) luce meridiana clarius euictum habetur; in Aduersar. MSS. Prou. Lib. XXX.

c) Vid. isthic pag. 367. lit. c. — Sed de veteribus quoque huius plagae *incolis* (non paucis ab Rom. aetate apud Scriptores confusis) quidpiam proloqui libeat. Antiquissimos heic indigenas Da-

cos Getasque (quorum nomen primus Herodotus Hist. Lib. IV. apud Bayer. memor. Scyth. pag 189. prodidit) vsque ad Caesaris aetatem, e veteribus Scriptoribus nouimus; quos hi promiscue vsurpant: vt qui *Getae* Graecis, iidem *Daci* Latinis dicantur, apud Dion. Cass. Lib. 51. et Plin. Lib. IV. cap. 25. Ac ipse Strabo, postquam monuisset, superiora Danubii adcolere *Dacos* (alibi, de iisdem agens partibus) *Getarum* adpellat regionem, Geogr. Lib. VII. pag. 290. seq. ab ostiis quippe Istri vsque ad *Saltum Hercinium* olim productam; Caesare, de bell. Gall. Lib. VI. cap. 6. Strabone, l. c. ac Plinio l. c. testibus. Saltus hic apud Istri fontes (e Strabone, l. c. pag. 207.) seu in Heluetiorum et Rauracorum finibus, summebat initium; sic enim Caesar ibidem: *Oritur*, inquit, Hercinia silua, *ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium;* cons. Cellar. Lib. II. cap. 5. Et Strabo l. c. pag. 294. sic: *Latus Germaniae meridionale, quod est trans Albim, continuo Sueui tenent; post hos Getarum regio attingit, arcta initio, qua iuxta austrinam partem secundum Istrum protenditur.* Profecto, Plinii adhuc aeuo ad *Carnuntum* vsque, idest vltra occiduum Marisi (quem per Getas fluere, Geographus l. c. pag. 304. adstruxit) latus, Daci memorantur; sic enim hic, de Getis ad Pontum disserens, in Hist. Nat. l. c.

scribit: *Superiora autem* (in occasum) *inter Danubium et Hercinium saltum, vsque ad Pannonica hiberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium, campos et plana Iazyges Sarmatae; montes vero et saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum* (Tibiscum) *amnem*. Cons. Virgil. Georg. Lib. II. v. 497. vbi Istri adcolas Dacos nuncupat. Ex quo liquet: *Sarmatas, Iazyges, Quados, et Marcomannos*, quos adhuc Tacitus in Mor. Germ. cap. 42. seq. a Danubio remouet, serius horsum adpulisse; idque Iulii Caesaris, aut Augusti aeuo (si non tardius) arbitratur Seuerini Comment. cap. II. §. 2. vel post *Boerebistae* casum, quo sublato res eorum cadere coeperunt, teste Strab. l. c. ac Bayer l. c. pag. 240. seq. Certe, Alexandro Philippi filio, in Thracas supra Haemum profecto insulam Peucen, inter ostia fluminis sitam, habuere *Triballi* Dacor. cognati, vlteriora Istri tenentibus *Getis*, vt Geographus l. c. pag. 391. testatur; dubitare licet proinde, vtrum Arriani sententia (qua Bayerus quoque l. c. 219. deceptus est) locum heic habere possit, tempore Alexandri M. hos ad laeuum Istri latus populos ponentis: *Ipsis in fontibus plerique Celtae, ac extremi eorum Quadi et Marcomanni; tum Getae et Sarmatae; super his Iazyges; denique Scythae, vbi Ister quinque ostiis in Pontum exoneratur*. Gesta quidem Alexandri exponens haec Arrianus dicebat; sed e sua eum aetate locutum

fuisse, *Ιαζύγων* vocabulum argumento est: et quorsum Quadi ac Marcomanni aeuo Alexandri? prout et illud Arriani de rebus ab Alexandro M. gestis Hist. Ind. Lib. VIII. cap. 4. *Danubio Sauum apud Paeones immisceri, et locum vocari Taurunum;* atque exinde Bayeri l. c. pag. 218. *Alexandrum cum Pannonibus bellum gessisse;* vbi aeuo Alexandri Pannonii, quos Octauianus primus prodidit? vbi Taurunum? *Sirmum* Getarum duntaxat Regem (ex quo hos heic fuisse, arguas) cum Illyriis Triballisque ab Alexandro domitos, narrat Curtius. Ast propior Alexandro Strabo fuit, quam Arrianus; nullos autem *Scythas* ille hac quidem aetate apud Istrum memorat, bene vero postea, vbi de Mithridaticis agit temporibus. Ab Alexandri obitu, Lysimachus Thraciam et maris Pontici Prouincias sortitus (teste Iustino Lib. XIII. cap. 4.) cum se Getae paulo ante Graecorum iugo, sub *Seuthe* III. Rege an. ante Chr. 325. subduxissent, bello regium quaesiuit honorem; sed qua fortuna? captus a *Dromichaete* Rege Getarum, monitusque, ne tales bello adgrederetur, quos suis fortunis contentos vitam tolerare nouisset, sed amicos potius haberet sociosue (referente Strab. l. c. pag. 302. seq.) dimmissus est: vt vel inde Getarum et bellicam virtutem, et in hostes quoque beneuolentiam, videas. Si hoc Graecis fecerunt Getae, eo minus *Scythas*, sibi saepe infensos, in in-

tegras adhuc sedes permissuri erant; quod tardius, si non sub an. V. C. 664. quo Scymnus Nicomedi Chresto Regi Bithyniae, Mithridatis Eupatoris clienti, Periegesin dedicauit (arbitrante Doduello, apud Bayer. pag. 231.) paulo ante Mithridatem, certe cum is adgrederetur Scythas, qui se Tiran versus et Istrum promouerint, accidisse admittimus; vt exinceps illa regio *Scythia parua* nuncuparetur, Geographo perhibente l. c. pag. 311. — Sed, cuius idiomatis erant *Getae*? Strabo, cui hi populi optime noti erant, Geogr. Lib. VII. pag. 295. ita dirimit: *Getae ad vtramque Istri ripam adcolebant;* tum l. c. pag. 303. sic: *Catus* (Crassum dicere voluerit) *ex trans Istrum sitis partibus a Getis, ὁμογλώττȣ τοῖς Θρᾳξὶν ἔθνȣς, quae gens eodem cum Thracibus sermone vtitur* (cons. Not. Casaub.) *in Thraciam IↃↃↃ hominum traduxit.* Si itaque recensio Katonae Hist. Eccl. Tom. I. pag. 71. qua (cum Istuanfio Lib. 33. *eam plagam maiori ex parte a Thracibus habitatam* narrante,) per Thraces *Rascianos* intelligit, bene subsistit; iam tunc indigenis amicam cum victoribus coniunctionem fuisse, iure arguimus: enarratione praemissi patriae Scriptoris alia, l. c. pag. 72. n. 48. vtpote Regni Gentisue *libertati* aduersa, nunquam memoranda. Cons. vel vnum sub Andrea II. Testamentum Comitis *Behich*, anno 1220. militis Regii; quem Regionis indigenam fuisse, mo-

nimenti contextus heic pag. 259. memoratus prodit: vt nihil de posteriorum *Indigenatu*, in Leges relato, dixerimus. Certe, iam tunc nobiles Pannonii fuerint: *Diklicsich*, *Rubnich*, *Davidovich*, *Blaxevich*, *Mikulich*, *Radich*, etc. quos, sub inuasionem Tartarorum an. 1242. e Pannonia ad Dalmatiam cum Bela IV. venisse, scribit *Caccius* Dalm. (quem Historia Diocleatis quoque vsum fuisse; Katanc. Specim. Philol. Pann. Lib. II. §. 3. n. 3. tradit) in Poëmat. edit. Ven. 1801. pag. 222. praeter memoratos, addens: *U Dalmaciu iz Ungarie mnoga Gospoda jesu dobigla* (*rad nesrichnih Rattih*) *kakono Gospoda* Pistichi, *kojise u Gradu Omishu nahode, i ostali mnogi.* Pisticha *Kucha bih velika u Ungarii i Gospodska, od koje izagjoshe Knezovi i Vladaoci od Gradova, pacse od istih vlastiti Gospodari u vrime Kraljah Ungarskih; kakose nahodi u njegovim Kartam.* Atque praecitatos iam tum fuisse Nobiles, idem Auctor docet Rescripto Xansae Frangipani Comitis, de 30. Mart. 1436. illudque amplius firmat Instrumento publico Mariae Ant. Caualli, Sereniss. Reipubl. Venet. Procuratoris Gen. Spalatri 14. Iulii 1740. ibidem producto, hisce: *Noi Maria Ant. Caualli, per la Sereniss. Republ. di Venezia, Proueditor Generale in Dalmazia ed Albania — Constando dalli esami, e proue date nelle Cancellerie della Brazza, e d'Almissa; che*

discendono veramente da Nobili Famiglie di Rogoznicza le Case: Rubnich *detti* Knezovich; Blaxevich *detti* Kardissich; Kuzmanich *detti* Bornevich; Davidovich *detti* Marussich; Voineo *detti* Dom Lucsich; Mikulich *detti* Alaburich, i Radich." Quam in rem Diploma Ladislai Regis Hung. an. 1274. *Paulum Ivanka, Petrum Mikov, Ioannem Iavnich,* et *Egidium Dusa*, Iobbagyiones castri de Aba-Vjuár nobilitans; egregie proloquitur: *Cum ab exordio rerum humanae conditionis, libertatis omnium vna eademque fuerit conditio; Diuina permittit pietas, et idipsum Regalis iubet annuere benignitas, vt, pro quibus propria vel aliorum merita suffragantur, ad pristinae libertatis aëra restituendi fore venseantur. etc.* Vid Lehotzky Stemmatograph. Hung. Part. II. pag. 113. Quare, heic illud, quod *Sabbas Tököly*, ad Exc. Cancellar. Hung. Aul. Secretarius, qua Deputatus ad Nationalem Illyr. Congressum, in Sessione Temesuarini 9. Sept. 1790. celebrata (Pestini an. seq. typis vulgatum) suos connationales *Rascianos* ad adaequatam Legis inarticulationem et incorporationem adhortando, egregie protulit; valere arbitramur: *Erimus*, inquit, *in Natione duplici vnum Corpus, communi prorsus et aequaliter subiecti Capiti, vnam eandemque communem custodientes Legem; nec iam Gens inuida aut fera, verum Nationi Hung. prout iam ab incunabulis Regni eramus, Gens amica et*

socia compellabimur . . . Dum Regiae Maiestatis eminentem colimus dignitatem; eos quoque, qui hanc Regi contulerunt dignitatis ac potestatis virtutem, vna veneremur necesse est. Ingratitudinem sane nostram nos ipsi excusare non possumus vnquam, si eos negligeremus: qui fratres nostros et maiorcs, olim solum vertere coactos suisque deiectos sedibus (barbarae illuuionis, ante Hung. aduentum, respicit aetatem) *in paternum receperant sinum; qui vnitis nobiscum viribus, pro nostra non minus ac sua prosperitate, vitam fortunasque suas in discrimen adducere proni semper erant; qui denique salutem felicitatemque nostram in propriis semper collocarunt fortunis.* Atque isthoc cordatissimi Tökölyii insigne, tam pro indigenis aduenisque quam omnium Scriptorum (praesertim Crit. Hist. Saxon. Transil.) scopo, consilium adduxisse suffecerit; nobis ad materiam regredientibus. — Post Getas itaque, sub alio nomine primi, aeuo christiano, a Plinio memorantur *Iazyges Sarmatae*, fere 4. Seculis hanc plagam occupantes; post hos *Hunni*, vix 80. annis; tum *Gepidae*, vltra 100. annos; queis successerunt Auares, supra 2. Secula; hos attritos exceperunt *Bulgari*, ferme 100. annis: ast *Hungari*, Regno hoc sub an. 890. sibi vindicato, pari cum indigenis aduenisque studio, illud iam in 10. Seculum excolunt.

d)

d) *Francouillae*, iam tempore Comitiorum Narbonensium sub S. Bonauentura an. 1260. Conuentum exstitisse, atque in hocce Francouillensi Conuentu (quem e veteri loci situ, ad S. Rochum olim stetisse, arbitramur) primum Prouinciae Hung. iam ab Austria et Germ. separatae, Ministrum *P. Ioannem*, carnalem fratrem Philippi Francorum Regis, qui tres mortuos ad vitam reuocasse refertur, an. 1287. mortuum nec sine prodigio tumulatum fuisse; Ordinis monimenta, ac vetusta Prou. MSS. in Aduersar. Lib. II. prodiderunt. Sed, quo anno quoue Moecenate Conuentus exurrexerit? vetustas haec Oedipum desiderat; fuit tamen adhuc superstes an. 1400. vti et Wadingus Tom. IV. pag. 418. sub Custodia Sirmiensi commemorat. Erat quoque heic Capitulum an. 1369. celebratum, testantibus antiquis Prou. Hung. MSS. Periit tandem et exterminatus fuit Conuentus (in formam quippe Residentiae redactus) per Turcam; dum Constantinopolim an. 1453. Deo Graecorum pertinax Schisma plectente, in suam redigeret potestatem.

e) *Residentiam* isthic, huius Prou. Obsu. Fratrum, ante alterum aduentum Turcarum stetisse; iam supra sub lit. b. innuimus.

f) Fide Decreti Rom. Cur. Iud. *Caroli Marinis*, de an. 1693. pag. 473. recitati; ex quo, quantum huiates Patres Religioni ac Publico vtiles ab olim fuerint? facile perspectu est.

g) Vid. Chron. Prou. an. 1766. Part. II. pag. 306. seq. Insuper, de publicis huius Conuentus meritis, plura audire libeat; ex eodem quippe Fratrum huius Prou. Domicilio P. *Lucas Csilich* (alias Karaga) egregium a Carolo Franc. L. B. Wachtendonck Colonello, sub 4. Iun. 1733. reportauit testimonium publicum, Bastiae in Corsica extradatum, hisce: *Omnibus notum facio, A. R. P. Lucam Karaga Ord. S. Franc. Obsu. Prou. Arg. a* 27. *Dec. an.* 1731. *vsque ad* 6. *Iun.* 1733. *qua Missionarium Apost. copiis Suae Maiestatis Caes. Reg. summo cum feruore adstitisse ita; vt illibato morum candore et exemplo omnibus praeluxerit: in conuertendis ad Fidem Orthod. haereticis* (quorum 117. intra isthoc spatium conuerterat; fide alterius Instrumenti, a Stabi Officialibus sub eodem dato confecti, et in Chron. Prou. l. c. pag. 310. producti) *in assistendo infirmis; in euangelicis Praedicationibus; in distribuendo pupillis et infirmis omnibus suorum laborum stipendiis; in omnibus denique ita: vt eius pietas, modestia, et religiositas omnibus ac singulis exempli educationisque verum argumentum fuerint.* Exemplum! hac feliciori epocha, omnibus Religiosis, publico perinde seruitio distentis, studiose imitandum. Grassante demum ibidem loci Baiae an. 1739. pestifera lue, quantum eidem Oppido illi Patres vtiles fuerint; ex publico illius documento, sub

10. Oct. 1740. signato, atque Chron. Prou. l. c. illato, arguas.

h) Sub administr. temporal. D. IACOBI THIR, eiusdem Oppidi Iudicis Em. ac illius Conu. Syndici Apost.

i) Vid. isthic pag. 70. lit. h.

k) Perinde isthic pag. 52. lit. g.

l) Etiam isthic pag. 79. lit. i.

XVI.

Conuentus Vukouariensis; SS. Philippi et Iacobi Apost. *a*)

In Dioecesi Sirmiensi, b) *Comitatu Sirmiensi: c*) *e praeexistente Sec.* 16. *Residentia, d*) *sub aduentu Turc. Sotino horsum translata, e*) *opera Patrum an.* 1730. *erectus, f*) *in quo principalis Reliquia S. Boni M. cum ampulla Sanguinis adseruatur, g*) *tum sub* 24. *Iun.* 1789. *N.* $\frac{2516}{23614}$ *cum duodecim Sacerdotibus et duobus Laicis clementer restabilitus; Studium Theologicum, Parochiam, Scholam Nation. et Vice-Pannificinam Prou. curat. h*)

Lingua Illyr. *i*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
A. R. P. Iosephus Matzek, Germ. Hung.	8. Dec. 1793.	23. Sept. 1811.	10. Dec. 1814.
R. P. Cyprianus Boxich, Illyr. Slauon.	29. Iun. 1787.	13. Apr. 1806.	7. Aug. 1808.
M. V. P. Vencesl. Krtsmery, Slau. Hung.	23. Sept. 1802.	25. Sept. 1819.	28. Sept. 1823.
M. V. P. Caius Agjich, Illyr. Slauon.	19. Ian. 1805.	1. Nou. 1822.	14. Febr. 1826.
M. V. P. Faustinus Parissa, Slau. Hung.	3. Febr. 1801.	25. Sept. 1821.	3. Oct. 1824.
M. V. P. Gabriel Kranzl, Germ. Hung.	26. Aug. 1785.	17. Sept. 1807.	17. Sept. 1808.

Germ. *k*) Hung. *l*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
17. Aug. 1817.	Germ. Illyr.	Guard. SS. Theol. ac Iur. Eccl. Licent. Eiusd. Lect. Em. Adm. Par. Pro Dir. Stud. Theol. Rect. Sch. Nat. et VPraefect. Pann.
1. Iul. 1810.	Illyr. Germ.	Magist. Nouit. Em. Discr. Conc. Illyr. Ann. Exh. Laicor. Excurr. ad Bogdan. et Spirit. cum facult.
26. Dec. 1825.	Slau. Illyr. Hung.	AA. LL. et Phil. Licent. item SS. Theol. Lect. Discr. Exh. et Mag. Cler. ac Cer. Exp. Cas. Inst. Cler. in Cant. et Org. Spirit. cum facult. Bibl. et Organ.
23. Mart. 1828.	Illyr. Germ.	SS. Theol. Lect. Discr. VMag. Cler. et Protocoll.
15. Maii. 1825.	Slau. Illyr. Hung.	Vic. Discr. Conc. Illyr. Fest. Coop. Par. Sup. Sacr. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
20. Aug. 1809.	Germ. Hung. Slau. Illyr. Ital.	Capell. Garnison. Mantuae.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Hugo Kovacsevich, Illyr. Slauon.	27. Sept. 1790.	7. Ian. 1813.	7. Ian. 1814.
M. V. P. Vitus Petrasch, Boh. C. Chrud.	5. Ian. 1799.	1. Nou. 1822.	11. Dec. 1825.
M. V. P. Robert. Poljakovich, Illyr. Hung.	17. Maii. 1804.	20. Nou. 1823.	14. Ian. 1827.
Fr. Rog. Schuhmacher, Germ. Boruss.	16. Mart. 1776.	1. Mart. 1803.	1. Mart. 1804.
Fr. Romanus Strauch, Germ. Siles.	9. Dec. 1797.	4. Iul. 1819.	14. Oct. 1820.
Fr. Casparus Kováts, Hung. C. Bacs.	5. Oct. 1801.	24. Febr. 1823.	4. Iul. 1825.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
3. Sept. 1815.	Illyr. Germ.	Magist. Schol. Nation. Conc. Illyr. Ann. Coop. Par. et Catech.
8. Ian. 1826.	Boh. Germ. Illyr.	Conc. Germ. Ann. Coop. Par. Excurr. ad Neo-Vuk. Catech. et Spirit. cum facult.
3. Iun. 1827.	Illyr. Hung.	Conc. Illyr. Dom. Coop. Paroch. et Catech.
"	Germ. Illyr.	Laic. Hort. et ad seruit. Conuent.
"	Germ. Illyr.	Laic. Sacr. Ianit. VOrgan. et Comm. VMag.
"	Hung. Illyr. Germ.	Laic. Coqu. et Procur. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Ignatius Gleixner, Germ. Hung.	10. Sept. 1799.	27. Oct. 1828.	

a) *Vukouarinum* (nouum veteri iunctum) Szentiuanio *Valchum*, Lazio apud Ortelium *Wolkouar*, ad fl. *Vuka* (Rom. palus *Hiulca*, *Wlcea*, *Wolcea*, Ptolem. *Valdasus*, a quodam *Vnnae* adscriptus) dom. 978. et incol. 5038. numerans; distat — *Essekino:* ad merid. XXV. M. P. seu postis $2\frac{1}{2} = 5$. milliar. geogr. — *Buda:* CCXV. M. P. seu post. $21\frac{1}{2} = 43$. mill. geogr. — *Vienna*: CCCXCVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. $39\frac{3}{4} = 79\frac{1}{2}$ mill. geogr. Romanae isthic habitationis in Tabula Theodosii vestigia nulla reperimus; Lazius quidem et Mannertus ex illa *Cornacum* Rom. heic statuunt, sed mensura non respondet: quod nos alibi, Tabula duce, statuemus. Itinerarium perinde Antonini Aug. iter a Sirmio per Sopianas Treuirosque mediterraneum legens, expresse habet: *Valco* XXVIII. M. P. quod nugator Anastasius *Balcum* compellauit, atque Surita *Vukouarino* adplicuit; sed rectius obseruauit Wesseling. Itin. Anton. pag.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
»	Germ.	Laic. improf. Sub-coqu. et ad seruit. Conuent.

232. inquiens: *Non potest esse Valkouar ad Danubium, vbi Valdaso iungitur; obstat enim itineris ordo* (nam intra Mursam et Vindobonam statuitur, ibid.) *vt vere monuit Ch. Cellarius Lib. II. cap. 8. pag.* 565. Quidquid sit, locum olim celebrem fuisse (intra Cornacum et Tittoburgum, Rom. Municipia proxima, situm) Castri vestigia commonstrant. Isthoc super antiquum rudus ante Sec. 13. erectum, et a *Ioanne Maroth* Bano Machou. (de quo alibi disseruimus) Sec. 15. restauratum fuisse, opinamur; serius ab haereditariis possessoribus haud minus excultum: certe an. 1504. *Petrum Gereb de Wingarth*, Mathiae R. consobrinum ac Regni Hung. Palatinum, huius loci dominum Terrestrem fuisse, atque in suo Castro Vukouar extremum clausisse diem; tum *Laurentium* Ducem ab Vjlak, 72. Castrorum in Hung. (inter quae Slauoniae potiora) dominum exstitisse; prodidit Szerôny. Vindic. Sirm. pag. 33. et 211. Ex quo ar-

guas: ad Laurentium Ducem Castrum *Vukouar*, ex quo a Dragfio an. 1494. expugnatum fuit, haud amplius rediisse; tametsi alia, vti *Gissing*, *Galgocz*, *Illok*, *Posga* etc. primum post eius mortem, ad alios deuoluta, arbitremur. Ceterum, de Vukouar Bombard. Topogr. Hung. Part. III. pag. 241. ita paucis: *Locus priori aeuo suis munitionibus instructus, inter Slauoniae propugnacula accenseri meruit; hodie nonnisi Turc. furoris vestigia supersunt.* Doctissimus Fejér in Codice Diplom. Hung. Tom. IV. Vol. 1. pag. 315. e collectione Diplomatica L. B. Aloysii Mednyánszky, recitat Diploma Belae IV. Regis an. 1244. quo priuilegium a fratre suo Colomano hospitibus de *Walko* collatum confirmat, metasque terrae ipsorum designat; inter reliqua inducens: „Ad vniuersorum notitiam tam praesentium, quam futurorum volumus peruenire; quod cum priuilegium charissimi fratris nostri Regis Colomani, Ducis totius Slauoniae, felicis memoriae, per hospites in suburbio Castri Walkow commorantes nobis super libertate ipsorum concessum fuisset oblatum, nos illud legitime concessum ratum habentes et firmum de verbo ad verbum iis duximus inserendum . . . Verum cum Comes et Iobbagyones de Walkow multa impedimenta et controuersias facerent . . . hospitibus antedictis; nobis humiliter supplicarunt, quod eis certis metis separationem faceremus, vt possent

molestias et rixas effugere Comitis et Iobbagyonum antedictorum etc." Vnica isthic difficultas subuersatur, de quo Castro hodierna nomenclatione Diploma loquitur: Vukouariensi, an Valpouensi? Si Topographum Hung. Bombardum Part. II. pag. 241. consulas, eum fluctuantem sic audies: *Valkouiensis siue Valponensis Comitatus . . . Si Valkouiensem dicas, ab Oppido Valkouar; si Valponiensem, ab alio rursus Oppido, seu verius a Valpone fluuio . . . adpellationem sortitur.* Nos arbitramur, Diploma hospites Castri Vukouar respicere; fundamento vlterioris ibidem expositionis: *Eius prima meta incipiens per viam, quae habet hortum secus vineam Simonis maioris exercitus, et descendit vsque villam, quae dicitur Vichidol, et reflectitur ad villam, quae vocatur Szel-Mesco* etc. cuius loci Vuchedol memoria, Vukouarini hodiedum perennat. Idem firmat anterius quoque Andreae II. R. an. 1220. Diploma, *Wolkov* memorans; quod cum Plinii *Valdaso*, Aur. Victoris *Hiulca*, Dionis Cassii *Volcaea*, Ennodii *Vlca*, Anonymi Belae R. *Vlcau*, hodie *Vuka* (inde Vukouár, olim Valkouár) conuenire, alibi ad Conu. Essek. pag. 245. demonstrauimus. — Iam nunc ripensem Rom. viam, *Mursa* Essekino vsque *Cuccium* Illokinum (qua intermedie *Vukouarinum* petitur) legere libeat. Infra Mursam in Tabula Peutingeriana occurrit I. *Ad labores;* nonnulli mansio-

nem hanc cum altera cognomine Mursam inter et Cibalim, exemplo Iordani, committentes apud *Szarvas* vicum, prope dextram Draui ripam quaerunt: alii apud Cibalim, tanquam ea vox bellicos labores designet pugnae Constantini aduersus Licinium. Nos *Nemetin* locum, hodie desolatum et in agros hortosque conuersum, interpretamur; ripa Draui dextra, ad tertium a Mursa in exortum lapidem. Possunt hi *labores* intelligi tempore Tiberii, cum Pannonios Breucis iunctos *Seuerus* Moesiae Praeses apud Drauum adsecutus caecidisset; neque enim phrasis haec ad Constantini aetatem referri potest: imago itineris huius aetatem Hadriani, qui Mursae *Coloniae* iura contulit, superare videtur. — II. *Tittoburgum*, mensura adcurata ad vicum *Borovo* ducens; cuius agro ad ripam Danubii exstant veteris Rom. habitationis reliquiae, quas nemo Geographorum nouit, quia nemo vidit: antiquioribus dictum *Baroth* et *Bore*, Hirschuogelio *Woroch*. Vtrum a Teutonibus, qui heic statione fuerint, nuncupatum, quod Wesselingio ac nonnullis videtur? incertum; praesertim si Tab. Theodos. audias. Forsan ab Tito, in victoriae aduersus Pannonios memoriam, praesidium heic positum erat; *πύργος* autem graecum est, Latinis ad munimenta vsurpatum, vnde Germ. *Burg* exortum: secus *Quadriburgia* etiam, quae plura in Pannonia exstabant, a Germanis condita censebis.

Geographi plerique, Ptolemaei positionem presse secuti, *Erdöd* vicum (Simlero *Erdevud*) reddiderunt. Lazius, apud Ortelium, Tittoburgum in medias Draui exeuntis vndas infra *Almás* coniecit; quem Cantelius, aliique expresserunt: Danuille, Tab. respiciens, toto itinere aberrauit, illud situ *Laskó* vici tribuens.—III. *Cornacum*, quod Schoenuisner Comment. Geogr. Part. I. pag. 58. ad *Opatovac* transtulit; nos rectius cum Simlero *Sotin*, antiquioribus chartis *Żatha*, oppidulum positu non aspernando ruderibus clarum, ac *Petri de Varda* (vnde Wladislao R. Literas an. 1491 scripsit) commoratione notum, interpretamur: intra quod et Tittoburgum, medio fere situ, *Vukouarinum* consistit.

b) Vid. isthic pag. 116. lit. b.

c) Perinde isthic pag. 124. lit. c. — Ast, quum hodie Prouinciae Sirmiensis Sedes Vukouarini stabilita habeatur; heic loci: an Sirmium aliquando *Ducatus* fuerit? paucis euoluere conuenit. Timon. in Imag. Nou. Hung. cap. VIII. pag. 38. fundamento eo, quod Ager Sirmiensis semper iuris Regii fuerit, tum quod Laurentius *Dux Vjlacensis* duntaxat et non Sirmiensis Decreto an. 1492. subscriptus legatur; illum Sirmio prorsus abiudicat: e contra, Bombardo, Szerdahelio, Schoenuisnero, Kercselicio, ac Szerönio, eundem huic adiudicantibus. Quare, his potius quam Timoni adstipula-

mur; Duces enim Sirmienses praeeunte *Almo*, Regni Hungariae ius et iurisdictionem semper agnouisse censendi sunt, dum sic in Regum Diplom. exprimuntur. Certe, *Stephanum*, Belae II. Coeci R. filium, in hac qualitate Sirmio praefuisse an. 1140. prodidit Révay, apud Schvandt. Tom. II. pag. 623. Item, teste Schmithio pag. 121. ad an. 1231. subscriptus legitur: *Giletus Dux Sirmii;* perinde in aurea Belae IV. Bulla an. 1242. Ciuitati montis Graecen. Zagrab. elargita, occurrit: *Dilecto Cognato nostro Ioanne Angelo*, *Domino Sirmiae et Comite Bacsiensi*. Hunc denique Ducis titulum, ab centum et amplius annis obliteratum, Leopoldus I. Principi *Liuio Odeschalco* postliminio collatum innouauit, quin propterea iuri Regio quidpiam derogatum fuerit. Quum vero *Laurentii* (quem Pray. Annal. Hung. Part. IV. ad an. 1494. *Ducem Sirmii* compellat) mentio facta sit; de eo amplius quidpiam proferre liceat. Erat is *Nicolai* (iuxta alios *Stephani*, Bani Machou.) quem Mathias I. regulum Bosniae praefecerat, filius; *Catharinae* e nobili prosapia, matrimonio iunctus. Hic, inita cum *Kishoruatho* et *Berisloo* (Auranae Priore, ob ingentia scelera legaliter detecta, an. 1495. ad culeum insuto, ac in Danubium praeceps acto, apud Pray. l. c. pag. 269.) societate, ob amplam Castrorum extensionem ad summam arrogantiam delapsus, in spernendo insectandoque Wladislao

II. Rege, nouas res moliri ferebatur; praeterquam enim, quod magnam sibi apud plerosque inuidiam conflarat, cum ad Conuentum Leutschouiensem an. 1494. vocatus venire renuisset; illud quoque per omnium ora iactabatur: Praefectos Regios, dum vectigalia exigerent, per summam iniuriam immissis clam ab eo sicariis e medio sublatos esse; tum pactum cum Turcis eum icisse, vt accepto in singula capita aureo numo, barbaros per suas ditiones in Christianorum Prouincias praedatum ire pateretur; denique Regem, contemta sacerrima Dignitate, ab eo illiberali ore bouem compellari. His de causis permotus Wladislaus, Laurentium bello domandum decreuit; huius administratione *Dragfio* commissa. Dux per amicos periculum subodoratus, Oppida arcesue suae ditionis, Vjlakum imprimis, et maiore militum praesidio et extemporaneis munitionibus firmare adgressus, vxorem cum charioribus rebus Nemetujuarinum traduxit. Dragfius non segnius, atque imperatum est, coacto sub signa milite ac *Vukouaro* expugnato, recta Vjlakum properauit; vbi capto Oppido, post decem dierum inducias ab promissa Militi, si Ducem desereret, amnestia, Castrum in deditionem accepit: Laurentio interea, a matre per murum in corbe demisso, fugam arripiente *Rahoczam* hod. Orahovicam in Slauonia, propugnaculum monti impositum, olim egregie communitum, sed a Rege per-

inde expugnatum, et a nobis an. 1829. plagam lustrantibus cum admiratione visum. In capta Arce Illokinensi, praeter tercentas vestes variis pretiosissimarum pellium generibus subductas, ac vasa auro argentoque referta, et non modicam signatae pecuniae copiam; tria millia doliorum laudati vini Sirm. cum commeatus cuiusuis generis ingenti numeros, reperta sunt. Laurentius itaque Castris exutus suae causae diffisus, ne de se Rex quid grauius statueret, matrem lectissimam exactaeque aetatis faeminam Wladislaum, Budae tunc agentem, adire iussit; supplicibus precibus veniam filio exoraret, ac Palatini etiam amicitiam sollicitaret. „Illa, a nonnullis Proceribus Duci fauentibus persuasa, atro amictu et passis crinibus Regi supplex facta, orabat: *Ne extrema in filium experiri vellet, qui ob aetatem haud satis, quid sibi ex vsu sit, intelligeret; a factiosis circumuentum ac futurorum spe deceptum, aliena magis malitia quam suo ingenio peccasse; polliceri, eum in Regis arbitrio deinceps fore, fidemque daturum publicam, nihil in Regem aut Regnum vnquam moliturum.* Adiecit quoque lacrimas; quae ab huius aetatis ac dignitatis matrona profusae, ingens ad flectendum Regis animum pondus addidere: insita itaque clementia victus Rex, flentem bono animo esse iussit, abiectamque erigens, nihil se acerbius in filium deinceps decreturum, sed

cau-

causam pro consuetudine Regni ad Iudicium *Centumuirale* (prout ipse per Legatos petierat) reiecturum, pollicitus est. His dictis faeminam cum honesto comitatu domum deduci, triaque Castra, ex quibus vitam pro dignitate tueretur, reddi iussit; diserte cauens: „Vt si redditus pro fortunae ratione angustiores essent, ex aerario Regio liberaliter tribueretur." Demum, post interuentas varias eatenus velitationes et ab habito Quinque-Ecclesiis in secreto conclaui absque arbitris cum Rege colloquio, in Conuentu Procerum Budae (*Petro* Archi-Episcopo Coloc. *Thoma* Episcopo Agrien. nec non *Ioanne Bornemissa*, ac *Andrea Batho*, agentibus) an. 1495. his conditionibus Wladislao reconciliatus est: *Vt Laurentius omnibus Arcibus, Oppidis, et ditionibus, quas ante bellum habuisset, etiam in posterum* (praeter Wolko) *vti et frui posset, eundemque dignitatis gradum, quem ante bellum tenuisset, deinceps obtineret; quodsi absque liberis decederet* (vti postea euenit) *omnis ditio eius ad Regem huiusque Successores recideret.* Ita Istuanf. Hist. Lib. 3. et Bonfin. Decad. V. Lib. 5. qui ad hunc vsque annum suam Historiam perduxerat, per extensum enarrant. Atque ex huius deductionis serie arguimus: Laurentium omnino *Ducem Sirmii* fuisse; semet vero, velut a potiori Residentiae ac ditionis suae Castro an. 1492. serius vero ob facti pudorem, quo nullum certius conuersi in melius ani-

mi signum haberetur (prout ipse, teste Bonfin. l. c. Quinque-Ecclesiis coram Rege expresserat) in proprio Epitaphio, hodiedum in Ecclesia in cornu Epistolae S. Antonii Conu. Illok. vbi vna cum coniuge requiescit, prostante, an. 1500. *Vjlacensem* scripsisse. Id ex ipso Epitaphio (quod nos, ex insigni illius aeui epigrapha marmorea, pro admiratione sculpta, an. 1810. fideliter transumsimus) arguere liceat: *Hic iacet. Laurentius Dux. Vjlaki. filius Nicolai Bosniae Regis. cum Catharina vxore. Anno Domini MD.* Iam nunc, in gratiam praecellentium illius Prouinciae virorum eruditorum, quos isthoc felicis inter tanta aduersa Ducis *monumentum* auide lustrare, nobisque potiores grata amicitia iunctos esse, nouimus; nostram eatenus reflexionem, iis fortassis haud inamoenam futuram, gratanter addimus. In Lapide sepulcrali praefertur Laurentius obiisse an. 1500. quem Timon. in Epitom. pag. 107. decessisse an. 1526. ait; idque non infundate, cum eius anno adhuc 1518. Art. 39. hisce meminerit: *Vt omnia praemissa robur sortiantur firmitatis, Reuerendissimi . . . Spectabiles et Magnifici domini, Palatinus Regni, Laurentius Dux, Iudex Curiae Regiae, ac Vajuoda Transiluaniae . . . apud Maiestatem Regiam iurati maneant.* Sed, quum vtrique monumento publico, tam Lapidi quam Articulo, sua fidei integritas constare debeat; dici-

mus: Ducem, vita adhuc durante, an. MD. lapidem pro se parari iussisse, vtpote quouis haerede destitutum, ac residuos vitae annos incertos post mortem incidi ordinasse. Hac interea, infelici recte tempore, quo Turca deuastatis in Sirmio omnibus Mohacsium properabat, subsecuta (vt in rebus perturbatis fieri assolet) aut lapis vt erat, defectu artificis, mansit; aut vetustate furoreque Turcarum, qui eum luxando dimidiauerant, quoad postremos numeros exesus exstitit: quem serius P. *Petrus Pastirovich* Ex-Minister Prou. compositum suo pristino loco restitui curauit, teste Szerönio l. c. pag. 216. — Quorundam in Sirmio locorum, antelatus Verantius Itin. Adrianopol. an. 1553. meminit; auditu iucunda, hisce: „Apud *Erdevvd* arcem (quae ad Tituliensem Praeposituram olim attinebat) vix coena sumta, vbi primum illuxit luna, soluimus, et ennauigato duorum milliarium spatio, arces innibi existentes *Boroh* et *Valco* videre per noctem non potuimus. Die vero insequenti cum ortu solis apparuit nobis arx Zatha nomine, quam Turcae haud ita pridem solotenus diruerant; inde iam penes amoeniora loca, et vbique iusto Danubii alueo tenentes cursum, occurrit nobis arx *Atthya*, ipsa etiam disturbata: vltimus *Valco* Comitatus limes, et primus *Sirmii.* Atthyae proxima *Vylacchum* est, quam Rasciani *Illok* vocant, multum olim memorabilis, ac ne nunc quo-

que obscura, curaque diligenti custoditur a Turcis; erat autem *Ducis Laurentii*, et eius cognomine vtebatur, quod habebat haereditariam: habuit Vylacchum prouentus maximos. Ceterum, vnum vltimae conditionis habitum non praetermittam referre, qui appellatus est *obolarius* ab vnius oboli collatione; nec succurrit, quibus ex rebus proueniebat: eius tamen summa pecuniae ascendebat ad 6000. aureorum, feruntque eam pensionem supra quam dici possit molestam et onerosam semper fuisse subditis. Quare, saepe numero 2000. aureorum Duci suo quotanis pendere voluerunt, si eo prouentu eos liberasset; exorari tamen nunquam potuit, et professus est, si centuplum pendissent, se non facturum, ne eius institutores iniuria afficeret . . . Ab Vylaccho *Corosca* Castellum, et mox *Banmonostra* Sirmien. olim Episcopatus sedes, Arx cum Oppido non incelebris, et edito atque amoeno loco Danubioque imminenti posita; nunc iam solo situ et exili vestigio ruinarum nota, nec colono vt ante possessa multo: desolatis et in solitudinem redactis innumeris tractibus vinearum, quibus a continenti latissime in coronam vallabatur. Non praetermittam de *Cierewgii* quoque Arce, quae fuit *Valentini Terek*, meminisse, cuius et Atthya supramemorata erat, ambaeque iisdem pollebant dotibus, eodem situ; sed similem fortunam sortitae, vt aliae, solo aequatae sunt.“ etc.

d) De Patrum isthic, sub iugo Turc. existentia, dubitare non sinit publicum Communitatis Vukouar. Instrumentum, sub 27. Sept. 1722. ab Oppidi Senioribus extradatum; a *Ioanne Conrado Gumpp de Stochburg* Legion. Cataphract. Principis a Darmstadt Gen. Auditore coramisatum, et in Chron. Prou. Part. II. pag. 335. seq. productum inter cetera hisce: *Horum Patrum industria praedecessores nostri et nosmetipsi, totaque progenies nostra, adhuc sub iugo Turc. Rom. Cath. Fidei rudimenta edocti, ac in eadem maximis earundem laboribus custoditi sumus. Nos ipsimet oculare ac veridicum testimonium* (nonnulli enim e subscriptis 80. annorum erant) *perhibere possumus, qualiternam aliquot ex Patribus, nobis peroptime notos, pro emolumento Fidei ac fidelium vtilitate in carceres coniectos, in catenis, ferreis manicis, aliisque diuersorum generum vinculis detentos, variis demum suppliciis excruciatos perspeximus etc.*

e) Sotini Residentiam an. 1506. sub Custodia S. Ioannis Capistr. stetisse, atque horsum commigrasse; refert Hueber. in Menol. ac Chron. l. c. pag. 333.

f) Idem Chron. l. c. §. VII. pag. 338. seq.

g) Corpus *S. Boni M.* a Benedicto XIV. P. Iosepho Iankovich Definitori Ord. donatum; cuius *Authenticam* in Ecclesia Vukouar. legeris.

h) Sub administr. temporal. D. Ioannis Benko, Nob, ac eiusdem Conu. Syndici Apost. nec non D. Francisci Ehrensberger, Caes. Reg.

XVII.

Conuentus Cernekiensis; S. Petri Apost. *a*)

In Dioecesi Zagrabiensi, *b*) *Comitatu Posegano*: *c*) *e praeexistente an.* 1520. *S. Leonardi*

Lingua Illyr. *g*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Siluester Ninkovich, Illyr. Slauon.	24. Febr. 1782.	8. Sept. 1802.	11. Sept. 1803.
M. V. P. Hiacinthus Ersseg, Illyr. Croat.	16. Maii. 1795.	24. Sept. 1815.	24. Sept. 1816.
M. V. P. Petrus Smoljanovich, Illyr. Slauon.	30. Maii. 1794.	12. Febr. 1816.	12. Febr. 1817.

Post. Magistri, Incl. Com. Sirm. Tab. Iud. Assessoris, et Substituti Synd.

i) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

k) Perinde isthic pag. 79. lit. i.

l) Etiam isthic pag. 70. lit. h.

***Residentia**, vnde cura pastoralis sub Turc. iugo late administrabatur, d) opera Patrum an.* 1730. *erectus, e) tum sub* 2. *April.* 1789. $\frac{1516}{13409}$ *cum duodecim Sacerdotibus et duobus Laicis clementer restabilitus; ab antiquo eiatem Parochiam administrat. f*)

Germ. *h*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
14. Dec. 1806.	Illyr. Germ.	Guard. Conc. Em. Administ. Paroch. et Bibl.
1. Febr. 1822.	Croat. Illyr. Hung.	Vicar. Discr. Conc. Illyr. Dom. Coop. Par. Sup. Sacr. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
23. Oct. 1820.	Illyr. Germ.	Conc. Ann. Coop. Par. Discr. et Exh. Laic.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
V. P. Lazarus Szutsanyi, Slau. Hung.	11. Ian. 1801.	25. Oct. 1824.	19. Febr. 1826.
V. P. Mathias Viczian, Slau. Hung.	18. Iun. 1803.	25. Oct. 1824.	19. Iun. 1827.
V. P. Lucas Paska, Hung. Transilu.	19. Nou. 1788.	12. Sept. 1816.	13. Sept. 1817.
Fr. Caietan. Matkovich, Illyr. Slauon.	8. Mart. 1780.	14. Sept. 1802.	14. Sept. 1803.
Fr. Iuniperus Silaba, Germ. Boh.	13. Sept. 1775.	26. Febr. 1807.	24. Mart. 1808.
Fr. Ioannes Markotich, Illyr. Slauon.	24. Apr. 1795.	24. Iun. 1817.	1. Aug. 1818.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
31. Aug. 1828.	Slau. Hung. Illyr.	Suppl. Conc. Illyr. Festiu. Coop. Par. et Spirit. cum facult.
22. Febr. 1829	Slau. Hung. Illyr.	Suppl. Conc. Illyr. Ann. Coop. Par. Exp. Cas. et Coadi. Conu.
19. Apr. 1818.	Hung. Valach. Germ. Illyr.	Coadi. Conuent.
"	Illyr. Germ.	Laic. Quaest. et ad seruit. Conuent.
"	Germ. Illyr. Boh.	Laic. Coqu. Hort. et Proc. Conuent.
"	Illyr. Germ.	Laic. Sacr. Ianit. Cellar. Org et Comm. VMag.

a) *Cernekinum* Oppidum, non ineleganti loco situm (quod riuulus Shumegjica, e circumsitis montibus delapsus, ac infra Neo-Gradiscam in Sauum profluens, medium alluit) dom. 162. et incol. 1101. numerans; distat — *Essekino:* merid. inter et occas. XCII$\frac{1}{2}$ M. P. seu postis 9$\frac{1}{4}$ = 18$\frac{1}{2}$ milliar. geogr. — *Buda:* CCLXXXII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. 28$\frac{1}{4}$ = 56$\frac{1}{2}$ mill. geogr. — *Vienna:* CCCCLXV. M.P. seu post. 46$\frac{1}{2}$ = 93. mill. geogr. — In mappis Hung. duplex huius agnominis notatur Oppidum; e quibus existimat Kercselich in Hist. Eccl. Zagrab. Tom. I. Part. 1. heic illud aptari posse, de quo Philippus Ferrarius in Lexic. Geogr. voc. Inicerum, sic scribit: *Inicerum, et Incerum ex aliis Codicibus, Cernich teste Lazio Oppidum Pannoniae ad Sauum fluuium, apud Velicam-regalem inter Zagrabiam Vrbem ad occasum et Gradiscam Oppidum ad ortum.* Sed quum nos cum doctissimo Rittero Inicerum, ex iusta Itinerarii mensura, *Posegae* statuerimus; amplius eatenus proloqui, haud vacat. Cernek plures, cum Greiderer Chron. Franc. Tom. I. Lib. 2. n. 244. *Czernek*, et *Csernek* scribunt; quo loco in nexu eorum, quae isthic pag. 53. et 260. adduximus, quidpiam reflectere iuuerit. Nonnullis hodie Orthographis displicet illud veterum Hung. ac hod. Illyr. praesertim in agnominibus et nominibus propriis, *ch*, *sh*, *ce* etc. queis *ts*, *s*, *cze* etc. substi-

tuunt. Nos hanc in *vocibus* duntaxat variationem orthographicam haud moramur; quo enim arbitrio aliis recentioribus asperum *ts*, pari nobis molle *ch* et *cs* (a septendecim fere Seculis, ex quo Pannonii vsum *literarum* Rom. in suum idioma adoptauere, teste Paterculo, Hist. Rom. Lib. II. cap. 110.) cum maioribus pro simili enunciatione deseruit: at diplomaticae, vt aiunt, veterum *agnominum* inscriptionis innouationem (in quantum diuersorum Regnorum, quorum haec valida Gens conciuis est, *Leges* ac *Consuetudines adprobatae* patiuntur) pro merito castigamus, nisi et Diplomatum plurium et Matricularum veterum integritatem controuertere velis. Damus, pro exemplo: I. Expressionem Testamenti Comitis *Behich*, sub Andrea II. Rege Hung. an. 1220. conditi, ac Codici MSS. Istuanfiano pag. 99. illati; in quo expresse sic: *Quod ego Behich Comes . . . vineam vnam, quam emi a Mata . . . et vineam Micha, in aeternum possidendam etc.* — II. Inscriptionem Diplomatis Fundation. an. 1360. Religiosis Ruthenis Ordin. S. Basilii in monte Csernek ad Munkacs elargiti, hisce: *Nos Teodorus Koriatovich, Dux de Munkach . . . Datum in Munkach etc.* cuius originale in Archiuo Capituli Posoniensis adseruatur; de quo vid. Ioannic. Basilovich, Ord. S. Basil. M. Protohegum. Notit. eiusd. Fundat. Part. I. edit Cassou. 1799. — III. Hodiedum perdurantia veterum Fa-

miliarum agnomina diplomatica, vt: Com. *Keglevich*, an. 1330. de quo Rattkai Hist. Part. III. pag. 123. item Princ. *Grassalkovich*, an. 1405. apud Schvartz Praef. ad Dissert. Topeltin. tum Nob. *Dvornikovich*, an. 1622, Art. 37. apud Vagner Annal. Lib. II. et aliorum; isthic pag. 260. recitatorum. — IV. Literas Rudolphi Imp. ac Reg. an. 1588. (a Bronékio, Exc. Camerae Caes. Reg. Hung. Registratore, e Libro Regio an. 1616. productas) queis *Francisco Iakusics de Orbauia* eiusque haeredibus certa bona et possessiones, ad Ecclesiam Albensem spectantia, inscribuntur; in Diplomat. Prou. Lib. XVIII. n. 11. Quare, hoc in argumento legi meretur Franc. Verseghy Dissert. de version. Bibl. Hung. §. 16. an. 1822. Exinceps arbitrarias, in veteribus praesertim Instrumentis, orthographicas alterationes periculosas esse; vel ipsi Status et Ordines complurium Incl. Comitatuum Hung. coram Aug. Iosepho II. recognouerunt, an. 1784. inter cetera ita repraesentantes: *Sub Ludouico XIV. de eo tantum in Gallia agebatur, vt Natio Gallica sicut vocabula vocum pronunciat, ita scripto exprimat; impossibilitas tamen comperta est ex eo, quod iam omnia antiquitatis monumenta, Instrumenta, et Libri tali Orthographia conscripti sint: quae, si mutata fuerint, posteritas vtique neque acta praedecessorum intelliget, neque pro iis in aliam Orthographiam transformandis sufficiet.*

Cons. Repraesent. Incl. Com. Zemplin. dd. 22. Iun. 1784. n. 10. in Aduersar. Prou. Lib. 32. Sed, de maiorum Hung. olim scribendi ratione; patrios Scriptores audire libeat. Mathias Belius, de vet. Literat. Hun. Scyth. Sect. II. §. 11. pag. 41. ita disserit: *Olim quidem Gallos* (Pannones dicere maluerit) *immitati Hungari, ch loco cs promiscue in nominibus propriis et adpellatiuis adhibebant; ita vetus Chronici Hung. M. Ioannis Thurotz editio, quam Erhardus Ratold sumtibus Theobaldi Feger conciuis Buden. cum dedicatione ad Regem Mathiam, Augustae excudit an.* 1483. *habet: Chaki, Chanad etc. loco Csaki, Csanad; ac codex Euangeliorum peruetustus: Choda miraculum, chak tantum etc. loco csoda, csak.* Ita sub Mathiae R. tem pora praecipuus e seruitoribus Comitis Nicolai Bánffy clare scribebatur: *Benedictus Chenehazy,* apud Gregoriancium in Collect. Miscell. Matth. Bell. pag. 113. Porro, in Registro prouentuum Regalium ad an. 1494. in Magaz. Hung. Tom. II. pag. 463. expresse legitur: *Ad mandatum Regiae Maiestatis missa sunt ad Wissegrad poma narantia dulcia et acerba, per vnum Kochy Domino Regi . . . Per eundem Kochy missae sunt lucernae et candelae paruae Domino Regi . . . Cui Kochy, pro expensis et laboribus, datus est flor.* 1. Nos hodie pronunciamus *Kotsi*, currum cum vectore denotans: quod ad initium Sec. 16. Brodericus

Kotcze, et an. 1571. Herbersteinius *Cotzy*, scripsere; in Comment. de reb. Moscou. pag. 145. Imo, remotius in publica Regni Lege, an. 1498. Art. 16. clare habetur: *Demtis certis Comitatibus Partium inferiorum; videlicet Posega, Valko, Sirmiensi, Bach, Chongrad, Chanad etc.* E Sec. 17. habemus Albertum Molnár, qui in Lexico Hung. Lat. edit. Nürnberg. 1604. ita proloquitur: *Orthographiam secutus sum vsitatissimam;* cz *compositum consonans, pro quo alii* ch, *quidam* cs, *nonnulli* ts *ponunt, libenter retinui, cum et Poloni et Bohemi eodem modo scribant ac proferant . . . Vis autem huius* cz *eadem est, quae in lingua Germ.* tsch. Ex quo, si nostrum Cernek cum *cz* more hod. Croat. scripseris; pronunciatione Hung. *Csernek* ad Munkacs habebis. Sed Timon Imag. nou. Hung. cap. II. pag. 16. bene monet: *Animaduertere oportet, Hungaros vetustiores litera* z *vsos fuisse vice* s, *in cuius locum postea substituerunt geminas* sz; *ab an. vero* 1500. *circiter, vsurpasse pro* tsch *vel* ch, *literas* cz. Ita nempe; quaelibet lingua suas proprietates, ac quaelibet Natio suum primigenium sic scribendi fundamentum, absque cuiuscunque praeiudicio, habet. Ceterum veteres Hungaros in scribendi modo indigenas Pannonios vt plurimum immitatos fuisse; tam antiqua Diplomata, quam hodierna Illyricorum et Carnorum Orthographia retenta, palam

produnt. Cons. Gutsmann. Lex. Germ. Carn. an. 1789. — Iam nunc ad locum, a quo paullulum digressi sumus, reuerti oportet. Si *Inicerum* ex Hodoeporico *Posegae* cum Rittero bene adplicuimus; iter Rom. mediterran. Siscia a *Finibus* (quorum et Tab. et Itiner. Antonin. meminit) Pannoniam Secundam ab Sauia dirimentibus, hac versus per *Inicerum*, Mursam, Certissaque Cibalim, iuerit. Cernek, condam iuris Familiae Deseöffianae (e qua *Ioannes Deseöffy* de Cernek, an. 1557. Camerae R. Hung. Aul. Praeses, et Magister Curiae Regiae; mortuus an. 1568. ac Posonii in Eccl. PP. Franciscan. sepultus, legitur in Aduersar. Prou. Lib. XXVII.) fuisse; prodidit e veteribus Patriae notitiis egregius Nagy Polit. Statist. Hung. Tom. II. pag. 23.

b) Vid. isthic pag. 48. lit. b. — Haud procul Cernekino vestigia priscae habitationis, quae in monte *Rudina* (vici Cseesavac agro, Comit. Poseg.) spectantur, sunt rudera *Monasterii beati Michaëlis Archangeli de Rudina*, Ordinis S. Benedicti, Dioecesis Quinque-Ecclesiensis; cuius meminere Literae Iulii II. an. 1504. et Clementis VII. an. 1524. Koller etiam Hist. Episc. Quinque-Eccl. Tom. II. pag. 454. in descriptione Collectae Pontif. ad an. 1335. *Petrum*, qui 28. gross. soluit, *Abbatem de Rudina* interpretatur. In vetusto ruderis lapide iam fracto, et an. 1814. studiose lustrato, isthaec inscriptio caractere antiquo incisa legitur:

Protector noster; ex quo inscriptionis cuiuspiam sacrae vetustatem, Seculo summum 11. haud remotiorem, arguas.

c) Perinde isthic pag. 252. lit. c. — Auctor Dissertationum, occasione marmoris Goricensis, circa an. 1795. probare adnititur, Mursam in Pannonia *Sauia* stetisse; Dissert. VIII. §. 4. inquiens: *L. Vlpium Marcellum Pannoniam Inferiorem administrasse, e ruinis Pannon. Sauiae Vrbis Mursae eductum marmor edocet . . . Sub dispositione Viri Spectabilis Ducis Pannon. Secundae Riparensis, siue Sauiae;* vti Notitia prosequitur. Itaque non solum totus hodie Com. Poseganus, quin imo maior pars Prouinciae Verocensis ad Pannoniam Sauiam pertinuisset; quo pacto, attenta limitum definitione, Comitatum Poseganum et Valkouiensem (quos iam aetate diui Regis Stephani Hungaris paruisse, alibi adstruximus) veteri Slauoniae seu hodiernae Croatiae facile adieceris. Sed non omnia, vt homines volunt, ita se habent: Mursam Vrbem Pannon. *Sauiae* fuisse, tuto negamus; *Lucium Marcellum* vero Pannoniam administrasse, dubitamus. Iam enim alibi docuimus, Pannoniam vniuersam imprimis bifariam sectam fuisse: nempe in *Superiorem* a Cetio ad sextum supra Vindobonam lapidem vsque Arrabonam, et *Inferiorem* ab Arrabona vsque Taurunum; quae diuisio aetate Galerii (qui an. 311. obiit) vnice ab interiecta his *Vale-*

ria

ria Brigantio vsque ripam Draui ad Mursam, adhuc perseuerauit, demonstrante Schoenuisnero Hist. Sabar. Lib. IV. cap. 6. Sub finem tandem Imperii Constantini M. aut plane post eius obitum, tota Pannonia quadrifariam subdiuisa fuit: quippe in *Primam*, a Cetio Brigantium vsque; in *Valeriam*, vti definita a Galerio erat; in *Secundam*, a Drauo vsque Taurunum, et a Danubio vsque limites Sisciae; tum in *Sauiam*, a finibus Sisciae vsque ad Pannoniarum vtrobique exitum. Id nos isthic pag. 98. historice iam euoluimus; quod amplius Tab. Theodos. cum Hodoepor. itinere Sirmien. ab Siscia *Ad Fines*, vtrinque XIV. M. P. statuens (velut limites Danuillio Illyrici, aliis perperam Iapodum; nobis, duce Tabula, Prouinciae Mediae, quam postea *Sauiam* dixere) palam ostendit. Et quid, quaeso! si Prouinciam Sauiam vsque Posegam aut plane Mursam perduxeris; pro Pannon. *Secunda* relinques? nisi hanc vno agro Sirmien. definitam iocose adstruxeris. Porro, auctor Dissert. ex adiecto Notitiae loco, Pannoniam *Secundam* cum *Sauia* vnam eandemque arguit; quem errorem postrema Pannoniarum diuisio nullo pacto admittit: certe Sextus Rufus, post Constantinum an. circ. 30. florens, in Breu. Imp. Prouincias Illyrici recensens, *Pannonias duas* (nempe I. et II.) *Valeriam* et *Sauiam*, clare distinguit. Sed audiamus Cl. Schoenuisner l. c. pag. 135. eatenus

commentantem: *Inter celebriores Pannoniae Secundae Vrbes numerabantur, Sirmium, Mursa, Cibalis, ac Taurunum; Prouinciae autem Sauiae Ripariensis (quae erat in hod. Croatia, olimque partem Pannoniae Superioris efficiebat) Praefectus vocabatur Conrector; quia Praefectus Consularis Pannoniae Secundae (quae Sirmiensem regionem, et hodiernam Slauoniam complectebatur) reipsa totius Pannoniae Sauiae Rector erat: Officium Correctoris sedem habuit Sisciae.* Ob vnam igitur Sisciam, vbi Praefecti Classium Pannonicarum et Tribunus Cohortis III. Alpinorum, Duci Pannoniae Secundae Ripensis obnoxii, degebant, Notitia (vtpote de re militari agens) *Sauiae* vocabulum adiecit; quod nostrae Pannoniae Secundae tantum officit, quantum mansiones *Ad Nouas* et *Aureo Monte* (inter Essek ac Baranyauár sitae) Prouinciae *Valeriae*, ad quam pertinebant, officiunt: quarum Praefectum Legion. VI. Hercul. Cohort. V. et Equit. Dalm. Duci Pannoniae Sauiae paruisse, eadem Notitia memorat. Quoad *Vlpii Marcelli* demum in Pannon. Inferiori administrationem, dubium obuertimus; nam in Lapidibus literatis, titulus ille: *Leg. Aug. Pr. Pr.* liberas potissimum Legationes innuit, quales adsummebant e Senatu ii, qui negotium quoddam *priuatum* in Prouincia peragendum habebant, teste Cic. ad Famil. XI. 1. idcirco *Legati* nomine et insignibus ornabantur, vt hono-

ratiores apud exteros essent. Tales vt censeamus in Pannon. marmoribus Legatos, id nos imprimis mouet, quod aetate eadem, qua hae inscriptiones ponebantur, alii Praesides in Pannonia (non Legatorum, sed nomine alio, insigniti) leguntur; sic, sub Seuero et Caracallo, in lapide Pestiensi occurrit Tib. Cl. Claudianus: *Leg. Augg. Pr. Pr. Legatus Augustorum pro Praetore;* tum sub Caracallo, Antianus *Leg. Pr. Pr. Prou. Pann. Inf.* quem Schoenuisner Itin. Geogr. Part. II. Praesidem fuisse, et Aquinci sedem habuisse existimat. Verum, ipse Seuerus *Pannonias proconsulari imperio*, non Legati, rexit; teste Spartiano, in Seuer. cap. 4. Sub Caracallo autem Pannoniae Praesidem *Sabinum* adducit Dio Cass. Lib. LXXVIII. cap. 13. cui *Marcius Agrippa* sub Macrino successit, huic vero *Triccianus:* vt adeo, nisi aliunde constet, eum, qui *Leg. Aug. Pr. Pr.* in Epigraphis occurrit, Praesidem fuisse; e solis Lapidibus id, citra periculum errandi, elicere nequeas. Iam nunc, an illa celebris sub Romanis *Iasorum Respublica* (cuius binae Epigraphae, mox recitandae, meminere) *Cernekinum* vsque pertigerit? paucis heic commentari libeat. In populis Pannoniae domesticis, apud Scriptores, sunt: *Azali, Boii, Erauisci, Iasi, Amantini, Breuci, Mazaei, Desidiatae* etc. atque, ceteris transmissis, de Iasis (quos Plinius Drauo; Ptolemaeus, Iassios vocitans, Pan-

noniae Superior. adscribunt) Christophorus Iordan, de Orig. Slau. Part. III. pag. 91. e textu Ptolemaei, haec elicit: *Iassiis obuenerunt agri in dextra Arrabonis ripa, versus lacum Balatonem.* Ast Ptolemaeus Geogr. Lib. II. cap. 15. haec exprimit: *Versus ortum Varciani; in medio versus occasum Boii, et sub iis Coletiani; Iassii vero ad ortum.* Si Coletiani sub Boiis ad occasum erant; necessario sedes circa Drauum et vltra Colapim (vnde nomen habuere) protruserint: copiosissimis Iassiis post hos, intra Drauum vltra Com. Posegani fines (quum eos *Amantini*, de quibus alibi diximus, sequantur) semet extendentibus; id, quod egregie Schoenuisner l. c. pag. 17. contra Iordanum probauit. Certe, partem Pannon. Inf. Commodo Imp. eos tenuisse, marmor Podboriense in Com. Poseg. (vbi aquae callidae) clare ostendit: *Diuo Commodo Respublica Iasoru;* apud Taube Descript. Slauon. Tom. II. pag. 41. qui, vt exesum vltimum *m* suppleat, perperam *Iasoram* nuncupat, item Blaskov. Dissert. VII. cap. 8. Piller. Itin. Slauon. pag. 94. Vltima vox *Iasorum* legi debet; qui et *Aquas* heic Daruuarini tenuere, testibus praeexposito marmore et Katanc. Geogr. Pannon. Lib. III. cap. 4. ac praesertim Geogr. Epigraph. cap. III. pag. 485. Cuius lapidis, actu existentis, authenticum transumtum, nobis a Spectabili illius Prouinciae Viro an. 1814. amice suppeditatum, prae ma-

nibus tenemus. Quo autem nomine speciatim Respublica haec sit prouisa? tacentibus monimentis ignoramus; Iasi enim populus erat validus, qui plura tenuerit loca, Conuentum autem isthic celebrarit: Danuilleo *Aquae* hoc situ, quo *Sorogam* Ptolemaeus (ob vicinitatem ad Pannon. Super. perperam transferrens) statuit, ponuntur; *Balissis* Hodoeporici, ad Pakracum in vico Lipik, defixis. Huius Reipublicae extensionem etiam ex *Aquis Iasis* metiri liceat; quas marmor Toplicense ad Varasdinum in Croatia ita prodidit: *Imp. Caes. Fl. Val. Constantinus Felix Maximus Aug. — Aquas Iasas olim vi ignis consumtas cum porticibus — et omnibus Ornamentis ad pristinam faciem restituit — Prouisione etiam pietatis suae nundinas — die solis perpeti anno constituit — Curante Val. Catullino V. P. P. P. P. P. Super.* Inscriptio reperitur apud Erycium Puteanum Dissert. de Nundin. Rom. cap. 26. sed mendose, et sine indicio loci, in quo reperta fuit; locum notauit et plenius eam descripsit e Sigleri Schedis Ianus Gruterus pag. 164. verum apud hunc e titulis Constantini in primo versu desunt *Felix Maximus*, et voces quaedam paucioribus literis exprimuntur. Recentius ex ipso Lapide transumtam vulgarunt Scriptores patrii, Bedekovich Lib. de Nat. Sol. D. Hier. Part. I. Kercselich Notit. Praelim. Dalm. Croat. Slauon. pag. 23. et Blaskovich Dis-

sert. de Andauton. pag. 59. omnes in vltimo versu sic: *Vaicatu LL. Inou. P.* (quod nos iam supra restituimus) ac Kercselich quidem l. c. literas prosequendo, ita profert: *Per pietatem praefati Principis Pannon. Super.* Sed cum hoc a veteri Rom. stylo abhorreat; cum aliis potius vertimus: *Curante Valerio Catullino, viro perfectissimo, Praeside per Prouinciam Pannoniam Superiorem.* Ex quo plane inferas: aeuo Constantiniano nomen Pannoniarum Super. et Inf. adhuc perseuerasse. Aliud perinde ad Aquas Iasas in Pannonia seu Daruuarini reperitur Sec. 15. monimentum, actu existens sub hac Epigrapha: *Hic iacet egregius Ladislaus, filius Hermanni de Gereben; anno* 1489. Vetus plane Familia, cuius Diplom. iam an. 1222. meminit; de ea vid. Lehotzky Stemmatograph. Hung. Part. II. pag. 153. Atque haec de Republica Iasorum, cuius extensionem hodiernum *Cernek* perinde occupare, vi marmoris Podboriensis haud vane arbitramur; paucis dicta sunto.

d) Residentiam innibi Patrum, ac eorum ante Turc. iugum *existentiam*, remonstrat documentum Communitatis Cernekien. dd. 4. Dec. 1711. ad Chron. Prou. Part. II. pag. 347. illatum. Id amplius firmat historia miraculi beati Augustini Gazotti Episcopi Zagrab. apud Kercselich l. c. quam e Tabulariis Bibliothecae Eccl. Zagrab. desumsit Martinus Georgius Kovacsich Senquicensis an. 1815.

isthic paucis deductam: „Aliud miraculum Cernekini accidisse scribunt ad Sacellum diuo Leonardo sacrum, vbi Augustinus aquam fontis et tiliam benedicens, curandis languoribus praebuit medicinam; viguit ibidem populorum deuotio, vt Mahomedanis ipsis, dum eorum potestati subderetur, locus sacer sit habitus: atque cum hac tilia Augustinus a pictoribus consueuit exhiberi... Stetit arbor sacra pone S. Leonardi aediculam ligneam (dehinc an. 1752. muratam) per trecentos annos, perpetuo reuiuiscens, ipsis hostibus fidei veneranda; cuius aediculae curam Christiani, minime contradicentibus terrae dominis Mahomedanis, PP. Franciscanis e proxima Bosnia dudum eo aduentantibus demandarunt. Sed de his vberius consule Ferrarium, Tomcum, et Act. SS. mens. Aug. Tom. I. pag. 298."

e) Idem Chron. Prou. l. c. §. 1. seq. Huius Ecclesiae, Conuentus, et adhaerentium tenutorum pro Fratribus fundatrix exstitit Excellentissima Domina *Maria Anna de Petrass*, nata Baronessa de Beckers, relicta vidua Excell. D. Baronis Maximiliani de Petrass, ab expulso abhinc an. 1688. Turca totius Slauoniae Generalis Commendantis ac Dominii Cernek proprietarii, teste fundationis Instrumento Iosephi Springinkler, qua ad hunc actum exmissi a sua Excellentia Plenipotentiarii, dd. 5. Maii 1725. in origine penes Conuentum adseruato, et ad Protocollum Conu. pag. 204. in-

ducto. Quod fundationis Instrumentum, ab redemto per nobilem Familiam Markovichianam (virtute meritisque claram) Dominio, denuo sub 5. Ian. 1754, manu Spectabilis *D. Marci Markovich*, Equitum Vice-Colonelli, primarii huius Dominii Proprietarii, ac Magnifici hodie Domini terrestris ANDREAE aui, roboratum fuit. Cons. Protocoll. Conu. pag. 202. — Paris agnominis, e vetusto Nob. Stemate (referente *Bruson.* Descript. Bell. Ottom. Ital. Sec. XVII. pag. 114.) hod. celebratur: Magnificus D. MATHIAS ANTON. MARKOVICH, S. C. et R. A. M. Consiliarius, Gremialis Consilii R. L. H. Commissionis Studior. Assessor, nec non Typographiae Reg. Scientiarum Vniu. Hung. Director; qui consummata plane supra *octogesimum* annum aetate, publicis Patriae muniis Literisue continuo dicata, huius Bonum adhucdum promouere non cessat. Eius Antenatorum an. 1645. *Caccius* in Dial. Gent. Slauin. edit. Ven. 1801. pag. 172. ad Vodicam in limit. Bosn. et Dalm. aduersus Turcas *heroismum;* tum pag. 238. occasione Belli Creten. (alias *Candia;* Ins. Archipel. de qua cons. Lex. Geogr. Statist. Ioan. Christ. *Seiz*, edit. Pesth. Tom. I. Part. 2. pag. 195.) *bellicam virtutem*, honorifice memorat. Vid. Andr. Kacsic. Dalm. cit. heic pag. 56.

f) Sub administratione temporali Magnifici D. ANDREAE MARKOVICH de Cernek, S. C. et R. A. M. Consiliarii, Tabulae Banalis in Croat. Assesso-

ris, nec non eiusdem Conu. Syndici Apost. cuius felicis reminiscentiae antenati, *Mathias* quippe proauus (sub Augg. Impp. Leopoldo I. Iosepho I. et Carolo VI. Capitaneus clarus) an. 1735. ac tardius ipse Genitor *Stephanus* vsque ad an. 1798. eodem Syndici Apostolici munere praeclare functi sunt. Substitutum vero D. Syndici hodie agit Perill. D. IOSEPHVS GÁAL, Incl. illius Dominii Prouisor.

g) Vid. isthic pag. 52. lit. g.

h) Perinde isthic pag. 79. lit. i.

XVIII.

Conuentus Radnensis; Matris Gratiar. *a*)

In Dioecesi Csanadiensi, b) *Comitatu Aradiensi: c*) *e praeexistente an.* 1551. *Residentia, d*) *vbi gratiosa B. V. M. Icon, multis prodigiis hodiedum clara, ab antiquo colitur, e*) *opera Patrum an.* 1730. *erectus, f*) *subinde a Turcis grauia perpessus, g*) *et a male contentis in patria diuexatus, h*) *ast serius liberalitate fidelium ad elegantiam perductus, i*) *tum sub* 15. *Aug.* 1789. *N.* $\frac{26272}{2877}$ *cum duodecim Sacerdotibus ac duobus Laicis clementer restabilitus; eiatis Parochiae administrationem, Scholae Triuial. ac sustinendae concurrentis Populi pietati, zelose intendit. k*)

Lingua Hung. *l*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Daniel Papsso, Slau. Hung.	17. Iul. 1780.	23. Oct. 1799.	12. Aug. 1802.
R. P. Angelicus Hrabecz, Slau. Hung.	26. Oct. 1782.	6. Dec. 1803.	6. Dec. 1804.
M. V. P. Ioan. Capistr. Banyik, Slau. Hung.	28. Febr. 1795.	25. Sept. 1815.	5. Nou. 1816.
M. V. P. Beniaminus Szily, Hung. C. Pest.	14. Apr. 1788.	4. Oct. 1806.	14. Apr. 1808.
M. V. P. Narcissus Albrecht, Germ. Austr.	6. Apr. 1804.	23. Oct. 1825.	9. Maii. 1828.
V. P. Richardus Battyai, Hung. C. Pest.	13. Aug. 1803.	18. Oct. 1823.	14. Ian. 1827.

Germ. *m*) Illyr. *n*) Valach. *o*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
8. Oct. 1803.	Slau. Illyr. Hung. Germ. Valach.	Guard. Secr. et Cons. Prou. Em. Adm. Par. Rect. Sch. Nat. Bibl. et Protocoll.
6. Iul. 1806.	Slau. Hung. Germ. Illyr. Valach.	Secret. Prou. Em. et Adm. Par. in Suppanek.
1. Ian. 1822.	Slau. Hung. Illyr. Germ.	Vicar. Discr. Conc. Illyr. Ann. Coop. Par. Catech. Sup. Sacr. et Comm. Mag.
26. Dec. 1810.	Hung. Germ. Illyr.	Conc. Hung. Ann. Discr. Coop. Paroch. Exp. Cas. Exh. Laicor. et Spirit. cum facult.
21. Sept. 1828.	Germ.	Conc. Germ. Ann. Coop. Par. et Catech.
27. Maii. 1827.	Hung. Germ.	Coop. Par. et Coadi. Conuent.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
V. P. Michael Griebl, Germ. Bauar.	28. Iun. 1804.	17. Sept. 1825.	7. Sept. 1828.
V. P. Anastasius Balas, Hung. C. Strig.	2. Nou. 1804.	30. Aug. 1826.	25. Nou. 1828.
Fr. Ioannes Sztarily, Hung. Transil.	11. Dec. 1785.	15. Dec. 1816.	3. Sept. 1818.
Fr. Conradus Weszely, Hung. C. Bacs.	11. Nou. 1795.	17. Mart. 1825.	12. Apr. 1826.
Fr. Ionas Brekkél, Hung. C. Szathm.	5. Mart. 1803.	11. Febr. 1826.	7. Sept 1828.
Fr. Antonius Heisz, Germ. Bauar.	24. Maii. 1804.	18. Nou. 1826.	8. Iun. 1828.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
15. Febr. 1829.	Germ.	Coadi. Conuent.
2. Iul. 1829.	Hung. Germ.	Coadi. Conuent.
„	Hung. Germ. Valach.	Laic. Cellar. Ianit. et Comm. VMag.
„	Hung. Germ. Illyr. Valach. Latin.	Laic. Mag. Sch. Nat. et Organist.
„	Hung. Germ.	Laic. Sacr. et ad seruit. Conuent.
„	Germ.	Laic. Coqu. et Proc. Conuent.

a) *Radna*, Oppidum Camerale, ad radicem montis ripamque Marusii, vno cum dimidio a Castro *Solmos* lapide, e diametro Lippae eleganti situ consistens, atque ab altero huius nominis Oppido in Transiluania (cuius Timon Imag. nou. Hung. cap. 16. meminit) distincta; dom. 268. et incol. 1384. numerans; distat — *Buda:* ad ort. CXCV. M. P. seu postis $19\frac{1}{2} = 39$. milliar. geogr. — *Essekino:* CCXXXVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. $23\frac{3}{4} = 47\frac{1}{2}$ mill. geogr. — *Vienna:* CCCLXXVII$\frac{1}{2}$ M. P. seu post. $37\frac{3}{4} = 75\frac{1}{2}$ mill. geogr. — Ad Radnae initia melius pernoscenda, prius vicissitudines oppositi Oppidi Lippensis paucis recensendas summimus. *Lippa*, in aduersa Marusii ripa egregie situata, et ad Comitatum Temesiensem relata (in cuius opposito litore, vbi nunc *Radna*, nihil, praeter arbusta siluamque, erat) parua quidem, olim tamen non male munita; ab exilio *Elisabethae*, Stephani Zapolyae matris, celebris habetur. Illam primum moenibus, tum quatuor propugnaculis, profundaque omni ex parte fossa, conuestierat circa an. 1400. *Georgius* Marchio Brandeburg. Ioanni Coruino sanguine iunctus, et Wladislai II. Regis Hung. e sorore nepos; quae a *Ioanne Peteone* turpiter deserta, ac praesidio destituta, in barbarorum subinde potestatem transiit an. 1551. Ast eodem anno Ciuitas auxilio Germanorum et Italorum, quos *Ioannes Baptista Castaldus* (a Ca-

rolo V. vna cum *Sffortia* aliisue praestantissimis viris in Hungariam missus, vt Ferdinandum Regem ope et consilio iuuarent) in Transiluaniam deduxerat, ac virtute Hungarorum et Transiluanorum militum, quos *Fr. Georgius Dalmata*, *Andreas Báthory*, *Franciscus Patochy*, et *Saxonum* vniuersitas conscripserant, Turcis vicissim eripitur die 28. Nou. In Vrbe et Arce 4000. Turcarum erant, post oppugnationem 2,300. desideratis; occupatis portis Germanica praesidia imponuntur: *Vlmanbeg* Pasha cum 300. fere Turcis, a Georgio saluum conductum impetrans, Arce excessit; sed in itinere a *Melchiore Balassa* prohibitus, leuibus aliquot praeliis vtrinque commissis, cum exiguis copiis ad suos reuertitur. Eodem anno idem *Georgius* ex Ord. Eremit. Paulin. qui ob fidem singularem a Ioanne Rege in Thesaurarium, Episcopum Varadinensem, et post obitum Regis in supremum Locumtenentem filii Regii in Transiluania electus fuerat, quique in pago Báthor post habitum cum *Nicolao Graff* Ferdinandi Praefecto colloquium a Turca deficiens Ferdinando Transiluaniae gubernationem obtulerat, vir magnae in Hungaria auctoritatis, et a Pontifice Cardinalis creatus, ob suspicionem Turcicae societatis ac Regni adfectationem, in Arce *Vyncz* a Sffortia aliisue Italicis militibus repetito gladii ictu caesus est, testibus Bethlen. Hist. Lib. IV. pag. 173., et Ioann.

Bruto Epist. Lib. II. de cuius nece Pontifex quaestionem habere iussit. Cons. Sigleri Chronol. Hung. Lib. II. cap. 1. Pari tempore *Beglerbegus*, supremus Solymanni Capitaneus, Arcem *Betsche* ad Tibiscum tota nocte machinis bellicis vexatam, mane 19. Dec. 1551. cepit. Deinceps Lippa varias bellorum vices experta, et Turcis identidem subesse coacta fuit. Interea ad annum 1596. iterum in manibus Christianorum erat; vbi narrationem Timonis l. c. pag. 93. audire libeat. Sub initium antememorati anni, *Bathorius* Princeps Pragam concessit, ad consultandum cum Rudolpho Augusto; absente eo Caranshebesienses, Lugosienses, et his finitimi christiani milites Pasham Temesiensem, cum octingentorum virorum comitatu Budam tendentem, profligauerunt ac despoliauerunt. Opinione celerius Bathorius e Bohemia in prouinciam reuersus, concilium Ordinum Claudiopoli coëgit; in quo deliberabatur de Lippa maiori praesidio munienda: sciuerunt itaque Proceres, Lippam quaternis millibus armatorum firmare. Ipse dehinc Bathorius, commisso fidei *Stephani Bocskaii* Varadino, in Pasham Temesiensem, Lippam obsidentem mouit, famaque sui aduentus soluit obsidium, quod quatuordecim dies iam tenuerat. At, an. 1613. *Gabriel Bethlen* eiusdem Prouinciae moderator (*propter suum potius quam boni publici emolumentum*, inquit Szerdahel. Chorogr. Hung.

pag.

pag. 180.) eam Turcis denuo tradidit; quae subinde an. 1688. armis Leopoldi I. recuperata; postremum an. 1695. in Turcarum manus iterum transiit, a Sultano acriter obsessa, et quingentos praesidiarios Christianos, qui deditionis pacta abiecerant, trucidatos deplorans: tandem an. 1716. ab capta a nostris Temesia, huius quoque Ciuitatis rudera nostri iuris absque vlla violentia facta sunt. Haec itaque olim Ciuitas elegans Ordinis nostri Monasterium complectebatur, aedificatum per Carolum I. Regem Hung. et Reginam eius consortem Elisabetham an. 1327. in honorem S. Ludouici Tolosani Ord. S. P. Franc. qui eo tempore (anno nimirum 1316.) in album Sanctorum relatus fuerat; testantibus tam domesticis MSS. in Aduersar. Lib. II. quam exteris monimentis. Fuit huic Conuentui vita durante fundatrix Regina Elisabetha intime addicta, ac etiam moriens vltimis Tabulis an. 1380. ita de eo disposuerat: *Claustro S. Ludouici de Lippa vnum calicem aureum, perlis et gemmis ornatum, in superiori Capella habitum legamus etc.* Vid. Schmidt Hist. Episc. Agrien. ad an. 1380. Fuere in hoc Conuentu Capitula Prou. celebrata an. 1342. 1345. 1352. 1359. Anno demum 1492. remotis Conuentualibus mandato Nicolai V. traditus fuit *Vicariae Bosnen. Obsu.* fide publici Instrumenti Thomae Amadaei de Ferraria Vicarii Strigon. apud Frid-

rich, Hist. Prou. Hung. Part. I. cap. 2. n. 20. seq. quem sub dimidium Sec. 16. ad Custodiam Bacsiensem relatum, arguit Tabula Capituli Varadien. an. 1533. Guardianum P. Matthaeum de Beelkez denotans. Desertus tandem fuit a Patribus an. 1551. postquam Vrbs ista Mehemeti Pashae turpi Christianorum ignauia cessit, ac loci Guardianus P. Franciscus Szegedi ab haereticis apud barbarum falso insimulatus excruciatus fuit. Barbarus scilicet conspiciens in Ecclesia praegrandes plumbeas fistulas, quibus inter obeunda sacra (*Organum* dicimus) modulari solent, cuique vsui essent? percunctatus, inflari iussit, et cum sonum gratum auribus ederent; collaudauit, Guardianum tamen virum pium doctumque cum illius Templi curatore, ab haereticis falso insimulatum ac innocentem, quod absconditos in locis templi secretioribus thesauros haberet, extractis quinque dentibus totoque corpore male mulctatum barbarica feritate excruciauit. Ita Istuanfi Lib. XVII. ad an. 1550. Ab eo itaque tempore, quo barbarus prima vice Ciuitatem Lippensem, vna cum Fratrum Conuentu igne ferroque depopulatus est, huius Ordinis ac Prou. potiores cum Christicolis, ex alia pone Marusium ripa, in exiguis domunculis incolatum defixere, taliterque Oppido *Radnensi* (pace Carlouicensi an. 1699. Marusio pacis linea constituto, ad Caesareos redeunti) exordia dedere; remansis

paruo numero Lippae Christianis, sub toto Turcarum dominatu, seruitia spiritualia perinde exhibentes, teste Lippensium documento dd. 2. Sept. 1702. hisce: *Nos Catholici et Incolae Lippenses* (subscripti 14.) *in Domino sincere attestamur, PP. Franciscanos hic existentes semper fuisse nobiscum, et nunquam nos deseruisse; etiam cum periculo vitae ipsorum multis in occasionibus vsque ad hodiernum diem; ac tandem post tot tantasque deuastationes, irruptiones, et depopulationes huius loci, nos hinc inde dispersos congregarunt huc, et cum omni charitate, exemplaritate, atque animarum zelo manutenuerunt, et manutenent etc.* Cons. Chron. Prou. Part. II. pag. 271. Ex quo etiam, quid portio Cath. gregis Lippensis huic Prouinciae eatenus in acceptis referendum habeat? pronum est concludere; quin imo, iam sub dimidium Sec. 15. *S. Ioannem Capistranum*, ab Oppido Lippen. literatorie an. 1455. exoratum, isthic praedicasse, multosque ad fidem conuertisse, testatur Hermann Hist. S. Capistr. Sect. XXIII. cap. 14. pag. 512.

b) Vid. isthic pag. 383. lit. b.

c) Perinde isthic pag. 384. lit. c. In huius Comitatus ambitu, tria insuper loca circa Radnam nostram attentionem merentur: — I. *Solmosium*, Arx ad Regni fines tutandos, haud a Solymanno vel sub nomine eius filiae (vt perperam quidam

vendunt) sed sub incursu adhuc Tartarorum probabilius structa, praealtae rupi imposita, ac serius duplici muro profundisue fossis egregie munita, ruinis veteris Arcis Lippensis in aduersa Marusii ripa opponebatur. Vtraque condam tempore Mathiae R. erat iuris haereditarii Comitum *Banffy*, teste Gregoriancio in Collect. Miscell. Matth. Bel. pag. 114. quo iure Nicolaus Bánffy de Alsó-Lyndua intimus eiusdem Regis Consiliarius, ob adinuentas varias criminationes huius offensam incurrens, perpetuum excidit, biennalemue captiuitatem (nobilissima consorte *Siesita* prorsus nescia) ferro oneratus sustinuit. Casus iste prout mirabilis, ita Nicolao eiusque haeredibus damnosus exstitit; quem Rex non aliter, nisi ademtis Lippa ac Solmos arcibus, et *Georgio* Marchioni Brandeburgensi traditis, liberum dimisit: dehinc *Ioanni Zapolyae* Interregi, cui haec plaga iuxta innitam cum Ferdinando Caesare transactionem obtigerat, cessis. Eas Nicolai filius *Ioannes Bánffy*, constantissimus ille vir, quem a Regis Ioannis fidelitate, quam ei iurauerat, nulla rerum tempestas dimouere potuit, et qui sub eodem Rege Palatinatus honorem gessit, licet multum laborauerit reobtinere tamen non potuit; prout et huius filius *Stephanus Bánffy*, sub Rege Ferdinando Dapiferorum Regalium Magister, licet multum frustra tamen, pro iis contenderat: donec, ambae vna cum Temesuár,

sub dimidium Sec. 16. in Turcarum potestatem recidissent. Arx *Solmos*, prout ante 118. annos profunda fossa vndique ducta communiebatur, teste Bombard. Topogr. Hung. pag. 135. ita hodiedum nobis, alternis vicibus (an. nempe 1816. et 1829.) eam vsque ad penetralia propriis oculis lustrantibus, post tanti excidii ruinas sese conspiciendam praebuit. Multa heic prioribus temporibus cum Transiluanis, multa cum Turcis concertatio; vti propugnaculis ad extrema sepositis contingere solet: postremis tamen annis, nihil peculiare Historicis adnotandum suffecit. — II. *Simánd*, Oppidum amplum, iuxta fossam et vallum Aradinum versus procurrens: opus Traiani Imp. quod obiecit *Decebalo* Daciae Regi, ab improuiso pro more erupturo ac Legiones oppressuro; apud Nagy Statist. Hung. Tom. I. pag. 28. — III. *Világos*, olim Vrbs, binis religiosis Domiciliis conspicua, sed Tartarici furoris victima: ad pedem excelsi montis conspicitur Arx (cuius Tabulae Capituli Budensis, de donatione *Georgii* Despotae Rasciae *Paulo Birinio* facta, e prototypo desumtae, ad an. 1422. meminere) ruinis suis iam sepulta, et captiuitate *Michaelis Szilagyi* Gubernatoris Hung. coqui sui opera an. 1459. exinde eliberati, memorabilis; illius mentionem facit Timon, l. c. pag. 31.

d) Potiores huius Prou. Patres, ab depopulata a Turcis an. 1551. Lippa, cum Christicolis

quamplurimis in dextram Marusii ripam commeasse, ibique iactis pro hodierno Oppido Radnensi fundamentis, nouam *Residentiam* defixisse; iam supra memorauimus, atque idem paulo infra vberius euoluemus.

e) De origine huius *gratiosae Iconis*, consistentisque veteris ecclesiolae, quaedam vberiora isthic deducere libeat. Post immanem Lippensis Monasterii an. 1551. a Turcis depopulationem, Patres potiores cum maiori Christicolarum parte horsum ad dextram Marusii ripam semet retrahentes, eodem anno in colliculo (cui hod. Basilica insistit) montibus siluisque eotum septo, aediculam diuino vsui sacram collocarunt, piae cuiusdam matronae viduae sumtibus exigua forma constructam; quam dehinc insequenti Seculo quidam intemeratae Matris cultor Catholicus Bosnensis *Icone B. V. M.* ex Remondiensi comparata Calcographia donauit; quae serius, ab euidentibus prodigiorum indiciis (per oculatos facti testes, Illustriss. D. *Iacobum Salpek*, *Thomam Gomilcsevich*, aliosque in Chron. Prou. Part. II. pag. 276.) proditis, iam an. 1665. illustris euasit. Barbaris, ex capite negati publici Religionis Cath. exercitii aediculam subinde demolientibus, P. *Andreas Ianich*, loci Praesidens et Parochus eam denuo animose instaurauit; ob quod, ad *Begi* Commendantis Lippensis, atque *Cadii* primarii in spiritualibus Iudi-

cis Tribunal ductus, cippoque subiectus ad pedum plantas grauiter fustigatus exstitit: quem pii Catholici, aduerso sui Pastoris fato compatientes, linteo impositum ad Casam religiosam, vbi cum vno adhuc alteroue Religioso residentialiter habitabat, Radnam deportauere. Resumtis postea viribus a pie coepto conatu haud destitit, sed profectionem eapropter Constantinopolim ad Sultanum instituit; quo graui cum incommodo et expensis non modicis perueniens, facultatem redintegrandae praedictae Aedis adipiscitur. Hinc redux Pasham Ienouiae conuenit, cuius Gubernio etiam Banatus suberat: recognito itaque per eundem Sultani Diplomate, reque Bego Lippen. et Cadio in fauorem instantis resoluta ac recommendata, quatenus termini admissionis non excederentur, dimissus est. Abhinc, adhibitis mensoriis funiculis, et in concursu Commissionis conformiter Diplomati, ruinata aedicula (cuius latitudo quatuor, longitudo nouem orgiarum erat) per praefatum Patrem denuo restaurata fuit. Praementionatis subinde Praefectis alio dispositis, nouisque Gubernatoribus Turc. admotis, dum alterius Religionis homo Sultani admissione nixus, a sibi subiectis *fumariam* colligeret (est autem fumaria, apud eosdem *dimnjarina*, certum stipendium a quolibet hero, qui caminum habet, praestandum) eandem etiam a Catholicis exigere ausus est, cui propterea

dem P. *Andreas Ianich*, ceu communis vnicusque Catholicae plebis Radnensis defensor, in faciem restitit; proinde inique Praefectis Turc. delatus, quasi admissioni Sultani repugnare voluisset, impii hominis circumuentione ad supplicium destinatur. Cumque impalationi adiudicatus, ipsum sibi praeparatum palum propriis humeris ad locum supplicii deferre iussus fuisset, in procinctu *Clausulae* Imperatoriae, quae Catholicos a praestatione fumariae exemtos esse in Diplomate exprimebat, meminit; hinc prolata eius rei scripta firmitate, a supplicio absoluitur. Parum deinceps vixit; siquidem, exortam luem pestiferam Sacramenta administrando ipse contrahens, aerumnis praesentis vitae ereptus, ad copiosam euocatus retributionem transierit. Porro an. 1695. quo Solymanus capta denuo Lippa, praeter 500. praesidiarios Christianos, 1700. insuper eorum ad suum papilionem caedi iussit (sequiori sexu et paruulis in captiuitatem abductis) eadem occasione aedicula sacra a Turcis equitibus, eam subeuntibus (vngula equi in marmore, hodie parieti Eccl. adcommodato, mirabiliter expressa) succensa ac in cineres conuersa fuit; gratiosa Icone *chartacea* sub iisdem prodigiose recomperta. Aedicula dehinc, ab conclusa an. 1699. Carlouicii pace, opera Patrum tertio restaurata, ac succedente Seculo (largitate fidelium, *Armenorum* opera, et PP. *Hier. a Ba-*

csino Blasiique Abramovich, studio) in magnificam Basilicam conuersa; tum an. 1820. a Sua Eminentia S. R. E. Cardinali, Principe Regni Hung. Primate, et Archi-Episcopo Strigon. ALEXANDRO A RVDNA (qui in illa eodem anno Pallio Archi-Episcopali decoratus fuit) solemni Consecratione memorabilior reddita, exstitit.

f) Vid. Chron. Prou. l. c. pag. 277.

g) Iam ex hactenus enarratis, quanta heic Patres sub diro Turc. iugo perpessi sint; colligere licet. Antememoratum P. Andream in officio et administratione excepit P. *Ioannes a Plumbo*, haud mediocriter Turc. idioma callens, artisque medicae peritus, atque ideo Bego et caeteris Turc. antesignanis acceptus, sed alienorum criminationibus fere in discrimen vitae coniectus fuit. Is equidem cum suis Correligiosis in quadam Casa inferius in Oppido habitabat, et ad maiorem cautionem ferialibus diebus nonnunquam in condecenti domuncula, conuocatis tintinabulo Catholicis, Missam celebrabat; qua occasione capta alterius ritus aemuli P. *Ioannem* Turc. Praefectis deferunt, qualiter nempe aliam praeter admissam, atque ideo duas vsurpet Ecclesias. Hinc, dum vna dierum sacris indutus Vestibus ad peragendum Sacrificium accingeretur, ad huius inchoationem adsunt *Ianicsari* a Praefectis submissi, ad capiendum et Tribunali sistendum Patrem; quo comperto Catholici, qui Sacrum au-

dituri conuenerant (more vet. fidelium ac illius aeui Christicolarum, lucanis horis ante coepta ser-uilia opera *Diuinis* assistentium; vid. Chron. Prou. an. 1823. pag. 182. lit. c) sese coarctare incipiunt, ad impediendam sacrificaturo Patri molestiam et violentiam sibi a Turcis impendentem: atque ipsi Ianicsari conquieuere vsque ad consummationem Diuinorum. His immediate absolutis, vt erat sacris Vestibus indutus et *Casula* (hodiedum in Sacristia Radnensi prostante) ita ad Praefectos Lippam deducitur; animosioribus Catholicis insequentibus, ac exitum rei speculantibus. Abhinc P. Ioannes ad concilium Turc. introductus, ab adsurgente Bego Turcica salutatur lingua: *Os geldi Papas* (bene veneris Pater) quem modeste resalutat Ioannes, inquiens: *Suffa geldi Sultanum-Beg!* postea eiusdem Praefecti manu moderate apprehensus, penes sedere iussus est; cur isthoc haud leue reuerentiae signum Patri a Praefecto exhibitum sit? nouerint Superi. Exinde Begus eundem allocutus ait: *Tu duas habes Ecclesias?* Reponit ille: nequaquam ita est, Sultanum — Beg! sed vnam, illam nempe in colle supra Oppidum possideo. Replicat Begus: *Tu hodie Ochui* (hoc est Diuina) *fecieti inferius in Oppido, non autem superius; sed Ochui debet fieri in Ecclesia, non autem extra illam: igitur vobis sunt duae Ecclesiae.* Ad haec P. Ioannes simplici Catholicae Fidei doctrina imbu-

tus, atque Christi dicentis: *Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quod loquamini*, Matth. cap. X. v. 19. virtute protectus, ad simplex argumentum simpliciter, et pro Turcarum genio adcommode, in promtu respondit: *Sultanum — Beg! quemadmodum in vestra lege non potest vocari Moschaea, vbi adest fornax, sic nec in mea; sed vbi ego habui Ochui* (id est Diuina) *ibi est fornax: ergo non est Ecclesia, nisi illa supra Oppidum.* His auditis mittuntur a Praefecto exploratores, in rei veritatem inquisituri; qui retulerunt, ita se rem habere. Tunc Pater Ioannes in conspectu vniuersi coetus declarationem subiunxit: *Mea lex mihi non prohibet in casu necessitatis Ochui peragere in domo aut campo, vel sub arbore aut tentorio* (Patres enim priuilegio Missionis armati erant) queis prolatis, incolumis dimittitur; Catholicis eum Radnam cum iubilo reducentibus. Haec, praeter Chronici Prou. l. c. pag. 275. recensionem, nominatim a quodam grandaeuo incola Radnensi *Petro Terkosich*, Turcicae linguae peroptime gnaro, qui praefatae interfuit tragoediae, nonagenario senecioni P. *Stephano Nouoselich* (cultum Matris Gratiarum Radnae curanti) conscientiose narrata fuere.

h) A grassatoribus *Rakoczianis* an. 1707. hanc plagam vastatam, ipsumque Aradinum obsi-

dione tentatum, sed cum graui hostium detrimento liberatum; meminit Bombardi Topogr. Hung. pag. 134. Ea tempestate plures e Catholicis caesi fuere: matrona quaedam *Germana* in sacra aedicula, ante aram genuflexa, decollata ibique sepulta; Pater autem *Augustinus Benkovich* (gratia curationum illustris) a seditiosis inuasus, Lippam ad Turcas fuga sibi consuluit, dumque stricto ense a seditioso insectaretur, Turca Patrem protegente, insidias declinauit; plura eatenus recenset Chron. Prou. l. c.

i) Nouum Conuentui residuum *tractum*, ex quo elegantissimus Lippae totiusue plagae prospectus visitur, an. 1825. impigro studio adiecit, gradus *lapideos* deduxit, aras *marmore* decorauit, et ad summum hodie prouexit P. *Daniel Papsso*; cuius isthic pag. 522. meminimus. De eleganti plagae illius abhinc prospectu cuiusdam Itinerantis per Hung. an. 1808. recensionem, pag. 16. seq. heic audire libeat: „Als ich die Kirche, und das Kloster ganz besehen hatte, fiel mir ein, dass ich schon oft von einem Fenster hörte, wo man eine besonders schöne Aussicht haben soll. Ich fragte darnach, und Iederman wusste es mir zu zeigen. Ich schritt rasch mit hallenden Schritten durch den langen helldunkeln Gang, der in eine Ecke hinführt. Man kann seine Schritte nicht zu sehr beflügeln um dahin zu gelangen. Tief am Fusse des

Berges; gerade unter dem Fenster, sieht man ein Gewühl von Tausenden; Pferde und Wägen bedeckten den Platz der dicht vor der Kirche liegt. Das geschäftige Volk drängt sich rastlos auf einen Weg, der durch an einander gereihte Hütten geht, in denen man Bilder, Gebetbücher, Rosenkränze, Galanteriewaaren, Spielereyen für Kinder, Honigkuchen, und hundert Kleinigkeiten verkauft, der Stiege zur Kirche zu. Mehr links wird unter geräumigen Zelten gesotten und gebraten, und zahllose Hände sind dabey beschäftigt das Bedürfniss des Magens zu befriedigen. In anderen Hütten werden verschiedene Dinge von Wachs feilgeboten, Hände, Füsse, Augen, Ohren, und ganze Figuren etc. Weiter vor sich sieht man die schimmernde Marosch. Ihr schönes Ufer strotzt von Menschen die sich alle auf die immerbeschäftigten Fahrzeuge drängen, und oft mehrere Stunden lang warten müssen, bis die Reihe an sie kömmt. Eben so viele wollen von Lippa herüber, das gegenüber an dem Ufer so angenehm liegt, als hätte es du Vivier gemahlt. Wer Ofen und Pest sah, mag einen deutlichen Begrif davon haben. Rechts begränzen die Banater Berge in sanften Lagen den Gesichtkreis, an deren Fuss die Marosch mit Mühlen überdeckt in schnellen Wellen vorbey eilt. Links überraschen die Solmoser Ruinen das gierige Auge, das in eben der Richtung aufmerk-

sam den Fluss verfolgt, dessen Bette sich zwischen schön gruppirten Bergen der Arader und Temescher Gespannschaft verliert. Das in einander fliessen dieser Gruppen, das Verhältniss der einzelnen Theile, und endlich, wenn ich mich so ausdrücken darf, das übermahlen des Ganzen, ist keiner Feder vorbehalten. Wenn ich meiner Uhr Glauben beimesse, so stand ich recht lange hier, und trennte mich so schwer, so schmerzhaft — als ich hätte doch nur wenig hier verweilt! Ich vergass dir zu sagen, dass das erste was mir in die Augen fiel als ich hier ankam, ein kleiner Obelisk war, der auf dem Berge hinter der Kirche gegen die Seite zu liegt, wo man von Arad kömmt. Der Anblick von der Ebene ist ungemein reitzend, und bildet ein recht niedliches Gemählde; das immer auf und abströmmende Volk macht die Scene belebt, und angenehm. Ich stieg nun hinauf, und fragte unterwegs einen der Wallfahrer was der Stein wohl bedeuten möge? Wohl nicht mehr, sagte er, als dass die Aussicht von dort sehr schön sey; und weil sie Kaiser Ioseph II. so lobte, darum setzte man ihm eine Säule. Ich sah zwar als ich hinkam eine schöne Gegend, dachte aber, Kaiser Ioseph müsse gewiss nicht vom Eckfenster des Klosters die Gegend besehen haben, weil er hier ein besonderes Wohlgefallen äusserte; denn wirklich ist die schöne Aussicht von hier, nur an und für sich

schön, nicht aber in Vergleich mit der, die ich kurz zuvor bewunderte. Lippa sieht man nur halb, der Platz vor der Kirche entgeht dem Auge ganz, grosse Bäume die die Rückseite bedecken benehmen gänzlich die Aussicht auf die schöne Gebirgskette, und die herrliche Ruine. Eine fruchtbare Ebene, auf der sich das stolze Gebäude von Neudorf mit erkünstelten Anspruch empor hebt, bemüht sich vergebens das Auge zu entschädigen. Nun betrachtete ich den Obelisk" *etc.*

k) Sub Administr. temporal. Spect. D. Ioannis Georgii Klespitz, Transport. Sal. Commissar. Reg. Pensionat. et eiusdem Conu. Syndici Apost. nec non Bartholomaei Antolovich, incolae Radnen. ac Substituti Synd.

l) Vid. isthic pag. 70. lit. h.

m) Perinde isthic pag. 79. lit. i.

n) Etiam isthic pag. 52. lit. g.

o) Aeque isthic pag. 391. lit. k.

XIX.

Conuentus Földuariensis; S. Annae Matris B. V. M. *a*)

In Dioecesi Quinque-Ecclesiensi, b) *Comitatu Tolnensi: c*) *e praeexistente Sec.* 16. *primum Tökölini, vnde sub Turc. iugo spiritualia isthic cu-*

rabantur, *d*) *tum cum lapsu Sec.* 17. *heic loci Residentia*, *e*) *opera Patrum an.* 1750. *erectus*, *f*) *tum sub* 24. *Sept.* 1788. *N.* $\frac{4}{8}\frac{2}{7}\frac{7}{7}\frac{7}{8}\frac{}{1}$ *cum duodecim*

Lingua Hung. *h*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Augustinus Nemes, Hung. C. Alben.	20. Sept. 1780.	18. Dec. 1802.	18. Dec. 1805.
R. P. Antonius Peska, Slau. Hung.	27. Mart. 1784.	26. Iun. 1817.	29. Iun. 1820.
M. V. P. Marcus Leuthauser, Germ. Hung.	27. Nou. 1783.	28. Mart. 1802.	27. Nou. 1804.
M. V. P. Philip. Mayerhoffer, Germ. Hung.	22. Ian. 1784.	13. Nou. 1803.	22. Ian. 1805.
M. V. P. Pacific. Tamaskovich, Slau. Hung.	28. Febr. 1783.	4. Oct. 1806.	4. Oct. 1807.

Sacer–

Sacerdotibus et duobus Laicis clementer confirmatus; Nouitiatum curat, ac tribus linguis Populo fideli iugiter inseruit. g)

Germ. *i*) Slau. *k*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
6. Ian. 1806.	Hung. Germ. Illyr. Slau.	Guard. et Adgreg. Prou.
1. Nou. 1820.	Slau. Hung. Germ. Illyr.	Nouitior. ac Cerem. Mag. et Exh. Discr. Bibl. Exp. Cas. ac Spirit. cum facult.
30. Ian. 1808.	Germ. Hung. Illyr.	Vicar. Discr. Suppl. Concionat. Germ. Sup. Sacr. Comm. Mag. et Spirit. cum facult.
8. Febr. 1807.	Germ. Hung.	Missionarius Americae Septentrional. in Caneuago.
15. Iul. 1812.	Slau. Hung. Germ.	Conc. Slau. Ann. Discr. et Spirit. cum facult.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
M. V. P. Ladislaus Göthér, Hung. Transilu.	14. Nou. 1792.	21. Oct. 1815.	21. Oct. 1816.
M. V. P. Isidorus Torma, Hung. C. Comar.	23. Iun. 1804.	11. Nou. 1822.	22. Dec. 1825.
M. V. P. Theodosius Nagy, Hung. C. Barany.	8. Oct. 1801.	8. Sept. 1824.	11. Dec. 1825.
V. P. Georgius Tidry, Hung. C. Toln.	17. Mart. 1781.	25. Nou. 1806.	25. Nou. 1807.
Fr. Thomas Koch, Germ. Hung.	16. Iun. 1773.	23. Nou. 4801.	23 Nou. 1802.
Fr. Hermann. Beckhaus, Germ. Bauar.	15. Aug. 1772.	14. Oct. 1792.	15. Oct. 1793.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
28. Oct. 1821.	Hung.	Conc. Hung. Ann. Discr. et Spirit. cum facult.
15. Aug. 1828.	Hung. Illyr.	Conc. Hung. Fest. Organist. et Instr. Cler. in Cant. et Org.
25. Ian. 1826.	Hung.	Conc. Hung. Ann. et Coadi. Conuent.
22. Oct. 1809.	Hung.	Sacellan. in Körköny.
„	Germ. Hung.	Laic. Cellar. Proc. Conu. et Comm. VMag.
„	Germ.	Laic. Sart. Sacr. et Ianit.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Iosephus Sárközy, Hung. C. Iaur.	4. Iun. 1796.	11. Iun. 1819.	11. Iun. 1820.
Fr. Leopoldus Pirzer, Germ. Austr.	15. Febr. 1792.	7. Dec. 1814.	16. Febr. 1816.
Fr. Adrianus Braun, Germ. Bauar.	11. Apr. 1804.	20. Oct. 1828.	

a) *Földuarinum*, a S. Stephano Proto-Rege Hung. *Zemogny* in Diplom. an. 1009. nominatum, et olim *Abbatia S. Helenae* PP. Benedictinorum: hodie dom. 1659. et incol. 8979. numerans; distat — *Buda:* ad merid. LXII½ M. P. seu postis 6¼ = 12½ milliar. geogr. — *Essekino:* CXXVII½ M. P. seu post. 12¾ = 25½ mill. geogr. — *Vienna:* CCXLV. M. P. seu post. 24½ = 49. mill. geogr. — *Anamatiam* Romanorum (in qua Equit. Dalm. Notia locat) Földuarino respondere, constans est Antiquariorum sententia; quare, qui Lazium Reip. Rom. Lib. XII. Sect. 3. cap. 7. secuti ducem (vti

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
"	Hung. Germ. Illyr.	Laic. Quaest. et ad seruit. Conuent.
"	Germ.	Laic. Coqu. Hortulan. et ad seruit. Conuent.
"	Germ.	Laic. improf. Sart. et ad seruit. Conuent.

Szerdahely Chorogr. Hung. et Papanek Geogr. Comit. Barany.) Anamatiam *Mohacsio* tribuunt, vel ex ipsa Tabulae Theodos. ac Hodoeporici mensura erroris coarguuntur. Restant nobis adhuc mansiones Romanorum itinere Budensi vsque Mohacsinum depromendae; quas e memorata Tabula Theodos. sociis Hodoeporicis ita persequimur: I. *Campona* (in qua Equit. Dalm. sub dispositione Ducis Prou. Valer.) hod. Promontorium. — II. *Tautantum;* e Notit. Imp. hod. Tetiny (opinione Schoenuisneri) respondere dicitur. — III. Erat quaedam inscriptio *Erdini* (alias Hanzabeg) in

qua Tib. Claudianus, Imp. Seuero Legatus propr. *Praesidium vetustate coll. mutato loco, manu Militum restitui iussit.* Doctissimus Schoenuisn. isthoc putat ruinis *Kutyauári* respondere; subtilis vero Katanc. Geogr. vet. Part. I. post Com. Marsilium, ad agros Hanzabeg inter ac Tetiny transfert: nos illud, donec certiora sciuerimus, ex Tab. ab Aqu. XXIIII. M. P. Erdini linquimus. — IV. *Matrica* (vbi Equit. Promot. iuxta Lib. Notit.) in solo hod. Ercsin. Insignem ibi olim Abbatiam *de Erchi* S. Nicolai Episc. fundatam circa an. 1260. a Thoma Palatino Regni, quam postea an. 1499. possederint Eremitae Augustiniani; memorant Prou. Aduersar. Lib. X. n. 12. — V. *Vetussalina* (in qua Equit. Dalm.) hod. *Adony:* cuius epitheton *vetus* ostendit loci antiquitatem, quam etiam viae militaris vestigia, opera figlina, lapides epigraphici, et numi abunde testantur. Ast, patrii Scriptores heic loci vrbem *Potentianam* se reperisse putant, ex Lapide quodam apud Pazmandi, pag. 313. ita producto: — *tans Ccholm. Pot. Herc. — Abiis. DD. Ado. Cl. Flo. S. Pe. Huc - Deducta Itrm Col. Neapot. — Cels. Ved Veterais Ac Muearìis B. Me. Excep. Ili-s. Gal. Qi. Ger - Gothiq. Dic. Et. I. No. N. G. M. — Cinc. Torso III. Vir. D. M C E — Ano I. Imp. F. Claud.* De qua vrbe Szerdahely Chorogr. Hung. Part. I. pag. 29. seq. amplius ita disserit: „Celebrem fecit Potentianam

prima Hunnorum ad eam victoria; perinde si futurae suae potentiae seu praeludia seu auguria non alibi magis edere decuisset gentem Hunnicam, quam ad vrbem *Potentianam*. Etenim, posteaquam Ducibus Bela, Chèua, et Cadica anno salutis partae 373. Pannonias primum subingressi positis ad Tibisci ripam castris consedissent, *Maternus*, alias *Matrinus*, ac forte etiam idem, qui Macrianus, quorsum non inuitati hi hospites collinearent non dubie assecutus, aduersus Gentis trucis, horridae, et ante hunc diem incognitae multitudinem inconditam *Detrici* tunc rerum in Germania potiti auxiliarem sibi manum adiungit, vnita virtute fortior, torrenti huic repagulum confidentius obiecturus. Ergo lecta praepropere militum manu egregia, in eo, quem *Százhalom* dicimus, campo consedit, vnde non multum Potentiana aberat, situ loci Romanis munitionibus, aliisque peropportunis praesidiis bello idonea sustinendo. Hac in Vrbe dum longius consilia, et quod dicitur, capita conferunt Maternus Praeses Romanus et Detricus, ac subinde in papilionibus ad Potentianam pro amoenioris campi libertate agunt, re comperta ab Hunnis, traiectoque infra Budam, beneficio vtrium Danubio (quod fieri posse, ne cogitatum quidem a Romanis) repente nocte intempesta Romanos, et Germanos somno sepultos inuadunt. Elato scythico clamore, vt in re subita, animus somnolen-

tus praemature excitatis hostibus fuit. Quid rei, quid consilii caperent, non satis intelligentes, viarum ad haec peritissimi, cum euadere se posse non desperarent, fugae se dedunt; Hunni fugitiuos insequi, nocte integra caedere, trucidare, ferro omnia litare et bello. Prima haec victoria ad noctis tenebras, illustres, et conspicuos effecit Hunnos, non diu tamen ea vsos (difficilius siquidem plurimis victoria recte vti, quam vincere fuit) post paucos enim dies recollectis suorum reliquiis *Matrinus* et *Detricus* adorti, par pari reposituri videbantur. Animis obstinacissimis diu cum ancipite Marte esset pugnatum, denique inclinata Hunnorum acies retrocedere. Sed Hunni, qua prius celeritate Danubium traiecerant, eadem remensi, mox extra hostium suorum oculos, et tela fuere. Vicena et quina supra centum Hunnorum millia hoc in praelio desiderata feruntur. Hostium ducenta, et decem millia. Dubites, cui secundo bello parti secundauerit victoria? fugatis Hunnis, at prope deletis Romanis, atque Alemannis. Funesta, et atrox pugna, et ideo digna referri, quae Potentianam fecit memorabilem. Sic inter clades, et palmas potentia educari coepit gentis fortissimae aliquando, donec et *Materno* paulo post occiso, et *Detrico* in fronte sagitta vulnerato tertium congressi, secundo victores Hunni tantam sibi venerationem pepererunt, vt qui eorum potentiam, quartum ex-

periri vellet, repertus tam cito fuerit nemo. *Detricus* certe amicus esse Hunnorum maluit, quam hostis, mox etenim ad Hunnos transgressus diu stipendiis Attilae meruit miles adeo fortis, et felix, vt passim immortalis, patria phrasi *Halhatatlan* diceretur. Potiti dein Hunni Potentiana, imo et omni qui eam firmat, et honestat tractu, potentiam eo extenderunt, vt limites vix sciret. Certe occidenti toti exitium minitari, quam inanes non essent viribus fretae irae ostendissent, nisi sic monderante belli vices exercituum Domino, vim Hunnorum in campis Catalaunicis Aetius, ac postea Aquileïae expeditio fregisset.“ Nos interea, si (quod candide sentimus) proloqui licet; paucis animaduertimus: Pazmandianam epigrapham praeproductam, quam Katanc. Geogr. vet. Lib. V. pag. 448. iure inter *supposititias* refert, nemo mortalium lecturus erat, ni ipse epigraphes architectus mentem suam ita prodidisset: *Distans hic olim Potentia Herculis, a barbaris deuastata, deflagrata, a diuo Claudio titulo superiori patente huc deducta iterum colonia Neapotentia; colonis vero veteranis ac munerariis bene merentibus, exceptis illis Gallis, qui Germani Gothique dicuntur, et iure nostro non gaudent. Marcus Cincius Torso triumuir decretum manifestum curauit exequi, anno primo Imperii Flauii Claudii.* Haec nempe est illa celebris Pazmandiana epigrapha, quae *Poten-*

tiae Coloniae (quam Pannonia Rom. nunquam vidit) a Flauio Claudio Imp. qui nunquam exstitit (M. Aurel. Claudium II. nouit Historia) deductae meminit; quamque percelebris Schoenuisner, in Syllog. Inscript. pag. 236. memorans, tametsi cupiuisset, nunquam oculis lustrare potuit. Vnde etiam, in Antiqu. Hist. Sabarien. Lib. IV. cap. 1. erudite concludit: *Vrbis Potentianae, apud quam primus fuerit conflictus, nullum apud veteres exstat vestigium;* Timone, in Imag. vet. Hung. Lib. I. cap. 4. pag. 19. idem perhibente: *Bene Hidius animaduertit, Potentianae nullum antiquorum Scriptorum meminisse; sed a recentioribus, iisque patriis duntaxat, in Attilae gestis eam nominari . . . Opinatur autem, Vrbem eam ibi fuisse, vbi hodie est pagus Adonius, infra Budam septenis milliariis Germanicis: primam in Potentiana collocatam fuisse coloniam Romanam putauit; de qua tacent veteres.* Certe, illius nec Tabula Theodos. nec vllum Hodoeporicon heic meminit; Ciuitas enim *Potentia*, cuius Cicero, Liuius, Velleius, Pomponius, ac Plinius, apud Wesseling. pag. 101. meminere, quamque Itiner. Antonin. Aug. via *Italica* Mediolano ad Traiectum Siciliae locat, procul ab *Adony* Pannon. Inf. distat. Ceterum, haud immerito emunctioris naris Critici ipsam totius *belli* narrationem (a Thuroc. Part. I. Chron. cap. 11. Keza

Chron. cap. 2. et Olaho, de Attil. et Hung. e popularibus cantiunculis digestam) inter figmenta ac fabellas medii aeui referunt. Nam, praeterquam quod apud neminem ex coaeuis aut proximis illi aetati Auctoribus Hunnici belli huius mentio reperiatur; permulta illius descriptioni insunt, quae nec temporibus, nec rebus, nec personis congruunt. Ita, exempli causa, Thurocius hoc bellum ad an. 373. refert, scribitque Pannoniam hoc tempore incoluisse Longobardos, ac Matrinum (Olaho Maternum) Pannoniae Tetrarcham natione Longobardum fuisse, Sabaria oriundum; idem de Macrino tradit Simon Keza. Sed haec sphalmata historica nullo pacto sustineri possunt: ex antiquis quippe Scriptoribus constat, *Longobardos* non prius, quam Sec. 6. in Pannoniis consedisse, vt alibi memorauimus. Porro, iidem *Matrino* (seu Macrino, aut Materno) praeter Pannonias attribuunt Achaiam, Macedoniam, Thraciam, item Keza Pamphyliam ac Phrygiam; quod a veritate prorsus abhorret: cum certum sit, has Prouincias ad Orientis Imperium pertinuisse, Pannonias autem Occidentali Imperio tum temporis adscriptas fuisse. Ad haec, circa illud tempus longe alii erant Magistratus in Pannoniis; nempe: Praefectus Praetorio Illyrici erat *Probus;* Magister Militiae *Equitius*; Praeses Pannoniae I. *Frigeridus*, et post hunc *Maurus;* Praeses Consular. Pannon. II. *Messala;*

Dux Valeriae Ripen. *Marcellianus*, cui successit *Maiorianus:* quae omnia, ex Ammian. Marcellino, Zosimo, aliisque priscis, vt certa habeas. Incredibile quoque est, Hunnos finito illo bello non tantum vniuersis Pannoniis, sed etiam aliis omnibus Prouinciis, quibus Maternum praefuisse scribit Olahus, imperitare coepisse; nimirum vtrique Moesiae, Thraciae, Macedoniae, Achaiae. Praeterea, Buda eo tempore (testibus Scriptoribus, ac inscriptionibus coaeuis) non Sicambria, sed *Aquinci*) nomen habuit. Accedit, quod huic bello velint interfuisse Attilam, aetatis iam maturae vnumque e Ducibus: vnde Keza et Olahus tradunt, illum eodem mox anno, quo bellum terminatum erat, Regia dignitate fuisse ornatum; Thurocius vero id ad an. 373. reiicit, quorum nihil omnino cum Chronotaxi vitae Attilanae conciliari potest, vt alibi docuimus. Praius in Annal. vet. Hunnor. pag. 74. fundamento fragmenti cuiusdam Germ. a Lazio Comment. de Rep. Rom. Lib. XII. Sect. 3. vulgati, suspicatur: in huius praelii desriptione sub nomine *Detrici* Germ. Praefecti latere Theodoricum Regem Gothor. qui anno post Attilae mortem vicesimo (id est, an. 474.) alterna cum Hunnis fortuna pugnauit; ex aduerso Desericius, de Init. Hung. Lib. IV. cap. 1. mauult hoc ipsum bellum anno 428. adfigere, quo et Attilam Regno potitum esse credit. Ast, repugnat huic sententiae

Priscus Rethor, apud Attilam Legatus; e cuius Excerptis fide dignissimis constat: eum non prius, quam an. 434. cum fratre *Bleda* regnare coepisse. — Iam ad propositum, viam Tab. prosecuturi, regrediamur. VI. *Intercisa* (vbi Equit. Sagitt.) hod. Pentele: quae nostri quidam, cum Topogr. Hung. Lib. III. pag. 248. ad Romana (nescimus quae?) *Pentalia*, Simlerus vero ad Oppidum insulanum Rátzkeue, perperam referunt. — VII. *Anamatia*, Földuar, de quo iam in cardine praemissum. — VIII. *Lussunium*, (cuius Ptolemaeus Geogr. Lib. II. cap. 16. inter Pannoniae Inf. ciuitates Danubio adsitas referens, meminit, et in quo Cuneus Equit. Constantianor. sub Duce Valer. Ripen. ac Praefecto Legion. II. Adiutr.) hodie paululum supra Kömled. — IX. *Altaripa* (vbi ex Notit. Imp. Cuneus Equit. Stablesianor. ac Dalm.) hod. Paks. — X. *Alisca* (vbi Praefectum Legion. II. Adiutr. Cohort. part. super. sub dispositione Ducis Prou. Valer. Ripen. resedisse, prodit Notit. Imp.) hod. Tolna. Quo loco reflexe Casaubonus in Not. ad Vopisc. alium vult subesse sensum epitheto *Ripensis*, quam *Ripariensis*, et *Riparii*; quae sic distinguit: vt *Ripariorum* nomine intelligi velit eos, qui ripas inhabitant; *Riparienses* vero, qui ripas custodiunt; *Ripenses* demum ad loci situm refert: quae tamen distinctio superflua videtur; cum eodem sensu in Lib. Notit. Prou. *Valeria*

Ripensis, et Prou. *Panon. Secund. Ripariensis* adscripta inueniatur. — XI. *Ad Statuas*, versus mediterr. (vbi Equit. Dalm. et Auxilia Vrsaren. sub dispositione Ducis Valer. Ripen. ex Notit. Imp.) hod. Vardomb. Coniectura Cellarii, quam Wesselingius refert, et Bombardus sequitur, de *Statuis colosseis* (a quibus *Colocae* postea nomen profluxerit) innanior est, quam vt refelli debeat; Coloca enim ex altera Danubii parte, in solo condam Dacorum Getarumque, ac tardius Sarmatarum, adeoque extra tam Tabulae quam Itin. Aug. viam sita est: neque putandum propterea, loca ad *Statuas* dicta (quae in pluribus Itin. Antonin. locis occurrunt) ab eximiae molis Statuis, iisque vt vult Cellarius, *colosseis* adpellationem traxisse; sed quia publica ibidem hospitia Statuas quaspiam seu depictas seu sculptas pro signo habuerint. Scilicet, vt a numeris lapidum milliarium, sic a certis quoque signis quaedam inferioris conditionis loca, apud antiquos nominari consueuerunt; inde in Itinerariis legimus subinde mutationes: *Ad Aquilam Maiorem*, *Ad Mures*, *Ad Statuas*, *Ad Equum Magnum*, *Tribus Tabernis* etc. — XII. *Lugio* (quam Ptolem. inter Ciuitates Pannoniae Inf. Danubio finitimas, recenset) hod. Szektsö, vbi priscae habitationis vestigia non pauca vsque hodie visuntur; partem maiorem Danubius rapuerit: quare, plerique cum Iordano heic hod. *Ba-*

taszekum statuentes, ex Tabulae Theodos. dimensione erroris conuincuntur, quod ad Sárviz fl. non autem Danubii ripam consistit. Hodoeporicon autem solum diuerticula sequendo VII. M. P. amplius numerauit; quodsi repertus ibidem lapis milliarius numerum exhiberet, certiora dicere possemus. Abhinc progreditur via *Altinum*, hod. Mohacsium; inde duplici itinere *Mursam*, hod. Essekinum: vtrumque nos, iam alibi, legimus.

b) Vid. isthic pag. 402. lit. b. — Memorabilis heic Abbatia *Sexardiensis SS. Saluatoris*, an. 1061. a Bela I. Rege fundata in Topogr. Hung. Part. II. pag. 96. memoratur; cuius Abbas olim habuit Libertos suos, seu nobiles praediales, *Exercituantes* dictos, quorum munus militandi erat, degebantque in districtu Sarköz, sub imperio Vice-Comitis ac duorum e Iudicibus Nobilium: eos deinde an. 1266. libertate donauit Abbas, nomine *Tobias*.

c) Comitatus *Tolnensis*, ab Oppido Tolna (haud vero Austr. Tulna, vt quibusdam vetustioribus perperam placuit) sic dictus: qua orientem respicit, Danubii alueo; qua occidentem, Simeghiensi; qua septentrionem, Vesprimiensi et Albensi Comitatibus definitur; quod in meridiem reiectum est, Baranyensium finibus cohibetur. Ceterum, de illius productis idem Topographus l. c. haec subdit: *Eximia laus a plerisque tribuitur*

vino Sexardiensi; adeo quidem, vt nonnulli ipsum etiam Budensi praeferre minime dubitent. Incolas alit Hungaros, Germanos, Slauos, et Illyros; rei rusticae vinique quaestui curam ac operam omnes solerter impendentes. Solum Prouinciae frumenti ferax est; licet aliquibus in locis sterili gaudeat agro. Quatuor continet Processus: Simontoriensem, Földuariensem, Völgysigiensem, et Dombouariensem. Numerat Oppida 18. pagos 88. praedia et diuerticula 146. incolas 177497. — Status Personalis Magistratus Prouinciae: Vice-Comes Ord. 1. Substitutus 1. Notarius Ord. 1. Vice-Notarius 1. Perceptor Cassarum Generalis 1. Particulares 3. Exactor Rationum 1. Fiscalis Ord. 1. Vice-Fiscalis 1. Iudices Nobilium Ord. 4. Vice-Iudices Nobil. 4. Iurassores Ord. 8. Commissarii 4. Geometrae 2. Physicus Ord. 1. Chyrurgi 4. — Supremi Comitis munus obit: Illustrissimus D. THOMAS TIHÁNYI de Ebeczk, S. C. R. A. M. Consiliarius Aulicus, et Excelsae Tab. Septemuiralis Asses. Ingremiatur Prouincia haec Dioecesi Quinque-Ecclesiensi.

d) Cons. Chron. Prou. Part. II. pag. 367. §. 1. edit. Buden. an. 1766.

e) Teste documento *Michaëlis Tankovics,* Abb. et Can. Poson. dd. 6. Sept. 1725. eidem Chron. Prou. inducto.

f)

f) Idem Chron. Prou. l. c. pag. 372.

g) Sub administr. tempor. Spect. D. IOANNIS EVANG. REHÁK, Incl. Dominii Földuar. Inspectoris, eiusdemque Conu. Syndici Apost.

h) Vid. isthic pag. 70. lit. h.

i) Perinde isthic pag. 79. lit. i.

k) Etiam isthic pag. 371. lit. l.

XX.

Residentia Semlinensis; S. Ioannis Baptistae. *a*)

In Dioecesi Sirmiensi, b) *Regimine Confiniario Petrouaradiensi: c*) *vetusto heic Sec.* 15. *Fratrum Domicilio penitus intercidente, serius ab reducibus Belgrado, d*) *Conuentu ibidem a Turcis combusto, e*) *huius Prou. Religiosis, f*) *an.* 1740. *insessa, g*) *tum sub* 31. *Ian.* 1797. *N.* 1805. *cum quinque Sacerdotibus et vno Laico clementer restabilita; fideli Populo, vt olim, sic hodie in Spiritualibus subseruit. h*)

Lingua Germ. *i*)

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
R. P. Caecilianus Svoboda, Boh. C. Kaurcim.	13. Apr. 1780.	15. Sept 1805.	15. Sept. 1806.
M. V. P. Ioseph. Bogdanovich, Illyr. Hung.	3. Sept. 1781.	13. Sept. 1800.	19. Sept. 1802.
M. V. P. Ferdinandus Kiraly, Hung. C. Strigon.	27. Sept. 1790.	11. Dec. 1807.	11. Ian. 1812.
V. P. Franciscus Remitska, Germ. Boh.	1. Iun. 1794.	10. Dec. 1820.	20. Dec. 1821.
Fr. Tobias Mittelmayer, Germ. Bauar.	9. Mart. 1777.	11. Maii. 1805.	11. Maii. 1806.
Fr. Didacus Navratil, Morau. C. Olom.	13. Iun. 1796.	5. Iun. 1822.	13. Iun. 1824.

Illyr. *k*) Graec. *l*)

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
1. Ian. 1807.	Boh. Germ. Illyr.	Praesid. Mag. Nouit. Em. Biblioth. Exp. Cas. et Protocoll.
4. Oct. 1804.	Illyr. Germ. Hung. Slau.	Vicar. Discr. Super. Sacr. Exh. Laicor. Comm. Mag. ac Spirit. cum facult.
2. Maii. 1813.	Hung. Germ. Slau. Ital.	Capellan. Garnis. Ferarae.
3. Sept. 1826.	Germ. Boh.	Conc. Germ. Suppl. et Spirit. cum facult.
"	Germ. Illyr.	Laic. Sart. Ianit. Sacr. Cellar. et VMag. Comm.
"	Morau. Germ.	Laic. Coqu. Hortulan. et ad seruit. Resid.

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Gabriel Kovats, Hung. C. Bacs.	19. Dec. 1807.	3. Nou. 1826.	

a) *Semlinum*, supra Danubii Sauique confluentes, in finibus Monarchiae Austr. Romanorum *Taurunum* (vbi aetate Theodosii Iunior. Imp. Equit. Promot. et Auxil. Ascarii; sub dispositione Ducis Prouinciae Pann. Secund. Ripar. ex Lib. Notit. Prou. Occident.) hodie dom. 1112. et incol. 9197. numerans; distat — *Essekino:* ort. inter et merid. CXLV. M. P. seu postis 14½ = 29. mill. geogr. — *Buda:* CCCXXXV. M. P. seu post. 33½ = 67. mill. geogr. — *Vienna:* DXVII½. M. P. seu post. 51¾ = 103½ mill. geogr. — Situm loci Dissertatione singulari egregie monstrauit Danuille, post illum Seuerini, ac Salagius; vt tot velitationes recentiorum, contra veterum testimonia nitentium, et Belgrado (Rom. *Singiduno*, quod in Moesia veteri consistit) *Taurunum* inaedificare volentium, mirere: quos nonnullorum veterum Scriptis, qui Singidunum *Pannoniae* adscripserunt, deceptos arbitrere. Ita Aurelius Victor in Epitom. n. 44. et Eutropius Hist. Miscel. Lib. XI. n. 46. *Iouinianum* Imp. ortum scribunt Singiduno *Prouin-*

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
"	Hung. Illyr.	Laic. improf. Quaest. et ad seruit. Resid.

ciae Pannon. perinde S. Athanasius Vrsacium Singidunensem pluries, et quidem Apolog. contr. Arian. Tom. I. Part. 1. n. 13. ac. 36. item Epist. ad Epictet. l. c. Part. 2. n. 1. vocat Episcopum *Pannoniae.* At, certius Claudius Ptolemaeus, Notitia Imp. aliique passim Singidunum collocant in *Moesia* superiori; quibus consonant Patres Sardicenses, in suis Literis Synod. vocantes Vrsacium Episcopum Singiduni in *Moesia.* Neque Taurunum cum Singiduno (prout quibusdam perperam arrisit) vnam eandemque, aut sub nomine *Tauruni* duplicem, Vrbem (cum Schoenuisnero Comment. Geogr. Pannon. Ripen. Part. I. pag. 20. seq.) censueris; Hodoeporicon enim isthoc ab illo IIII. M. P. remouet, quod est has binas inter Vrbes interuallum sincerum: nequeunt ergo aut confundi, aut situ permutari; antiquissimi quippe Oppidi Taurunensis fossa, rudera, viae vestigia, sunt occiduo *Semlini* agro, situ elatiore, nunc fertiles vineae in terra illa rudecta. Iam ne quidpiam, inter tantas virorum concertationes, heic incerti relinquamus;

Taurunum Pannoniae in solo Semlinensi, *Singidunum* vero Moesiae Sup. in situ Belgradiensi (primum e Tabula Theodos. ac Itinerario Antonin. Aug. tum e Scriptoribus Rom.) pro viribus statuere conabimur. Itaque Tabula, sociis Hodoeporicis commentata, sic: *Tauruno VIIII.* M. P. Itiner. Antonin. *Tauruno Classis XXX.* a Bassianis; in Regio *Taurono lassis*, aliis *Taurimo classis*: Surita e Plinio et Ptolemaeo *Taurunum* posuit. Mensura Tabulae Theodos. bene habet; Plinius, ripam Saui legens, ab Sirmio Taurunum XLV. M. P. numerat, Hodoeporicon XLVIII. factis secus Fossam flexibus: Tabula, quae *Fossam* non nouit (cuius Itiner. Hierosol. meminit) recta progressa XXXV. Burdigalense autem, Tauruno ad laeuam misso Belgradum petit; non enim opus habebat diuerticulo. Ex hac varietate numerorum et itineris, mirum! quanta inter eruditos ante aliquot annos, de Tauruni ac Singiduni situ, concertatio fuerit exorta: nobis quidem haec sunt clariora, quam cum sudissimum meridie coelum est; inprimis, quae sequuntur, adiunctis consideratis. Tabula iter prosecuta, ponit *Confluentibus III.* M. P. Hodoeporicon *Singiduno castra IV.* haec mensura cum sit e Tabulis etiam recentioribus adcuratissima, a ruderibus Tauruni progrediendo ad Saui exitum; iam neminem putamus fore, qui de situ harum Vrbium vltro dubitet. Tabula vno mil-

liari minus habet; quod a munimento *Confluentes* dicto reliquum, quod fluuius interceperat, spatii non censuit. Itineraria munimentum isthoc praeteriere, nunc in ruderibus haerens: proinde olim quoque Sauum, non Tauruno sed Singiduno contiguum, Danubio accessisse, ex hoc Tabulae loco clarissime patet. Iam nunc id auctoritate Scriptorum Rom. communire libeat; ex illo quidem principio stabilito; Moesiam a Pannonia olim diremtam fuisse eo loco, vbi Sauus in Danubium semet effundit. Hanc in rem clara sunt Plinii ac Ptolemaei, Geogr. Lib. II. cap. 16. testimonia; pariliter Dio Cass. Hist. Lib. LI. depromit: *Mysiae nomine omnis ea regio, quam Sauus in Istrum incidens a Pannonia dirimit, vocari coepit.* E quibus manifestum euadit, Pannoniam a Moesia ibi condam fuisse seiunctam, vbi nunc *Semlinum* finis Pannoniae, et *Belgradum* initium Moesiae, Oppida exstant ad confluxum Danubii ac Saui; atque illius solo Taurunum huius vero Singidunum congruere, vltra declaramus. Plinius, Pannoniam describens, de Tauruno ait: *Alter amnis Bacuntius in Sauum Sirmio Oppido influit . . . inde Taurunum, vbi Danubio miscetur Sauus;* Scriptorem de septentrionali seu cis-sauana ripa loqui, scopus *Pannoniam* describentis prodit: cui Taurunum, tam Ptolem. l. c. et Arrianus Hist. Indic. cap. 4. quam Notit. Imp. adscripsere, quique Victori, Eutro-

pio, ac Athanasio (non situs locorum, sed facta historica ex professo scribentibus) omnino praeferendi veniunt. *Singidunum* enim, altera Danubii Sauique ripa in Moesia constitisse; Ptolem. l. c. Procop. Lib. IV. cap. 5. et Menander Hist. Byzant. Tom. I. pag. 85. vno ore proferunt: vnde liquet, Singidunum non in Semendriae, sed Belgradi situ, statuendum esse; cuius memorabilis propugnaculi, ab *Hungarorum* horsum aduentu, vicissitudines paucis habe. — Sub Sec. 10. initium, an. videlicet 900. Hunni supremo Arpad aduersus *Salanum* Rasciae Ducem, dum hic plagam Thisciam inter et Budrug flumina ad Vgosam vsque possideret, eamque Imperatoris Graecorum et Bulgariae Ducis, cuius ipse auunculus erat, auxilio fretus, ipsis cum Danubio vna praetendentibus cedere nollet, pugnantes, eundem Ducemque Bulgariae bino praelio victos ad Singiduni vsque moenia sunt persecuti; Vrbi tamen molesti non erant, quod Dux Salanus (Duce Bulgariae pro se deprecante) Duci Arpad se subiecerit, terram praetensam cum Danubio cesserit, annuum vectigal se soluturum spoponderit, et in pignus fidelitatis suae filium quoque suum obsidem dederit. Ex his clarum est, eo iam tempore Singidunum firme communitum fuisse; ad quod Duces Salanus et alter Bulgariae securitatis ergo confugere potuerint. Vid. Anonym. Belae Reg. Notar. Histor. Duc. Hungar. cap. 14. 41.

42. — An. 1072. Salomon Rex Hungariae, sibi suoque Regno iniuriam a Bessis et Bulgaris (Moesiam inferiorem, et ostia Danubii adcolentibus) Duce Nicota illatam vlturus, armato cum exercitu Hungarorum, Ducibus Geisa et Ladislao Singidunum obsidione cinxit; cuius tertio nonnisi mense obtinendi occasionem praebuisse perhibetur Hungara ibidem captiua, iniecto clam domibus igne, qui dum latam grassante flamma Vrbem corripuit, praesidiariis ei extinguendo intentis, Hungarus parte ea, qua muri per tormenta corruerant, in ipsam penetrauit; et hoste Graeco, Saraceno, Bisseno, Bulgaroque, qui iunctis viribus eam defensabant, ingenti clade affecto, thesauro eius in scrobibus recondito potitus est poene inaestimabili. — Circa an. 1340. Stephanus Neemanus nominis huius II. sed Principatu III. Rex Seruiae propugnaculum firmius instaurauit aduersus quosuis hostes, ac *Belgradum* vocitari voluit (Latio idiomate Albam Arcem) non vano fors praesagio; quod Belgradum quandoque clauis, et caput limitaneorum Hungariae praesidiorum futurum, primum siue in hanc, siue in vicinam superiorem Moesiam, quasi belli gradum staturum foret. Exinceps, quia secundum conuersiones temporum, Graecos interdum patiebatur Dominos, nonnunquam Bulgaros, demum autem et Hungaros, coepit ob id a primis *Alba-Graeca*, a secundis *Alba-*

Bulgarica, ab Hungaris denique *Nandor-Alba* nominari; a singulis, iuxta radicem Illyr. bene nuncupatum: Croatis quippe Serblisque *bel*, Dalm. autem, Bosn. et Slauon. *bio* vel *bil*, vel *bjel* (vtrobique *album*) ἀπὸ τῦ *bjeliti* albare denotat: vnde aliis melius *Biograd*, epenthesi Illyr. frequenti, audit. Vid. Lexic. Gutsman. pag. 432. ac Stulli Tom. I. pag. 66. — Porro, an. 1425. Illustris Princeps Georgius *Vukovich* a Sigismundo Rege Hungariae Despotes Seruiae renunciatus, pro sua in Regem veneratione et perpetuae gratitudinis tessera; Belgradum eidem cum aliis aliquibus Seruiae Castris, magnanime cessit, R. Hungariae adiiciendum. Refert autem Magister Ioannes de Thurocz in Chronic. Hung. Part. IV. cap. 20. Regem Sigismundum in Belgradi aliarumque Seruiae Arcium locum, quas Hungariae adiici curauit, donum dedisse Georgio Despotae in Hungaria Castra sequentia: Zalamkemen, Kewlpen, Bechey, Világosvár, Thokay, Munkách, Thalya, Regeg; nec non Oppida: Zathmár, Bezermen, Debreczin, Thúr, Varsán, et alia nonnulla; Domum item perelegantem, atque suae vt Principis dignitati in Ciuitate Budensi adcommodam. Ex tunc demum ab Hungaro milite insessum, custoditumque fuit Belgradum, suos deinceps Arcis Vrbisque Gubernatores ex Hungaria acceptans, florebat maxime a tempore Ludouici I. Regis Hungariae, et Stephani Neemani Seruiae Reguli, vsque ad

tempora Regis Ludouici II. nobilitate, et frequentia Ciuium, opibusque abundans. At, an. 1439. (fere eodem quo Rex Hungariae Albertus e viuis excessit) Amurathes II. Rex Turcorum edoctus de morte Regis, subacta sibi Moesia Superiore, Georgio eiusdem Despota, quod auxilio Hungariae, sub cuius clientela erat, ex discordiis in eligendo Rege prope duodetriginta annis afflictae destitueretur, resistere barbarorum multitudini non valente sed Ragusam confugiente, cum plusquam 130,000. exercitu lectissimorum virorum ad Belgradum constitit, idque septem mensium arcta obsidione pressit, sub Vladislao I. Polono Rege Hungariae, adactis clam cuniculis Vrbem subruere conatus, 20,000. hominum ad fodiendam egerendamue terram destinatis. Verum Ioannes Tallocius Auranae Prior Arcis Albanae Praefectus, cuniculo insani operis in latum adeo et altum patenti, quaterni vt equites facile eo subequitarent, contrario occurrit opere, admoto tempestiue igne, et succensa materia 17,000. hostium operi intentorum flamma fumoque absumsit, atque Amurathem spe obtinendae Albae, in cuius oppugnatione iam ante octo suorum millia periere, delusum ad soluendam obsidionem adegit: quam quidem inuitus et fremebundus, spectataque suorum strage grauiter indolens soluit, ac cum bellatrice Gente rem sibi esse sensit, cuius belli Dux horrendum, quod tre-

pidanti Vrbi iam imminebat malum, fauente Deo singulari prudentia auertit, atque in hostem conuertit. Vid. Bonfin. Rer. Hungaricar. Decad. III. lib. 4. — An. 1456. Ladislao Posthumo Rege Hungariae, propugnabatur acerrime Belgradum contra Mahometem II. Turcarum Imperatorem; qui expugnata an. 1453. Constantinopoli victoria tumidus, animum ad Hungariam inuadendam adiecit, et cum 150,000. virorum bellatorum Nandor-Albam, nobilem tum, diuitem, ac florentem Hungariae Ciuitatem et portam aduersus e Moesia irruentes hostes, dura obsidione cinxit, rabide oppugnauit; sed virtute, ac fortitudine Ducis immortalis nominis Ioannis Hunyadi, piisque precibus ac efficacibus hortamentis diui Ioannis Capistranensis, Ordinis Minorum S. Francisci fauente coelo a Christianorum Exercitu non admodum quidem numeroso, sed virtute et magnanimitate praestante, fortiter reiectus, ipse quoque sagitta percussus, sed multo acerbiore ignominiae sensu saucius, formidabilem hanc obsidionem, sex ante et quadraginta dies inchoatam soluere, ac turpi fuga salutem quaerere est coactus; amissis suorum 40. iuxta alios et verosimilius 20,000. In victoriae huius perennem memoriam diem Transfigurati Domini, quo facta est, Hungaria festiue deinceps celebrandum procurauit; altera iam ad Belgradum clade affecto Christiani nominis hoste. — An. 1493.

Vladislao II. Rege Hungariae prope erat, vt Belgradum perfide Turcis traderetur; id cum Paulus Kinisius, Temesuári Comes eiusdemque Regionis Praefectus, fortissimus Reipublicae propugnator edoctus fuisset, praeueniendum ratus Aly-Begum Samandriae, (vel vt alii nominant Senderouiae) Praefectum, quocum quosdam Albanorum praesidiariorum nefaria consilia de tradenda ei Arce clancularie miscuisse nunciabatur, in Moesiam superiorem irruit, Senderouiae Arci inopinato adsultu obrutae ac direptae ignem iniecit, ac praedam abstulit. Alterum quoque Pasham Belgrado insidiari iterate ausum, magna semper clade affectum repressit, nec multo post eorsum profectus, acerrima in perfidos inquisitione praemissa, conuictos demum crimenque confessos, condignis affici poenis curauit: Rege Vladislao Deo Optimo Maximo gratias agente pro Belgrado Christiani nominis hosti, vt perfidi parabant, non tradito; Kinisium militemque eius multum collaudante. Sic nempe Belgradum tertium iam barbari insidias, in cuius prope iam inciderat manus, fauente Numine feliciter euasit. Vid. Bonfin. l. c. et Istuanf. Pann. de Reb. Hungar. lib. 2. — An. 1521. Ludouico II. Rege Hungariae, Solimanus (Ludouico Tuberoni Salomon) Turcarum Imperator, capto ante Sabacio, valida virtute Belgradum obsedit, ac Ducum duntaxat, haud vero praesidiariorum (penes quos

nulla potestas) aut perfidia aut ignauia subrutam obtinuit, obsessis tamen antea suam Purpuratorumque suorum fidem magna voce obtulit; verum contra datam et acceptam praesidiarios omnes suis cum Ducibus (erant hi Blasco, Both, et Morgai) crudeliter enecuit: paucis eorundem aetate grauibus in Vrbe relictis, caeteris Constantinopolim cum Clero vna migrare iussis. Primus hic fatalis casus et dura captiuitas est Belgradi; in quam sera quidem cum poenitentia, non tam inuite quam voluntarie, sed heu! inconsiderate se coniecit, in eaque 167. annorum spatio gemuit. — An. 1688. gloriosae memoriae Leopoldo Romanorum Imperatore et Rege Hungariae, vno quasi a recuperata an. 1686. die 2. Sept. Buda victoriae cursu, supremi in Turcas Belli-ducis (Lotharingo ex acutissimis febribus tum decumbente, cui id alias incumbebat) munus obiens Maximilianus Bauarus, florentissimum 60,000. et amplius Exercitum ad Belgradum obsidione cingendum duxit, et en! illico, atque omnibus cum impedimentis in vlteriorem Saui ponte constrati ripam feliciter euasit; viso eius Exercitu Ienghenus Seraskierus cum 30,000. suorum ad Albam locatus, incensis huius Suburbiis, Senderouiam, relicto sibi fatisque suis Belgrado, se retraxit. Oppugnatio vrbis, et arcis (inquit Thuroczi) nec magni operis, nec multi sanguinis fuit, octidui duntaxat spatium requirens;

cuniculo enim euersis moenibus, die 6. Dec. anni eiusdem, quaterna adgressione suscepta Vrbs capta est, in qua e 13,000. hominum vix mille semiermes a furente victore vitam impetrarunt. Arx ab vrbis fortuna paulo post succubuit, et longam 167. annorum seruitutem, in qua non interrupte sub iugo Ottomanico ab an. 1521. fuerat, tandem exuit totius Reipublicae Christianae gaudio singulari. — An. 1690. eodem gloriosae memoriae Leopoldo Imp. et Rege Hungariae, magno profecto eius dolore, et Christianorum strage, octo dierum spatio in barbarorum seruitutem Belgradum denuo incidit; quando obsidentibus illud Turcis, tres nitrati pulueris apothecae, (incertum, an incuria militum pulueres efferentium, an proditione Gallorum praesidiariorum Germanis immistorum, an Andreae Cornaro Architecti militaris, qui ad Ottomanos transfugisse obseruatus est, quoue alio fato) accensae, duo latera Arcis foedum in modum disiecere, atque ad hanc obtinendam viam inimico aperuere: interim ab eis, qui fideliter et caute rei obsidionis inuigilabant, notatum est, Gallorum plurimos indigna Christianis perfidia ad Osmannos tum defecisse. Sit vndecunque sinister hic Vrbis casus, grauiter sane Leopoldum affecit, non tam loci huius iactura, quam 8. Legiones militum ferro, aquis, ignibus consumptae, tametsi et barbaris ipsis 9,000. virorum interitu

breuicula haec oppugnatio steterit. Tentabatur iterum an. 1693. a Belli-duce Caesarei Exercitus Eugenio Principe Belgradi recuperatio; ast tum ob multitudinem viresque barbarorum, cum et ob motum Transiluaniae, ac bellum Gallicum irrito conatu: euoluto enim a coepta oppugnatione mense obsidio soluta est, armis Caesareo-Regiis alio conuersis, et Belgrado in seruitute barbari remanente. — An. 1717. Carolo VI. Imp. et Rege Hungariae, Supremo belli in Turcas suscepti Duce Eugenio Principe Belgradum obsidente, ducentis millibus prope supra fidem numerosior Ottomanorum Exercitus Belgrado obsesso, Supremo ductante Vezirio in subsidium venit, castra Eugenii Belgradum obsidentis cinxit, obsedit, impugnauit; sed indicto in diem 16. Aug. ab inuictissimo Duce factoque acerrimo praelio, retrusus est valide ac profligatus, caesis partim intra partim extra ipsas Castrorum suorum, quibus Eugenium circumdedit, munitiones fortissimorum quorumque Ianicsarorum 20,000. et flore Orientis, cum Supremo peditatus Praefecto (Aga Ianicsarorum is dicitur) ac pluribus aliis maioribus minoribusque belli Ducibus: furens abhinc indilate non abs ignominia reliquo cum Exercitu Nissam se recepit. Et sane apparuit victoriae fructus, dum praesidiarii, qui immoti sanguinolento sub conflictu altum tacuere, altero a pugna die exposito

ad

ad institutum militare candido vexillo, colloquium de Vrbis Arcisque deditione postulauere, quo concesso, ex pacto dein die 22. Aug. 30,000. fere cum Ciuium tum praesidiariorum armis habilium Vrbe arceque excessere. Respirauit Nándor-Alba a iugo inimici Christiani nominis altera iam vice, gloriosis Caesareo-Regiis armis exemta, quod ab an. 1690. ad praesentem vsque, non exiguo Christianae rei detrimento (incumbentibus Caesareo-Regiae Domui variis bellorum procellis) inuita et gemens portauit. — An. 1739. eodem Carolo VI. piae memoriae Romanorum Imp. et Hungariae Rege, durante, quod iam an. 1736. decretum erat in Turcas, sed proh dolor! magno Regni Hungariae, imo et totius Reipublicae Christianae detrimento, ac dolore terminatum, bello, vulgata est, quae erat in Caesareo-Regio Exercitu, contagio; ob quam Orsoua (veteribus Vrhou) cum aliis quibusdam ad Istrum Sauumque praesidiis, hosti in praedam cessit, et tum Belgradum quoque ad cumulum malorum vnde vnde rem Christianorum tangentium eidem cedendum erat, cessumque est ingenti ciuium Albanorum moerore an. 1739. nec minore emigrantium detrimento; posteaquam ab an. 1717. a barbari hostis iugo ereptum, 22. annorum dulci perfruens pace, veterem splendorem ac magnificentiam amplius ac vnquam recuperare coepit. Quid ad haec Carolus?

aequissimo, vt Christianum addecet Principem, ani-
mo diuinae adquieuit voluntati, moxque insequente
an. 1740. ingrauescente, quo premebatur, morbo,
maximo pietatis affectu animam Deo, et Regnum
posteris transscripsit; relicta eis spe Belgradi cum
totius Europae exspectatione et iubilo, feliciter
quandoque recuperandi. Nec fefellit spes glorio-
sos Nepotes; anno enim 1788. sub Aug. Iosepho
II. publicatum aduersus Turcos bellum, nouis ope-
rationibus occasionem praebuit. De eo doctissi-
mum Hormayer, Continuat. Abb. Millot Hist.
Vniu. Tom. XVII. pag. 102. seq. audire libeat:
„Am 9. Febr. 1788. geschah in Konstantinopel die
Kriegserklärung . . . Wie Joseph überhaupt mit Va-
terliebe und Vatersorge, in seinen Neffen, Franz den
besten Wächter erzog, gönnte er ihm insonderheit auch
als er im zwanzigsten Lebensjahre das öffentliche Le-
ben begann, den wahren Ehrenplatz eines Thronfol-
gers eines (wie Albrecht der II. gesagt, im Nahmen
und in der That) Herzogs von Oesterreich, bey dem
Heere wider den Erbfeind der Christenheit . . . Wie
der große Czaar Trommelschläger und Schiffsjunge
gewesen, so verschmähte unser Kaiserlicher Herr es
nicht, den Dienst von der Pieke an zu lernen, im äl-
testen Regiment des Heeres, das in der höchsten Be-
drängniß, Ferdinand II. errettet hatte, bey Großfürst
Constantin Cürassiers . . . Er wisse (schrieb Joseph,
als für den zweyten Feldzug seine Krankheit ihn zu

Wien festhielt) seinen Neffen, zu keinem größeren Meister zu geben, als zu seinem Laudon! Der Erzherzog Franz feuerte die Erste Kanone auf Belgrad ab ... Binnen wenigen Stunden erzwang das unerhörte Feuer auf die Festung den Antrag einen fünfzehntägigen Waffenstillstandes zur Berathung und Unterhandlung wegen der Uibergabe. „Nicht fünfzehn Stunden!“ war Laudons mündliche Aufwallung über dieses Schreiben. Das Feuer wurde verdoppelt und binnen 24. Stunden capitulirte dieser überaus wichtige Platz mit 500. Kanonen, 70. Schiffen und ungeheueren Vorräthen aller Art. Zwar war der Seraskier von Servien, Abdi Pascha, Nissa bis Esupria vorgerückt, um Belgrad Luft zu machen, oder die österreichische Belagerungsarmee zu bedeutenden Detäschirungen zu zwingen, aber (ein gewaltiger Gegensatz gegen den blinden Lärm von Karansebes) das einzige Freycorps des Obersten Michaljevich war mehr als hinreichend, ihn bis hinter Nissa zurückzujagen ... Der als F. M. L. in der Schlacht bey Wagram umgekommene Philipp von Vukassovich, damals Major des Licaner-Regiments, sollte sich mit den Montenegrinern und mit dem Pascha von Scutari vereinigen, und Albanien und seine Meeresküsten erobern, überhaupt so weit gehen, als Glück und Gelegenheit ihm es erlauben würden. — Die, deren bundesgenössischer Treue er sich überliefern mußte, wurden seine gefährlichsten Feinde. Am 26. July 1788. focht er bey

Spur und Sabgliak mit den Montenegrinern wider des Pascha von Scutari Volk. Hätte er nicht mitten im erbitterten Kampfe den Montenegrinern mißtrauen müssen, ja sich nur auf ihre Neutralität recht verlassen können, Albanien wäre größten Theils in seine Hand gefallen. Als Sieger (der Feind verlor weit mehr an Todten und Gefangenen, als Vukassovich selbst Mannschaft hatte) unverfolgt, mit Gefangenen und Beute, nahm er seinen Rückzug. — Eine an sich kleine Unternehmung, die aber hinsichtlich ihrer Schwierigkeiten und der dabey entwickelten Talente, interessanter und lehrreicher ist, als manche Schlacht." — An. 1789. igitur, obsesso a Caesareo-Regio Exercitu Belgrado, inuictissimi Belli-ducis *Laudonii* arte et marte die 20. Sept. adhibita vi tormentorum Vrbs flumentana et altera, cui Rascianicae nomen, valide verberatae, ac inaudito et prope incredibili, hactenusque non viso artificio ignibus ad horrorem nocte dieque iniectis, plurium domorum ruinam ac incinerationem passae, per adsultum Christiani militis, cum exiguo adsilientium detrimento die 30. eiusdem captae sunt; Turcis, qui ad tutandam Ciuitatem toto fere robore confluxere, non paruo numero caesis, aliis superiorem in Arcem confugientibus. Imperata est paulo post et ei deditio, verum Ottomanis eam obaudientibus, pari et ipsa vi tormentorum igniumque ex omni circum vicinia die 6. Oct. infestari coepta, nocte

dieque verberabatur ad diem vsque 7. eiusdem; qua praesidiarii postulato de Arce dedenda colloquio, datisque sibi hac die 6. horarum, queis oppugnatio tantisper quieuit, induciis, Capitulatione hoc eodem die coepta, et 8. Oct. conclusa; secundum conuentionem vtrinque firmatam, postridie 9. nempe Octobris Arce Caesareis consignata suo cum Praefecto Osman Basha in vrbem flumentanam emigrauere. Erant vniuersim Belgradi hominum 25,000. durante oppugnatione, e quibus Clerus quisuis, Legistae, ac nobiliores Turcae suis cum familiis exaequabant hominum 2,000. mulieres 9,000. virgines 4,000. adolescentes et pueri 3,000. bellatores seu praesidiarii 7,000. Ex vniuersa hac 25,000. hominum multitudine, Turcis ipsis adtestantibus, occasione oppugnationis Albanae periere 1,500. viri, mulieres cum paruulis 700. laesi vero fuere 1,200. Minore Caesareo-Regii militis dispendio Belgradi expugnatio venit; amissis enim non nisi 300. vulneratis vero 753. viris, magna Europae exspectatione, ac summo totius Reipublicae Christianae desiderio et adplausu miseram, in qua denuo iam lustrum durante gemebat, exuit captiuitatem. Ast, serius Monarchiae circumstantiis ita poscentibus, tractatu pacis Leopoldum II. inter ac Selimum III. die 4. Aug. 1791. initae (firmatis, hoc pacto, vtrinque limitibus) Belgradum vna cum occupatis Portae Ottom. restitu-

tum ; vsque in hodiernam diem ita perseuerat. Cons. Millot et Hormayr. l. c. pag. 160. seq.

b) Vid. isthic pag. 116. lit. b. Sed, quia monimenta Rom. Vrbis *Bassianae* in Pannonia Inf. Fasti vero Eccl. eiusdem Vrbis Episcoporum meminere ; de illa paucis quidpiam proloquemur. — *Bassianam* Vrbem commemorat Ptolem. de qua Notit. Imp. sic: *Sub dispositione Viri Spectabilis Ducis Pannon. II. Riparien. Tribuni Cohort. I. Thracum ciuium Romanor. caput Basensis.* Pancirolus Comment. in Notit. Imp. Lib. II. cap. 38. *Bachiam* perperam interpretatur ; Timon vero Imag. vet. Hung. Lib. I. cap. 7. Mitrouicii, vbi nos *Sirmium* posuimus, frustra quaeritat. Itinerarium Antonin. Aug. Sirmio vsque Bassianam statuit XVIII. M. P. Bassiana Taurunum XXX. vnde perspicuum fit: *Bassianam* stetisse Taurunum inter ac Sirmium, proinde Mitrouicium inter et Semlinum; quo loco, haud nimium a ripa Saui, exstat hodie vicus *Petrovcsich* in Reg. Conf. Petrouarad. (e. Lipszky. Tab. VIII. lit. gg.) vbi non parua rudera antiquae Vrbis conspici nec exigua monimenta e solo effossa esse narrantur. In ea Sec. 4. *Episcopatum* exstitisse, Salagius ex Epistola Hilarii, qua *Paulum* huius Vrbis Episc. Arianum arguit, de Stat. Eccl. Pannon. Lib. III. pag. 163. arbitratur; quidquid sit, illud certum: an. 535. quo Iustinianus *Bassianam* Gothis eripuit, illic Episcopatum

fuisse, ex illius Nouell. 11. elicitur; proinde cum Episcopatu *Barcensi* in Dalmatia (prout Farlato perperam placuit) nullatenus confundi potest. Eum vsque ad excidium Regni Gepidici, an. 551. perseuerasse; verosimile apparet: posteaquam vero Auares, capto Sirmio, in plenam Regionis huius possessionem venissent, vna cum Vrbe ipsa Sedes Episcopatus Bassianen. interiit, nec vnquam amplius refloruit.

c) Vid. isthic pag. 455. lit. c. vbi de *Confiniis* Slauon. militaribus, abunde disseruimus; inter quae, ad nostram Recensionem pertinens, alterum est *Petrouaradiense* (ab munitissimo intra Monarchiae fines Fortalitio Petrouarad, nuncupatum) quod a meridie Bosniae et Seruiae parte, a septentrione Sirmiensi Comitatu et Csajkistarum Phalange coërcetur; Germanico-Banaticum Regimen ab ortu, ab occasu perinde Sirmiensem Comitatum et Brodense Regimen attingens. Extensione sua 56. et vltra milliaria quadrata complectitur; vicissitudine Linguae, vt in Regimine Confin. Brodensi, pari passu subsistente.

d) *Semlini* Fratrum domicilium Sec. 15. fuisse, memorat Wading. ad an. 1400. ad Custodiam Sirmiensem relatum; demum an. 1453. a Turcis deuastatum. Quo tempore eandem calamitatem alii perinde bini, intra huius Prouinciae ambitum siti, Conuentus *de Tadva* quippe et *Rednek* (quorum locorum nulla amplius memoria superest) experti

sunt; testibus Terebesdio ad an. 1534. et Kamancio ad an. 1558. Ceterum, huius Prou. Patres *Belgradum*, haud e Bulgaria vel Bosnia aut aliunde (vti quibusdam perperam opinari placuit) sed immediate e Suae Maiestatis Caes. Reg. ditionibus, et quidem Petrouaradino, Altiori dispositione spiritualis curae causa commeasse; perhibet documentum L. B. *Löffelholtz a Collberg*, C. R. Consiliarii Aul. Bell. et Generalis Rei Tormentar. Praefecti (Petrouaradini, sub 27. Oct. 1717. confectum, ac Chronico Prou. Part. II. pag. 374. inuectum) hisce: *Quod PP. Franciscani Prou. Bosn. Arg. tempore pacis cum Turcis adhuc vigentis, hinc Belgradum cum licentia mea abierint, incolis Catholicis ibidem existentibus, multis incommodis atque vitae periculis obnoxii Sacramenta administrarint, eosdemque ad seruandam fidei constantiam cohortati sint verbo et exemplo . . Quin imo fidem facio, antefatos Patres non modo mentionata tantum pietatis charitatisque munera, pendente quadriennio gestae meae huiatis Incl. Generalatus Slauonici Administrationis, praeclara cum laude ac indefessa diligentia obiisse et praestitisse; verum in aliis etiam Sacris hinc inde peragendis, Ordinis sui obseruantissimos, ac vitae morumque integritate sese studiosissimos omni tempore exhibuisse.* etc.

e) Iidem dehinc Patres, ab recuperato Belgrado, Concessione Serenissimi Principis *Eugenii*,

firmam ibidem *Residentiam*, in adsignato loco (Turc. *Imareth* dicto) an. 1727. desigunt; tum anno insequenti, opera Officialium Caes. Reg. *Conuentum* erigunt: quem demum Turcae, occupato Belgrado, an. 1739. igne deuastarunt. Prostat hac de re Instrumentum Comitis *Le Baliff. Marolli*, sub 27. Nou. 1727. perinde Chronico Prou. l. c. inductum.

f) A die 17. Sept. 1739. vsque mensem Maium anni sequentis, Religiosi huius Prou. vna cum Christianis Belgradi a Turcis, Vrbi insultantibus, acerba perpessi sunt; quos penes residuos inibi Christicolas viriliter perseuerasse, atque spiritualia munia obiuisse, perhibet documentum *Franc. Ios. de Redel*, Caes. Reg. Administ. Consiliarii et Act. Directoris, Chronico Prou. l. c. pag. 378. illatum, sequentibus: *R. P. Guardianum Belgraden. Ord. S. Franc. Prou. Arg. vna cum suis Fratribus Religiosis vsque ad propugnaculi illius deditionem perstitisse, dum ceteri omnes Religiosi et Ecclesiastici iam antea abierint et abscesserint; simulque toto illo tempore constanti animarum zelo, tam Germ. quam. Bohem. et Illyr. ac Croat. nationi Sacramentis administrandis praesto fuisse.* Isthoc, ac illud Löffelholtzii antememoratum, hodie a pluribus, qui hac sereniore epocha priorum temporum ignorantia detinentur, identidem relegi merentur; queis par, a ciuibus Belgradiensibus,

Semlinum dehinc delatis, sub 6. Oct. 1730. signatum, in Chron. Prou. l. c. pag. 375. legitur.

g) Egressis postea Vrbe Christianis ac *Semlinum* commeantibus, etiam Patres (Crucifixum, qui hodiedum in Residentia Semlinensi visitur, praeferentes) an. 1740. horsum transierunt; Altiori Iussu, primum ad euacuatam PP. Capucinorum *Residentiam* (hodie in curiam Parochi conuersam) tum heic loci, vbi serius Clementia Caesareo-Regia an. 1797. restabiliti fuere, illocati. Cons. Chron. Prou. l. c. §. 1. seq. Atque haec eadem *Residentia* est, cuius Aug. M. Theresia in Diplomate Confirmationali 14. Aug. 1741. meminit; quamque Augusta Aula, ex intrinseco Politiae ac Religionis *principio*, ab procurato Vienna vsque Semlinum, ceu extremum Monarchiae angulum, medio huius Prou. nexu, his Patribus continuo (contra ac quidam, sui potius quam Religionis Zelotes, ante biennium senserant) reseruatam clementissime vult: id, quod Maiores, ac Status perspicacissimi Viri, vberius nouerunt.

h) Sub administr. temporal. D. FRANCISCI DE PAVLA LEVI, Lib. Caes. Reg. Communit. Semlin. Ciuis, eiusdemque Residentiae Syndici Apost.

i) Vid. isthic pag. 79. lit. i.

k) Perinde isthic pag. 52. lit. g.

l) *Graecos*, etiam circa Istrum aduenas exstitisse; testem habemus Ouidium, qui Getis lon-

giori tempore conuixit, Trist. Lib. V. Eleg. 7. v. 51. ita canentem: *In paucis remanent Graiae vestigia linguae; — Haec quoque iam Getico barbara facta sono.* De veteri Graecorum idiomate multa disserere superuacaneum putamus; imprimis, quod ex eorum libris id facile cognosci potest, neque censemus esse virum eruditionis amantem, qui sit in eo peregrinus; vnde adposite Muretus Lect. var. Tom. II. pag. 20. ait: *Sine Graeci sermonis cognitione manca omnis et mutila est doctrina; et qui eius expertes sunt, ab iis ne Latine quidem scripta penitus percipiuntur.* Vetus Graeca inter literatos duntaxat in vsu est; ceteri vulgatam, e commercio vicinarum gentium haud modicum corruptam, adhibent. In Graecia tamen, vtpote in patria, nitidius efferri Graeca videas quam apud nos; quod enim nostri vitiose *Kala shimera* dicunt, hoc illi (quibuscum ab an. 1810. diutius diuersati fuimus) *καλ' ἡμέρα*, per epenthesin, pro veteri *καλὴ ἡμέρα* enunciare solent: ad haec admodum propere vniuersa efferunt, nulla etiam quantitatis habita ratione, vt eos aegre intelligas; sed de his iam satis. — Id vnum heic loci memorasse iuuerit: *suauitatem* cultumue linguae Graecae, post Italam, vt plurimum prae omnibus Europae linguis ac dialectis imitari Illyricam; testimonio *Franc. Barberini* Card. apud Georg. Palmotta Praef. Christiad. Illyr. in Chron. Prou. 1766.

Part. I. pag. 32. palam adserentis: *Lingua Illyrica imprimis elegans est et copiosa, priscisque et a vulgo remotis vocibus frequens, itemque loquendi formulis ad grandem et magnificam orationem mirifice factis; et quod raro in aliis reperias, casus suorum nominum nulla ope articulorum sed ipsius dictionis inflexione distinguit, ipsaque nomina in omnia tria genera distributa habet: quae res, si doctissimo Bembo credimus, Idiomatis imprimis docti ac eruditi nec minime vulgaris indicium est.* Hinc subtilissimam eruditi Voltiggii animaduersionem, heic pag. 264. eatenus recitatam (qua pag. seq. ibidem hanc linguam *pulcerrimam* compellat) absque anxietate explicueris; cui celebratissimus Philologus et Antiquarius *Katancius* sua doctissima sententia de merid. Slauino-Illyriis prono passu opitulatur. Hunc itaque Virum (in re antiquaria, numaria, philologica, epigraphica, historica, diplomatica *etc.* ab 47. annis continuo ac pertinaci studio consummatum versatissimumque) in praestantissimo Opere de Istr. cap. VII. n. 18. audire libeat:" *Slauino-Illyrii,* inquit, qui occasum petiere meridiemque, mitius nacti coelum, sponte sua *molles* adoptauere quasdam (expressiones) quae durae septentrioni essent. Ab vicinia dein' *Graecorum*, quorum loquendi ratio auribus suauissima erat, imprimis ex quo huc ex *Aegypto* artes migrarant, plura in expressione et

accentu mollia sumsere variaque. Ex quo factum videas, vt qui ab Graecis remotiores essent, vti Croatae Carniolique, plura et magis perspicua veteris linguae, vtpote simplicioris, retinuerint vestigia quam ceteri, qui ex commercio Graecorum, simplicitate reiecta, artem sectabantur; adeo quidem, vt quemadmodum olim florentibus apud Graecos scientiis nostri sua cum illis efferre nitidissime consueuerant, sic hodie corrupto Graeci sermonis nitore cum iis corrupte sua efferant, quibus in contubernio eorum viuere contigit: vt adeo, qui medii Graecos inter et ad septentrionem remotos habitant Illyrios (quales *Dalmatae*, *Bosnenses*, *Slauonii*, *Seruianique* sunt) nitorem linguae veteris optime seruent; simplicitatem quippe primigeniae Graeco lepore, quem olim hauserant, temperantes, corruptelam vero Graecae hodiernae remotione sua vitantes . . . Quam haec dialectus elegantiam et ad omne metrum flexilitatem habeat? paucis enarrari nequit; et is censere poterit, qui Raguseos aliosque Dalmatas vates audiuit canentes. Quos si non superauit, aemulatus certe est *Ant. Kanislich;* cuius manibus vt optime precor, ita Illyriorum Ouidium (pace Gentis amplissimae) nuncupare ausim. Vnum adducam ex Rosaleide cap. II. §. 2. fin. eius carmen amoebeum; quo Poeta Rosaliam cum somno luctantem inducit, saepius repetens: *Takoti sunashca i dan-*

ka, o! Zoro! — Nemojmi serdashca kinit, sini skoro. Quod carmen seu Graece vertas siue Latine, tantum abest, vt natiuam exprimas elegantiam, vt quiddam insoliti ac ludicri prodire videas; neque enim iis *diem* aut *solem* deminutiue dicere licet, prout in Illyrico sonat, quin magis vetitum quam ex *menta* (vt Cicero Epist. Famil. Lib. IX. Ep. 22. habet) deminutiuum facere. Ita videlicet quaeuis lingua suas habet proprietates; sed, vtrum sit vlla, quae in hoc superet Illyricam? nescio: certe ex iis, quae mihi cognitae sunt, nulla est.“ Quid mirum igitur, iam antiquissimis temporibus *Thracas* (maiores Illyriorum) a Poesi celebrari; apud Strab. Lib. X. pag. 471. hisce: *Οἵ τ' επιμεληθέντες της αρχαίας μουσικης Θρᾶκες λέγονται, Ορφέος τε, καὶ Μουσαῖος, καὶ Θάμυρις; Qui antiquam procurauerunt Musicam, Thraces perhibentur, Orpheus, Musaeus, Thamyris.* Et de Orpheo quidem, quem 40. annis ante bellum Troianum vixisse autumat Gottsched. Handlex. in voc. Orph. paucis Horatius Art. Poet. w. 361. ita: *Siluestres homines socer interpresque deorum — Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus; — Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones.* Quamquam is quidem tigres lenire et rabidos leones, vti Arion apud Ouid. Fastor. Lib II. a w. 83. dici potuit, non tam ob gentis feritatem quam musicae cantusue praestantiam; cum Orphei aetate iustitiam coluisse

Thraças, e Poetarum vetustissimo Homero Iliad. Lib. XII. qui eos δικαιοτάτων ανθρώπων vocabulo adficit, sciamus: quem Strabo Lib. VII. pag. 301. eleganter interpretatus est. Carmina vero, quae Orphei Musaeique nomine feruntur, apud Gottsched. l. c. aetate illorum esse longe posteriora, viri hac in re periti iam dudum obseruarunt, apud Katanc. l. c. pag. 263. neque enim tam facile persuasu est, Orpheum Graeco duntaxat ore cecinisse, cum Thracibus Thracio cantare debuerit. *Thamyris* denique, quem Naso Amor. III. 7. 62. Thamyram vocat, Poëta Thracius arte et elegantia musicae adeo excellens erat, vt certare cum Musis ausus esse dicatur, apud Homer. l. c. w. 549. illius etiam Strabo meminit, vbi de *Dorio* sermonem instituit Geogr. Lib. VIII. pag. 350.

Religiosi, huic Prouinciae necdum incorporati. *a*)

Nostra municipalis Lex, in nexu Generalis totius Ordinis Statuti, b) neminem ante exactum in Prouincia biennium, ac remonstrata probatae vitae specimina, incorporari permittit; c) ita vero capitulariter incorporatus, per Prouinciam demum circulariter publicari praecipitur. d)

In distinctis Conuen-

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
P. Respicius Frech, Germ. Badens.	20. Nou. 1775.	20. Maii. 1795.	20. Iul. 1796.
P. Leop. Adlersburg, Germ. Austr.	12. Febr. 1786.	27. Nou. 1809.	27. Nou. 1810.
Fr. Carolus Lábody, Hung. C. Strig.	24. Febr. 1788.	27. Dec. 1816.	27. Dec. 1819.

a) De his Statut. Prou. Art. II. §. 61. pag. 102. ita expresse: *Nemo ex aliena Prouincia, nisi intra fines Monarchiae professus sit* (sensu Altissimae Ordinationis Caes. Reg. dd. 9. Iun. 1795. N. 11626.) *et tum cum vtriusque Prouinciae capitulari consensu, postquam isthic biennio saltem commoratus fuerit, incorporari permittitur; illius praecedentia ab Incorporationis die duntaxat supputanda.*

An-

tibus commorantes.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Locus, et Offic. interim.
19. Maii. 1799.	Germ. Gall.	Bacsini; Conc. Germ. Suppl. Coadi. Conuent. ac Spirit. cum facult.
8. Sept. 1813.	Germ. Hung.	Földuarini; Conc. Germ. Suppl. et Coadi. Conuent.
"	Hung. Slau. Illyr.	Brodii; Laic. Coqu. et ad seruit. Conuent.

b) Gen. Ord. Statut. Sambuc. cap. II. §. 8. N. 31. ibidem clare: *Declarantes, quod quoquo modo incorporatus locum et praecedentiam non a die Habitus, sed a die Incorporationis obtineat.*

c) Statut. Prou. Art. III. §. 8. pag. 143.

d) Incorporatum, *circulariter* publicari; ordinat Decr. Prou. dd. 4. Iun. 1821. §. 6.

Clerus Prou. Religiosus Iun. *a*)

Sub alta Inspectione: in Theologicis, Eminentissimi Card. Princ. D. Regni Primatis; b) in Philosophicis, Superioris Studior. Directionis Caes. Regiae. c) Vniuersim vero: sub regulatione P. Mini-

T h e o

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
P. Florianus Kalcher, Germ. Styr.	10. Aug. 1801.	28. Oct. 1827.	30. Oct. 1828.
P. Methodius Herzig, Germ. Morau.	30. Mart. 1804.	28. Oct. 1827.	30. Oct. 1828.
P. Rupertus Schrötter, Germ. Morau.	11. Apr. 1805.	28. Oct. 1827.	28. Apr. 1829.
Fr. Iulianus Lucich, Illyr. Slauon.	21. Oct. 1807.	23. Nou. 1823.	25. Ian. 1829.
Fr. Donatus Pashich, Illyr. Hung.	2. Nou. 1807.	24. Apr. 1824.	25. Ian. 1829.
Fr. Blas. Straxemanacz, Illyr. Slauon.	16. Iun. 1807.	17. Sept. 1824.	3. Ian. 1828.

stri Prouincialis, cum Consultorio; d) obedientia P. Superioris Localis; e) directione P. Prodirectoris Studii; f) disciplina P. Magistri; g) institutione PP. Lectorum; h) educatione P. Exhortatoris; i) ac manutentione P. Instructoris; k) consistit.

l o g i.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
6. Iul. 1829.	Germ.	
20. Sept. 1829.	Germ.	
21. Iun. 1829.	Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Illyr. Hung.	
	Illyr. Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Ianuarius Angyal, Hung. C. Barany.	22. Sept. 1806.	17. Sept. 1824.	3. Ian. 1828.
Fr. Theophilus Iakab, Hung. C. Pest.	29. Ian. 1808.	19. Sept. 1824.	10. Febr. 1829.
Fr. Hiacynthus Badi, Hung. C. Strig.	15. Febr. 1807.	23. Sept. 1824.	22. Mart. 1828.
Fr. Ernestus Benicsich, Illyr. Slauon.	5. Aug. 1807.	1. Oct. 1825.	22. Dec. 1828.
Fr. Probus Szabo, Hung. C. Veszpr.	13. Iul. 1807.	10. Oct. 1825.	25. Nou. 1828.
F. Cherubinus Fara, Germ. Austr.	5. Oct. 1807.	23. Oct. 1825.	22. Mart. 1829.
Fr. Pasch. Kosztroschitz, Germ. Morau.	13. Ian. 1808.	29. Oct. 1826.	29. Oct. 1829.
Fr. Ben. Schmidhamer, Germ. Hung.	19. Maii. 1809.	10. Oct. 1825.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Hung. Illyr. Germ.	
	Hung. Illyr. Germ.	
	Hung.	
	Illyr. Germ.	AA. LL. et Philos. Licent.
	Hung. Germ.	
	Germ.	
	Morau. Germ. Illyr.	
	Germ. Hung.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Clem. Majstorovich, Illyr. Slauon.	11. Ian. 1810.	20. Oct. 1825.	
Fr. Stanisl. Minazovich, Illyr. Hung.	14. Apr. 1809.	14. Iul. 1826.	
Fr. Dauid Vuich, Illyr. Hung.	5. Oct. 1807.	15. Sept. 1826.	
Fr. Adrianus Habor, Hung. C. Comar.	14. Sept. 1806.	18. Sept. 1826.	
Fr. Augustinus Sisulak, Slau. Hung.	29. Sept. 1808.	18. Sept. 1826.	20. Dec. 1829.
Fr. Caesarius Fischer, Germ. Hung.	27. Ian. 1808.	4. Oct. 1826.	20. Dec. 1829.
Fr. Florianus Turanyi, Germ. Slauon.	24. Nou. 1809.	4. Oct. 1826.	
Fr. Iulius Stipich, Illyr. Hung.	27. Oct. 1806.	17. Oct. 1826.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Illyr. Germ.	
	Germ. Hung. Illyr.	
	Illyr. Hung.	
	Hung. Germ.	
	Slau. Germ. Hung.	
	Germ.	
	Germ. Illyr.	
	Illyr. Hung.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Aemilianus Liebl, Germ. Hung.	14. Apr. 1808.	19. Oct. 1826.	
Fr. Ios. Cal. Mathievich, Illyr. Slauon.	29. Dec. 1809.	21. Oct. 1826.	
Fr. Gratianus Mészáros, Hung. C. Bacs.	2. Oct. 1807.	23. Oct. 1826.	
Fr. Libotius Surina, Slau. Hung.	27. Oct. 1806.	27. Oct. 1826.	20. Dec. 1829.
Fr. Seraphinus Amon, Germ. Austr.	18. Aug. 1804.	29. Oct. 1826.	
Fr. Ioan. Chris. Weidner, Germ. Austr.	13. Sept. 1807.	29. Oct. 1826.	4. Dec. 1829.
Fr. Leonardus Ertl, Germ. Austr.	16. Oct. 1809.	29. Oct. 1826.	
Fr. Lambertus Roth, Germ. Boh.	21. Ian. 1806.	29. Oct. 1826.	4. Dec. 1829.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium
	Germ. Hung.	
	Illyr. Germ.	
	Hung. Illyr. Germ.	
	Slau. Hung.	
	Germ.	
	Germ.	
	Germ.	
	Germ. Boh.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Bartholom. Nuschl, Germ. Boh.	29. Ian. 1805.	29. Oct. 1826.	
Fr. Sebast. Frötschner, Germ. Boh.	22. Iun. 1807.	30. Oct. 1826.	20. Dec. 1829.
Fr. Gabriel Budimacz, Illyr. Hung.	18. Nou. 1807.	3. Nou. 1826.	20. Dec. 1829.
Fr. Bonus Gjurkovich, Illyr. Slauon.	15. Dec. 1805.	17. Nou. 1826.	
Fr. Bernardinus Kaas, Germ. Austr.	18. Iul. 1807.	18. Nou. 1826.	4. Dec. 1829.
Fr. Matt. Hegedushevich, Illyr. Slauon.	20. Iul. 1806.	23. Ian. 1827.	
Fr. Wolfgangus Dietl, Germ. Boh.	7. Maii. 1806.	2. Mart. 1827.	
Fr. Andreas Pekarovich, Illyr. Hung.	22. Dec. 1807.	2. Iun. 1827.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Germ. Boh.	
	Germ.	
	Illyr. Hung.	
	Illyr. Hung.	
	Germ.	
	Illyr. Germ. Hung.	
	Germ.	
	Illyr. Hung.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. August. Fahrvanger, Germ. Austr.	21. Nou. 1801.	5. Sept. 1827.	
Fr. Dominic. Petrovich, Illyr. Slauon.	24. Febr. 1807.	17. Sept. 1827.	
Fr. Arnoldus Balk, Germ. Bauar.	19. Aug. 1801.	11. Oct. 1827.	
Fr. Ioach. Boshnjakovich, Illyr. Slauon.	18. Febr. 1805.	25. Oct. 1827.	
Fr. Sigismund. Brunner, Germ. Austr.	9. Dec. 1805.	28. Oct. 1827.	20. Dec. 1829.
Fr. Hieronym. Gartner, Germ. Boh.	21. Oct. 1806.	28. Oct. 1827.	
Fr. Anacletus Petyerecz, Slau. Hung.	31. Oct. 1806.	3. Nou. 1827.	
Fr. Cyrillus Zaruba, Morau. C. Hradic.	11. Febr. 1807.	4. Nou. 1827.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Germ.	
	Germ.	
	Slau. Hung.	
	Morau. Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Ferdinandus Lukich, Illyr. Slauon.	16. Dec. 1797.	12. Mart. 1802.	
Fr. Basilius Lunz, Germ. Austr.	16. Aug. 1808.	27. Oct. 1828.	
Fr. Franc.Xau. Mikshich, Illyr. Slauon.	16. Ian. 1808.	10. Ian. 1828.	

Philo

Fr. Aloysius Cselinacz, Illyr. Hung.	28. Aug. 1812.	17. Sept. 1827.	
Fr. Rochus Nagy, Hung. C. Pest.	29. Ian. 1810.	17. Sept. 1827.	
Fr. Antoninus Sisa, Hung. C. Bacs.	6. Nou. 1808.	22. Sept. 1827.	
Fr. Fortunatus Nagy, Hung. C. Bacs.	10. Apr. 1810.	22. Sept. 1827.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Illyr. Germ.	
	Germ.	
	Illyr. Germ. Hung.	

sophi.

	Illyr. Hung.	
	Hung.	
	Hung. Illyr.	
	Hung. Illyr.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Leo Nekpisz, Illyr. Hung.	2. Iun. 1810.	22. Sept. 1827.	
Fr. Otto Babulak, Slau. Hung.	1. Iun. 1808.	24. Sept. 1827.	
Fr. Paulinus Kovats, Hung. C. Pest.	19. Ian. 1811.	11. Oct. 1827.	
Fr. Victorinus Szabo; Hung. C. Strig.	9. Apr. 1808.	11. Oct. 1827.	
Fr. Sigism. Podluzsanyi, Hung. C. Neograd.	15. Apr. 1811.	25. Oct. 1827.	
Fr. Valent. Kovacsevich, Illyr. Slauon.	7. Maii. 1809.	25. Oct. 1827.	
Fr. Augustus Werner, Germ. Slauon.	31. Dec. 1807.	25. Oct. 1827.	
Fr. Hieron. Laczkovich, Illyr. Slauon.	4. Apr. 1809.	25. Oct. 1827.	

An-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Illyr. Germ.	
	Slau. Hung.	
	Hung. Germ.	
	Hung.	
	Hung. Germ. Slau.	
	Illyr.	
	Germ. Illyr.	
	Illyr. Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Anacl. Meshtrovich, Illyr. Slauon.	27. Aug. 1809.	25. Oct. 1827.	
Fr. Ignatius Muha, Illyr. Slauon.	11. Iun. 1811.	25. Oct. 1827.	
Fr. Cyriacus Apich, Illyr. Slauon.	22. Dec. 1809.	25. Oct. 1827.	
Fr. Basilius Katanovich, Illyr. Hung.	6. Dec. 1807.	25. Oct. 1827.	
Fr. Bonauentura Glatz, Germ. Austr.	10. Maii. 1808.	28. Oct. 1827.	
Fr. Timoth. Povroznik, Galic. C. Bochu.	4. Dec. 1804.	31. Mart. 1828.	
Fr. Aurelianus Binter, Slau. Hung.	12. Febr. 1812.	17. Sept. 1828.	
Fr. Stephanus Radovich, Illyr. Hung.	29. Aug. 1809.	17. Sept. 1828.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium
	Illyr. Germ. Hung.	
	Illyr. Germ. Hung.	
	Illyr. Germ.	
	Illyr. Hung.	
	Germ.	
	Polon. Slau. Hung.	
	Slau. Illyr.	
	Illyr. Hung. Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Geruas. Svircsevich, Illyr. Slauon.	16. Maii. 1811.	17. Sept. 1828.	
Fr. Marianus Rotter, Germ. Hung.	13. Febr. 1807.	17. Sept. 1828.	
Fr. Cornelius Vizsnyei, Hung. C. Barany.	5. Oct. 1810.	28. Sept. 1828.	
Fr. Casimirus Csillag, Hung. C. Barany.	21. Apr. 1813.	28. Sept. 1828.	
Fr. Aloysius Farkas, Hung. C. Heues.	25. Febr. 1809.	6. Oct. 1828.	
Fr. Augustin. Ponkhard, Germ. Hung.	10. Ian. 1810.	6. Oct. 1828.	
Fr. Adolphus Leist, Germ. Hung.	14. Dec. 1810.	6. Oct. 1828.	
Fr. Carolus Helder, Germ. Hung.	27. Ian. 1812.	6. Oct. 1828.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Illyr. Germ.	
	Germ. Hung. Croat.	
	Hung. Illyr.	
	Hung.	
	Hung. Germ.	
	Germ. Hung.	
	Germ. Hung.	
	Germ. Hung.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Ioannes Bohát, Hung. C. Pest.	13. Dec. 1811.	18. Oct. 1828.	
Fr. Maximus Popp, Germ. Hung.	13. Oct. 1811.	18. Oct. 1828.	
Fr. Wilhelmus Lénárt, Hung. C. Komar.	9. Maii. 1806.	24. Oct. 1828.	
Fr. Philipp. Poljakovich, Illyr. Hung.	21. Mart. 1809.	25. Oct. 1828.	
Fr. Martinus Rogich, Illyr. Slauon.	2. Iul. 1811.	25. Oct. 1828.	
Fr. Petrus Lier, Germ. Austr.	25. Nou. 1808.	5. Nou. 1828.	
Fr. Paulus Adamer, Germ. Austr.	9. Mart. 1809.	5. Nou. 1828.	
Fr. Henricus Bilbaur. Germ. Morau.	16. Ian. 1810.	5. Nou. 1828.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Hung. Germ. Illyr. Slau.	
	Germ. Hung. Slau.	
	Hung. Germ.	
	Illyr. Hung.	
	Illyr. Germ.	
	Germ.	
	Germ.	
	Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Emericus Iarosch, Germ. Austr.	13. Iul. 1807.	5. Nou. 1828.	
Fr. Leopoldus Vichodil, Boh. C. Hradisc.	13. Iul. 1803.	5. Nou. 1828.	7. Nou. 1829.
Fr. Ioannes Häszler, Germ. Boh.	28. Sept. 1809.	21. Nou. 1828.	
Fr. Simeon Peich, Illyr. Hung.	13. Oct. 1811.	20. Nou. 1828.	
Fr. Seuerinus Frank, Germ. Boh.	15. Iul. 1809.	2. Dec. 1828.	
Fr. Laurentius Grimm, Germ. Boh.	17. Ian. 1809.	16. Maii. 1829.	

C l e r i c i

Fr. Placidus Krumpek, Hung. C. Toln.	7. Maii. 1810.	23. Sept. 1829.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Germ.	
	Morau. Germ.	
	Germ.	
	Illyr. Hung.	
	Germ.	
	Germ.	

N o u i t i i.

	Hung. Germ. Illyr.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Hilarius Dolberger, Germ. Hung.	4. Oct. 1813.	24. Sept. 1829.	
Fr. Adalbertus Missuray, Hung. C. Bacs.	22. Iun. 1811.	28. Sept. 1829.	
Fr. Eustachius Templer, Germ. Hung.	1. Iul. 1811.	29. Sept. 1829.	
Fr. Hugolinus Stano, Slau. Hung.	5. Nou. 1808.	1. Oct. 1829.	
Fr. Anselmus Ianotyik, Slau. Hung.	14. Mart. 1811.	1. Oct. 1829.	
Fr. Antonius Iakshich, Illyr. Slauon.	20. Ian. 1810.	12. Oct. 1829.	
Fr. Theodorus Fullér, Illyr. Hung.	8. Dec. 1812.	13. Oct. 1829.	
Fr. Daniel Krajacsich, Illyr. Hung.	9. Dec. 1812.	13. Oct. 1829.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Hung. Germ. Illyr.	
	Hung. Illyr.	
	Germ. Hung. Illyr.	
	Slau. Hung. Illyr.	
	Slau. Hung. Illyr.	
	Illyr. Germ.	
	Illyr. Hung.	
	Illyr. Hung. Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Georgius Matkovich, Illyr. Hung.	11. Maii. 1811.	13. Oct. 1829.	
Fr. Dionysius Hidveghy, Hung. C. Trencs.	11. Iun. 1812.	16. Oct. 1829.	
Fr. Rochus Kara, Hung. C. Strig.	3. Mart. 1811.	16. Oct. 1829.	
Fr. Ludouicus Wilcsek, Pol. Galic.	30. Iun. 1800.	17. Oct. 1829.	
Fr. Tobias Hollay, Slau. Hung.	21. Aug. 1810.	17. Oct. 1829.	
Fr. Rud. Niemerovszky, Germ. Boh.	1. Mart. 1800.	19. Oct. 1829.	
Fr. Arnold. Scherbaum, Germ. Boh.	19. Dec. 1805.	19. Oct. 1829.	
Fr. Melchiad. Hanreich, Germ. Morau.	10. Dec. 1801.	19. Oct. 1829.	

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Illyr. Hung.	
	Hung. Slau. Illyr.	
	Hung.	
	Polon. Germ. Hung.	
	Slau. Hung. Germ.	
	Germ.	
	Germ. Boh.	
	Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Colomanus Schlögl, Germ. Austr.	19. Nou. 1809.	19. Oct. 1829.	
Fr. Cornelius Neszler, Germ. Boh.	27. Oct. 1804.	19. Oct. 1829.	
Fr. Conrad. Mühlhaupt, Germ. Austr.	28. Febr. 1809.	19. Oct. 1829.	
Fr. Martinus Rodich, Illyr. Slauon.	15. Dec. 1808.	19. Oct. 1829.	
Fr. Paulinus Tabakovich, Illyr. Slauon.	11. Apr. 1811.	19. Oct. 1829.	
Fr. Siluester Blagovich, Illyr. Slauon.	24. Sept. 1812.	19. Oct. 1829.	
Fr. Felix Czvetek, Illyr. Slauon.	24. Ian. 1809.	20. Oct. 1829.	
Fr. Franciscus Tantény, Hung. C. Nitr.	1. Iul. 1813.	20. Oct. 1829.	

Annus.	Linguar.	Gradus et Officium.
Primit.	Cognit.	
	Germ.	
	Germ.	
	Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Illyr. Germ.	
	Hung. Germ. Slau.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Eduardus Steindl, Germ. Morau.	4. Oct. 1805.	23. Oct. 1829.	
Fr. Ladislaus Vargha, Hung C. Strigon.	11. Ian. 1814.	26. Oct. 1829.	
Fr. Alexander Eizele, Germ. Vitenberg.	14. Iul. 1812.	4. Nou. 1829.	
Fr. Coelestinus Pock, Germ. Boh.	5. Iun. 1811.	4. Nou. 1829.	
Fr. Elias Tomicsevich, Illyr. Slauon.	16. Nou. 1806.	15. Nou. 1829.	
Fr. Fabianus Csulich, Illyr. Hung.	21. Dec. 1807.	28. Nou. 1829.	

L a i c i

Fr. Sanctes Dathe, Germ. Sax.	10. Ian. 1805.	26. Aug. 1829.	

An-

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
	Germ. Morau.	
	Hung. Germ.	
	Germ. Hung. Illyr.	
	Germ.	
	Illyr. Germ. Hung.	
	Illyr. Hung. Germ.	

N o u i t i i.

"	Germ.	

Nomen, Cognomen, et Patria.	Dies, Mensis, et		
	Natiuit.	Habit.	Profess.
Fr. Carolus Wagner, Germ. Austr.	31. Iul. 1805.	26. Oct. 1828.	
Fr. Valentin. Karliczek, Morau. C. Olom.	16. Apr. 1808.	26. Oct. 1828.	
Fr. Iacob. Mayer, Germ. Würtemb.	20. Nou. 1803.	21. Nou. 1828.	
Fr. Seuerin. Engenstein, Germ. Carinth.	20. Iul. 1804.	27. Nou. 1828.	
Fr. Apollin. Schambach, Germ. Hung.	17. Febr. 1807.	2. Oct. 1829.	
Fr. Elzearius Schmiedl, Germ. Austr.	5. Iul. 1804.	19. Oct. 1829.	
Fr. Wolfgangus Lautner, Germ. Austr.	15. Nou. 1805.	4. Nou. 1829.	

a) Clerus Relig. Iun. huius Prou. de Clem. Suae Maiest. SS. sub 5. Aug. 1791. N. 14533. Indulto, indistinctim in *domesticis* Ord. Studiis Educationem capit; in nexu B. Decr. Aul. dd. $\frac{7}{15}$ Oct. 1825. N. 49133.

b) Exc. Cons. L. R. H. 23. Nou. 1814. N. 28254.

c) Idem Exc. Cons. 14. Oct. 1806. N. 20481.

d) Clemens VIII. *Cum ad Regul.* 1603. §. 1. seq.

Annus. Primit.	Linguar. Cognit.	Gradus et Officium.
"	Germ.	
"	Germ. Morau. Boh.	
"	Germ.	
"	Germ.	
"	Germ. Hung. Latin.	
"	Germ.	
"	Germ.	

e) Declar. Deleg. Sed. Apost. 1. Mart. 1762. §. 5.
f) Rat. Educat. Publ. cap. V. §. 140.
g) Statut. Prou. Art. III. §. 5. pag. 131.
h) Exc. Cons. L. R. H. dd. 3. Apr. 1813. N. 8256.
i) Statut. Prou. l. c. §. 5. pag. 131.
k) Ead. Stat. Prou. l. c. §. 6. pag. 133. n. 5.

Appendix

I. *Personalis Grad. et Offic.* — II. *Personalis summarii; totius Prou. An. curr.*

I.

Personale Graduat. ac Officiant.

Praepositus Prou. cum Consult. et Offic. eiusd.	8
Guardiani Conu. cum Praesid. Resid. . .	20
Officiantes domest.	94
Officiantes forens.	43
Summa	165

II.

Personale Prou. summarium; in concretō.

Sacerdotes; in concreto sumti . . .	170
Studentes Theol. per omnes IV. An. . .	49
Studentes Philos. per vtrumque bienn. .	41
Laici Professi; Familiis adsociati . .	70
Clerici Nouitii; actu consistentes . .	32
Laici improfessi, et Nouitii; indistinctim .	16
Vniuersim	378

Index Generalis

I. Scriptorum, heic citatorum; II. Personarum isthic singularium; III. Religiosorum, Prouinciae huius; IV. Locorum, vti olim sic hodie memoratorum; V. Rerum, in complexu praecipuarum.

I.

Scriptorum, heic citatorum.

A.

M.

N.

O.

P.

II.

Personarum, isthic singularium.

A.

B.

La-

M.

T.

III.

Religiosorum Prouinciae huius.

A.

IV.

Locorum, vti olim sic hodie memoratorum.

A.

B.

C.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

Tetiny,

V.

Rerum, in complexu praecipuarum.

A.

B.

C.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

Q.

R.

S.

Sir-

T.

V.

O. A. M. D. G.

